congruenciam veritatis ibi: nubes. Primum in auctore pertinet ad causam materialem, secundum ad finalem, tercium ad efficientem, quartum ad formalem.
Ergo prima excellit omnes sciencias quia artes superant ceteras et sunt sciencias tamen modos aut sciencie nobilitate aut dignioris certitudine aut sic
propter utrumque. Unde philosophus primo de anima dicit: Bonorum honorabilium noticiam opinantes magis autem alteram altera que est secundum certitudinem / aut eo
quod est meliorum et honorabilium propter utrumque. Istam primus anime historiam poneremus. Sed ergo illa sancta promittit que est de anima multo
forcius ista que est de deo et nobiliori modo pertractat. Ergo secundo alliciat ad sui conquisicionem. Et ideo dicit sapiens primo: hanc amavi et exquisivi a iuventute mea
et non peccavit. Doctrina magis quam aurum diligite. Ergo tercio subiciat omnes intellectus et ideo magnificatus se non claudens
tuere sed veritatis amore. Dicit Ecclesiastici xxiv: Gyrum celi circuivi sola, profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, in omni gente
et in omni populo primatum tenui, superborum et sublimium colla propria virtute calcavi. Et Augustinus xii de trinitate dicit quod omnia genera ingeniorum
divina excellencia auctoritatis subiciat. Ergo quarto respiciat morum honestatem, unde multiformis dicitur ad Ephesios iii, ut innotescat principatibus
et potestatibus per ecclesiam multiformis sapiencia dei. Dicitur multiformiter tamen. Beatus Gregorius super i Job: i. e. pluviam super faciem terre et irrigat
[illegible] aquis universa. Spiritus ergo pluviam super faciem terre tribuit cum arencia corda gracia superne benediccionis infundit et irrigat
aquis universa quia gracia spiritus sancti quam ista doctrina commendat universos ad fidei misteria vocat, cum divites subiciat
et pauperes non repellit, cum fortes humiliat et ad se veniente debiles non recusat, cum nobiles colligit sic et ignobiles
apprehendit, cum sapientes suscipit et imperitorum stulticiam non contempnit. Invenies igitur excellenciam dignitatis dicit aperti sunt celi thesauri
sicut sancte scripture aperti mei per divinam revelacionem quia divine scriptura per thesaurum designata per divinam revelacionem est hominibus manifestata, ut dicit glossa super: in
Ezechielis i: aperti sunt celi et vidi visiones dei. Comparatur autem sacra scriptura thesauro propter rigor: nam sicut thesaurus sit ex copiosis preciosis
speciosis et virtuosis. Sic ista scriptura pre ceteris est copiosa speciosa preciosa et virtuosa. Est ergo primo pre ceteris copiosa quia in hac
maior veritatis immensitas maior profunditas et profunde veritatis habundancior quantitas. Est primo maior in sacra scriptura veri-
tatis immensitas quia continet omnia vera particulariter in aliis sciis contenta / precipue que ad salutem sunt necessaria. Unde Augustinus ad Volusianum epistola iii:
hic physica, hic ethica, hic logica, hic [illegible] laudabilis publice rei salus continetur. Nec mirum quia ista sancta dicta est theologia quia sermo
de deo quia docet cognoscere deum qui est causa in se universitatis lux percipiende veritatis et fons bibende felicitatis, id est causa subsistendi
ratio intelligendi et ordo vivendi ut ipse solus apposuit viii de civitate dei. Ergo primum pertinet ad sciam naturalem, secundum ad racionalem, tercium ad moralem.

Margin: ut dicit glossa super i Ezechielis: aperti sunt celi, id est sancte scripture, celorum thesauro aliquid [illegible]

et complectitur omnem scientiam vnde dicit Augustinus de doctrina christiana quanto minor est auri argenti vestisque copia quam secum ille populus habuit abstulit
de egipto in comparatione diviciarum quas postea consecutus est in Ierusalem sub Salomone rege tanto minor est cuncta scientia que quidem est de libris gentilium
secta gentilium si divitiis scripturarum sanctarum comparetur. Unde psalmus Repleta est terra i. sacra scriptura possessione fertilitate et fecunditate argenti scilicet
eloquentie quia ut dicit Cassiodorus super psalmos sicut inter metalla quod suavius tinniat argento ita inter omnia eloquia sermo divinus dulcius
sonat et amore claritatis splendet et non est finis thesaurorum eius. Quantum ad secunda scilicet divine eloquentie profunditas et magnitudo. Unde sic quia ...
maior est contra alias scientias veritatis profunditas que eleganter figuratur Ezechielis 47 vbi ille qui habebat funiculum in manu primo duxit per aquas
usque scilicet usque ad talos deinde usque ad genua tertio usque ad renes tandem adduxit per aquas intransibiles aque torrentis que transvadari
non potest. Alta profunditas que investigabit eam. Alta magis interius ut ipsa dicat Ecclesiastici 24 Ego in altissimis habito et Augustinus ... volup ...
non potest. Alta profunditas eloquiorum tuorum ... eorum superficies blandiens pueris sed mira profunditas horror est
et Augustinus primo confessionum ... mira profunditas horror horroris et tremor amoris et ideo ad tantam profunditatem qui est meta ut dicit Hugo de sancto Victore studentibus in eam sit necessaria
modestia ... ut ... ingenio polleat et quod augeat ingenium cum invenit memoria custodit et quartum sive
quomodo ... doctrine operam dat ut meditetur ingenio ... conspectione morum 2 in perscrutatione mandatorum 3 in investigatione
meditatio assidua ... meditatio ... humilis sincera et devota que volente intrat scientia ... consummatur in audiendo assiduum
operum divinorum et disciplina ... humilis ... Augustinus ... et mites et humiles esse corde ... oratio et meditatio ...
in studendo et devotum in orando ... concentio veritatum ... occupat eum qui se ... ut se illis ...
et legendo et audiendo ... non laborabit assistere ... invenit ... scientie ... de quo ... studentes ...
qui de luce vigilaverit ad eam non laborabit ... fuerint ... somni et strepitum ... lectoribus ... ibi ...
cum summo labore et studio acquisite fuerint ... et ... ingenium ...
... restitutio invenitur studiosis corporis in fame et ... penuria ... et ideo ...
... appenditur argentum et non in ... in Ierusalem ... habundantissime invenitur ... alludens ...
... argentum ... in angustia spiritualis ... et ut ... ad ... scripturas sanctas nobis ad consolationem
... Genesis 41 ... in angustia spiritualis famis ... Secundo est per alias speciosa quia speciositas ... ... clarificatur simplici puritate et colore fulgente
... refulgens. ... est et alias speciosa ... luce ... et ... lucet ... sed ... dicit enim ut ...
... luce ... scientia rutilat ut ... lucem ... et ... colorem ... ut de nocte videatur
... luce ... colorem ... ipsa ...
lucerna et de die colorata ... perfulgida super ... lucem ... et ... colorem ... argentum ...
est enim speciosior sole et super omnem stellarum dispositionem luci comparata invenitur prior ... puritate ... argentum ...
eloquia domini eloquia casta argentum igne examinatum ... eloquia domini casta ... argentea ... igne examinata ...
... colorem ... eloquentie ... Augustinus 4 de doctrina christiana ... auctores ... sapienter
diligenter ... eloquentiam ... pulchritudo ... formositas ... [margin: ...]
... eloquentiam ... pulchritudo ... resultat ... per alias preciosa Job 28 ...
... per alias speciosa ... pulchritudo ... per alias illuminat ... Cassiodorus ... utilitas
... invenitur in terra ... preciositas ... non ... dicit ... movet ... ut ...
... alterat ... monet ... ut ...
... ut ... recordetur ... monet ... laudat
superbia ... accusat ... eloquentias ... persuadet ... vocat a terrenis ...
ad celestia amplectenda ... Cassiodorus ... a sordibus ... bonis operibus ... concupiscentias ...
et a mala voluntate compescit. Quarto et ultimo est per alias virtuosa et quia ... in effectu ... per alias virtuosa utpote
quia ... est inspirata et ideo rectificat cogitationem est a Christo promulgata et ideo letificat affectionem est ab apostolis predicata et ideo fortificat
operationem. Primum patet ... Augustinus ...
... cogitationem rectificat ... ut dicit Augustinus ... culpat ... cupiditatem ...
... promulgata ... et ideo est virtuosissima ... apostolum ... est dei virtus et sapientia ...
... virtute et dei sapientiam et ... ardor ... nobilitas ... ista scientia a Christo promulgata
letificat affectionem ... ut dicit ... scientie ... 3o ab apostolis predicata et ideo fortificat
ad bene operandum unde Gregorius ... dei ... mollibus et ... sordibus ...
... multiplicata ... refecte ... lampades ... et lucerne ... dominus ...
Et ideo ... Augustinus ... utilitate ... de vita beata dicit velle et libenter optare ... et super affluentior et
... et scientia ... libertatem ... et ... Quarto ... efficacia utilitas ...
et evolant nebule sicut aves dicit enim nebule ... a duobus ... sicut ... [margin: 2m]
ad cogitationes affectiones ... ignis ... et affectionem ... solis ... scripture ab
infimis ad supra elevat ... ad vocem suam dat multitudinem ... ad vocem ... scripture dat multitudinem aquarum ... animam et elevat
nebulas ab extremis terre i. cogitationes et affectiones ... volare ad celum ... Ezechielis ... elevata cherubim alas ele
[margin: a tia] vata sunt cherubim ... plenitudo scientie ... scientia replevit elevat alas ... volare ... luce et
et ... ascendere ... affectionem ... amat ... 3o facit ascendere ...
et ideo ... scientia plenus ... ut nubes volant ... admiratione ... zaphiro ...
... illustrata ... vita candida ... rubicundi ... zaphirum. Quarto ...
... volabit ... festinans ad comedendum ... diligit deum ...
... dulcedinem ... et lucem ... [margin: 3m]
... magnitudine sua posuit ... magnitudine ... ad edificandum ... una scientia sit
... alia ... maior ... ita scientia sit de
... maior ... non ...
... magnitudo ... ad ... et ...
... fides ... capitale ...
... scripture ... magnitudine ... magnificentiam
et ... scripture ... magnitudine ... ad ...
Job 37 Tonabit deus voce magnitudinis sue et non investigabitur cum audita fuerit vox eius ... sollicite audivimus
quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri. Tertio posuit eam in magnitudine ... sonet vox tua in auribus
meis et ... dulcia eloquia tua faucibus meis. Quarto et ultimo ... veritatis ... Sed ...

tangitur quantum ad misterium et quantum ad manifestam hystoriam que significatur in emanatione ab intrinsecis misticis. Unde spargit lumen suum qui
lustrat cuncta per circuitum. ethicorum informatione philosophorum narratione futurorum pronunciatione et agendorum ammonitione. Unde Augustinus super Genesim
ad litteram In sacris scripturis investigari oportet que ibi eterna intimentur que facta narrantur et que futura pronunciantur. Secundo quantum ad sensum
moralis decentiam ut in colore yridis. Sicut enim lux solis in nube rorida recepta colores yridis efficit multos omnibus gratos
ita lux divina huius scripture divinitus inspirata sensus efficit multos diversos Tertio quantum ad occultorum continentiam que sub verbis
planissimis latet lumen occultissime veritatis quo ad sensum allegoricum sicut nubes celat et obtegit lumen solis. Unde dicitur Ezechielis 32
Solem nube tegam Si enim in verbis esset difficultas nullo modo induceret nos ad tam occultam veritatem. Lux enim ipsius scripture que
est vere clara et perspicua applicata est fortitudini humane hystorie tamquam nature opace et solide ut fiat inde speculum Sicut enim
speculum a corpore lucido suscipit radios incidentes quos susceptos aspectus oculi illuminatus conspicit lucidum qui radios
emittit in speculum Sic radii veritatis eterne a Christo sole iustitie in ista scriptura suscepti nobis deum ostendunt quem in se non sufficit
intueri ut dicit glossa super Ezechielem. Cum nubibus et latibus pensandum est quod in tantum mysterium et infinitum certitudinis quod ipsum sine
non possumus ad quod videndum caligamur [illegible] Quarto et ultimo tangitur congruentia quantum ad altam intelligentiam in imbium altitudine
et dicitur quantum ad sensum anagogicum ducentem ad superna dicitur [illegible] 12 Omnes locutus est super sacram scripturam et tacuerunt omnes [illegible]
et hic quantum ad sensum anagogicum. Producit usque ad nubes ipsius altitudinem admirando Et propter hoc altitudinem dicit Augustinus super Genesim
ligentius audiendo et verba ipsius producit [illegible] et maturo incessu tamen tardius ambulante perficias que sic loquitur
Cum scriptura non deserente infirmitatem tuam et matura [illegible] veritate magnos pascat et affabilitate parvulos nutriat
ut alta ne sua superbos irrideat profundi te attentos terreat veritate magnos pascat et affabilitate parvulos nutriat
donec ipsos ad vitam eternam perducat Ad quam nos perducere dignetur Ihesus Christus in secula benedictus Amen

Nota liber iste dicitur Apocalipsis id est revelatio quia in eo agitur de quadam solemni revelatione facta per angelum beato Iohanni revelatur enim
tota veritas contenta in hoc libro Christo secundum quod est homo et Christus homo revelavit angelo et angelus Iohanni Et Iohannes scripsit
revelata septem ecclesiis minoris Asie quibus primus presidebat et per ipsas generaliter toti ecclesie Christi Revelatur autem totum decursum
ecclesie in septem statibus et sub septem visionibus a persecutione apostolorum facta per iudeos usque ad finalem dampnationem reprobo-
rum et glorificationem electorum Quod autem dictum est quod deus trinitas revelat Christo homini sane intelligendum est non quod anima Christi
aliqua de istis vel alia umquam ignoraverit quia a primo sue creationis fuit plena omni scientia quam potest pati condicio create
Sed hoc pro tanto dictum est quia anima Christi que est creatura vel quod se non a se sed a divina sciat totum quicquid scit a trinitate
recepit. Unde et in primo libro dicitur Apocalipsis Ihesu Christi quam dedit illi deus scilicet trinitas Quod autem dictum est quod ei revelatur totum
decursum ecclesie in septem statibus Sciendum quod iste septem status ecclesie designantur per nomina septem ecclesiarum que tanguntur in littera
Per primam enim scilicet per Ephesum que erat metropolis aliarum figuratur status ecclesie primitive Interpretatur enim Ephesus lapsus
per primam enim scilicet per Ephesum que erat metropolis aliarum. Et vere in primo ecclesie fuit lapsus profundus quia omnes in passione ceciderunt
profundus vel consilium aut voluntas mea Et vere in primo ecclesie fuit lapsus profundus qui ad fidem Christi redierunt Per secundam autem ecclesiam que dicitur Smyrna
Sed postea fuit in ea divinum consilium et divina voluntas qui ad fidem Christi redierunt. Interpretatur enim canticum Et tunc recepto spiritu sancto gaudebant apostoli
figuratur status ecclesie post receptionem spiritus sancti Interpretatur enim canticum Et tunc recepto spiritu sancto gaudebant apostoli
et fideles primi in tribulationibus unde dicitur Actuum 5 Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quia digni habiti sunt pro nomine Ihesu
contumeliam pati Per tertiam autem ecclesiam que dicitur Pergamum vel Pergamus figuratur status ecclesie qui fuit in divisione apostolorum Interpretatur enim
divisio cornuum Et tunc apostoli ab invicem divisi ventilaverunt hostes cornibus suis Per quartam ecclesiam que dicitur Thyatira
que illuminans interpretatur figuratur status ecclesie post divisionem apostolorum Tunc enim ipsorum doctrina et predicatione fuit illuminata
ecclesia sicut luna a sole et sicut terra a montibus eternis Per quintam autem ecclesiam que dicitur Sardis et interpretatur principium pulcritudinis
figuratur status ecclesie qui fuit tempore martirum tempore doctorum et aliorum confessorum Tunc enim devictis tyrannis et hereticis incepit
apparere pulcritudo ecclesie in operibus et conversatione sanctorum Per sextam autem ecclesiam que dicitur Philadelphia et interpretatur fratres et
salvans figuratur status modernus ecclesie in quo fratres precepta et doctrina sanctorum salvant animas suas Per septimam autem ecclesiam
que dicitur Laodicia et interpretatur consumata vel amabilis figuratur ultimus status ecclesie tempore antichristi Tunc enim mundus consumabitur
et homines qui in fide Christi constanter perseveraverint erunt amabiles trinitati Revelatur ergo angelus Iohanni totum decursum
ecclesie in septem statibus per illas septem ecclesias designatis Quod autem dictum est quod revelat ei totum decursum ecclesie sub septem
visionibus Sciendum quod scriptura huius libri fuit prophetia Unde Iohannes dicit in primo capitulo Beatus qui legit et audit verba prophetie huius
Fuit ergo prophetia Et sicut in prologo originali dicitur fuit prophetia prestantior omni prophetia veteris testamenti sic novum testamentum prestantius
est vetere Cuius dicit super eundem prologum quia Iohannes prophetavit de preterito de presenti et de futuro Sciendum quod sicut dicitur idem prologus liber iste magis
sacrata continet de Christo et ecclesia que per magna parte iam sunt adimpleta immo totus decursus ecclesie fuit ei revelatus in
visione Et quia omnis prophetia est quedam visio ut dicitur visione prima visio visione secunda Ista prophetia fuit utique visio non quidem corporalis
sicut fuit Moysi qui vidit ignem in rubo Exodi 3o Nec visio ymaginaria sicut quidam prologum sicut visio Balthasar
regis Babilonis qui vidit in pariete digitos manus scribentis Danielis 5o Sed fuit visio pure intellectualis absque enim omni
adminiculo figurarum et ymaginum intelliguntur clarissime veritates Et ideo sicut David in veteri testamento propter hoc dicitur eximius
prophetarum ita et iste in novo Sed dubium quia hic videtur esse quia Iohannes vidit multarum rerum ymagines sicut candelabrorum stellarum
throni maris vitrei animalium equorum et huiusmodi Sciendum quod sicut aliquos qui non curant de prologo originali qui dicit expresse quod
fuit visio pura intellectualis Unde est quod fuit visio sicut ymaginaria et intellectualis sicut visio Danielis et Zacharie
Sed tunc non videretur quod hec prophetia esset prestantior omni prophetia veteris testamenti De prophetia autem David dicitur quod fuit mere intel-
lectualis et absque omni velamine ymaginum et adminiculo figurarum propter quod dicendum est aliter quod ista visio fuit pure intellectualis
et quod Iohannes absque omni velamine figurarum vidit rerum veritates Sed postea sunt ei oste figure quibus velaret ea que viderat
et hoc propter malos ut eis occultarentur divina misteria et etiam propter bonos ut daretur eis occasio studendi in divinis

ut postea quod intellectum esset per studium gratiam liberet. Item fuit hec visio. Et non quidem una sola visio sed septupla. Prima namque fuit
de correctione ecclesiarum que incipit infra c. 1o Ego Iohannes etc. Et continet duo capitula sequentia. Secunda fuit de revelacione misteriorum que
fit in aperitione libri et continet quatuor capitula. Tercia fuit de manifestacione condicionum misteriorum per doctrinam et predicacionem et continet quatuor capitula.
Quarta fuit de persecucione ecclesie que provenit ex revelacione et predicacione misteriorum et continet tria capitula. Quinta fuit de penis et tribu-
lacionibus quas homines sustinebunt tam mali quam boni [illegible] tempore antichristi et continet tria capitula. Sexta fuit de penis reproborum
quas sustinebunt in inferno et continet tria capitula. Septima fuit de beatitudine electorum et continet duo capitula. Et sic in universo liber
iste habet 22 capitula. Cum prima sit divisio dividitur in prohemium et tractatum. Tractatus secundum aliquos incipit in primo secundi capituli. Et alio modo
secundum alios autem incipit infra circa medium primi capituli Ego Iohannes etc. Secundum autem primam divisionem prohemium quod secundum omnes totum primum capitulum continet,
dividitur in tres partes. In quarum prima tangitur huius scripture grandis commendacio. Secundo scriptoris scilicet Iohannis [illegible] alloquium ubi Iohannes septem
ecclesiis. Tercio huius tocius operis quedam breviter prelibacio ubi Ego Iohannes frater et socius. In prima parte huius capituli tangitur huius scripture grandis
commendacio cum dicitur Apocalipsis Ihesu Christi etc. Ubi sciendum quod huius scriptura ex octo multum commendatur, videlicet ex subiecti nobilitate de quo compilatur,
ex principii sublimitate a quo inspiratur, ex modi congruitate sub quo declaratur, ex sociorum ydoneitate quibus destinatur,
ex auditorum utilitate per quam approbatur, ex nuncii sanctitate per quem deportatur, ex scriptoris fidelitate per quem promulgatur, et ex finis utilitate
ad quem ordinatur. Propter primum scilicet subiecti nobilitatem de quo compilatur premittit Iohannes Apocalipsis i. revelacio Ihesu Christi i. de Ihesu Christo deo et homine facta.
Circa subiecti nobilitatem: quia Christus totus scilicet secundum deitatem et humanitatem, secundum caput quod est ipse et corpus eius quod est ecclesia, est subiectum
istius scripture. Et vera secundum Aristotelem primo de anima bona nobilitatem sortitur ex nobilitate subiecti. Propter 2m scilicet principii sublimitatem a quo
inspiratur addit Iohannes quam scilicet Apocalipsim seu revelacionem dedit illi scilicet Ihesu Christo secundum quod homo, deus scilicet trinitas. Ubi non quod Christus secundum quod deus
quicquid habet a patre accipit per eternam generacionem, unde licet Christus secundum quod deus [illegible] habeat omnem scienciam increatam [illegible] non tamen habet eam a se
sed a patre. Secundum autem [illegible] Hylarium [illegible] habet filius quod non accipit a patre nascendo. Secundum autem quod homo est [illegible] ut a se habuit
scienciam huius libri ut aliquam aliam, sed totam quam habet et habuit, habet a tota trinitate. Non quod anime sue fuit aliquid revelatum quod aliquando
ignoraverit, quia ab instanti sue creacionis fuit tota repleta sciencia [illegible] scienciam huius libri et
omnem aliam dedit illi deus a primo sue creacionis. Propter hoc signanter dicitur quam dedit illi deus. Propter 3m scilicet propter modi congruitatem sub quo
declaratur subdit Iohannes palam facere [illegible] que dedit Christo homini servis apertius. Ecce palam facere non abscondere,
sicut fecit nequam qui abscondit pecuniam domini sui Matthei 25. [illegible] huius doctrina data est in figuris valde obscuris, non ergo palam
sit [illegible] quod Iohannes palam facta est qui veritatem [illegible] revelate [illegible] figuras vedit quarum [illegible]
[illegible] quod Iohanni palam facta est [illegible] facta fuit ista revelacio quod Iohanni sic palam fuit facta
aliis in parte revelat [illegible] Propter 4tum scilicet propter sociorum ydoneitatem quibus destinatur addit Iohannes [illegible]
[illegible] figurarum potuit aliis declarare [illegible]
videt [illegible] que possit fieri [illegible] per Iohannem fuit ista revelacio palam facta [illegible] servis suis i. fidelibus
humilibus non inflatis [illegible] superbis Matthei 11. Confiteor tibi pater [illegible] quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis.
[illegible] facta fuit servis Christi ista revelacio quia oportebat eos pati tribulaciones multas modo secundum glosam. Et ideo [illegible] Christi et apostolorum ut
levius ferrent pondus tribulacionum facta fuit eis ista revelacio. Et ut eos minus ferirent iacula cum essent previsa. Propter quintum autem
scilicet propter auditorum utilitatem per quam approbatur subdit Iohannes que oportet fieri cito. Et sic construe Apocalipsis etc. i. revelacio facta de hiis
que oportet fieri cito i. de tribulacionibus quas oportet servos dei pati, et de premiis que accepturi sunt post hanc vitam, et de penis quas infideles
passuri sunt [illegible] [illegible] oportebat fieri, et cito fieri oportebat quia [illegible] ut venirent scandala
Matthei 18. [illegible] oportebat quia utile erat servis dei quod fierent eis tribulaciones via ad celum Actuum [illegible] per multas tribulaciones oportet intrare
in regnum celorum. Item quia per eas [illegible] ad celum [illegible] Multiplicate sunt infirmitates eorum postea acceleraverunt. Item
quia fuerunt eis precium quo emerunt celum et celi regnum. [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] purgaverunt eos ab omni rubigine peccati sicut purgatur aurum in fornace [illegible] igne me examinasti etc.
[illegible] ergo ista fieri [illegible] quia fuerunt necessaria quia fuerunt ab eterno previsa et quia fuerunt valde utilia servis dei. Et oportuit ea fieri cito quia tribulaciones
[illegible] [illegible] que [illegible] modo futura sunt cito [illegible] que [illegible]
[illegible] Propter sextum scilicet propter nuncii sanctitatem per quem deportatur addit Iohannes. Et significavit
i. signo [illegible] visionem ostendit secundum glosam [illegible] trinitas mediante Christo homine et Michaele archangelo [illegible] scilicet [illegible]
mittens per angelum suum scilicet archangelum [illegible] revelat. Propter septimum scilicet propter scriptoris fidelitatem per quam promulgatur subdit
[illegible] Iohannes [illegible] servo suo Iohanni Christus enim per istum angelum fuit locutus [illegible] huius scripture [illegible] servo suo scilicet beato Iohanni
[illegible] quia [illegible] manifestat. Christus enim virgo per angelum virgini Iohanni [illegible] visionem misit qui
scilicet Iohannes testimonium perhibuit verbo dei i. Christo secundum quod est deus, vel verbo dei i. Christo quod esset verus deus ab eterno, quod quidem testimonium
perhibuit in principio sue evangelii [illegible] In principio erat verbum etc. Et testimonium Ihesu Christi i. testimonium perhibuit de Ihesu Christo quod esset verus homo, quod
quidem perhibuit cum dicit [illegible] Et verbum caro factum est etc. Et ne aliquis putaret quod ipse perhibuisset testimonium solum de auditu [illegible]
audiens quod eius testimonium esset validum dicit [illegible] vidit i. testimonium perhibuit de Christi deitate et humanitate non solum de auditu
sed etiam de visu [illegible] quod ipse testificatus fuit de Christi deitate vidit oculo intellectuali Iohannis 14 [illegible] testimonium perhibuit
[illegible] autem testificatus fuit de Christi humanitate vidit quidem ad litteram oculis carnis, [illegible] prima sue canonice [illegible] fuit ab
initio, quod vidimus et audivimus et manus nostre contrectaverunt de verbo vite etc. [illegible] quod hic dicitur de Iohanne quod testimonium perhibuit etc.
[illegible] quia Iohannes prius scripsit Apocalipsim quam evangelium [illegible] quod Iohannes prius predicavit evangelium quam [illegible] Apocalipsim scripsit et tunc testimonium
perhibuit Christo [illegible] super illo verbo per angelum suum [illegible] angelus qui erat [illegible] aliquando loquebatur in persona dei
sicut infra [illegible] Ego sum alpha et o. Aliquando autem in persona propria sicut infra ultimo [illegible] etc.

Notandum autem quod iste scriptor s. Iohannes multum hunc commendat. Primo a sinceritate conscientie cum dicit Iohanni quod inscriptum in quo est gratia. Secundo ab humilitate obediencie cum dicit servus dei. 3o a fidelitate amicicie cum dicit testimonium perhibuit verbo dei. Et postea ostendit et ultimo scripture finis utilitatem ad quam hic ordinatur scriptura subiungit iohannes beatus qui legit scilicet per se ipsum studendo et qui audit scilicet ab alio recipiendo verba prophetie huius et servat ea que in ea scripta sunt scilicet mente retinendo et opere adimplendo. Talis scilicet nunc est beatus in spe et tandem erit in re. Et verum verba istius prophetie sunt legenda audienda et servanda racionem subiungit dicens tempus enim prope est quo scilicet electi finientur et premia reddentur scilicet tempus mortis unicuique et tempus iudicii communis Iacobi quinto Ecce iudex ante ianuam assistit Et sophonie primo Iuxta est dies domini etc. Tempus ergo prope est quia ut dicit glossa non longa est laboris mora et premia sunt vicina. Notandum autem quod multiplex quod ista scriptura dicitur prophetia. Datur intelligi quod est a deo originaliter inspirata. Dicit enim in prologo psalterii quod prophetia est divina inspiratio certitudine futura denuncians. Item quod est sublimium denunciatio prophetia enim est hominis ultra humanas creaturas penetrans futura aut angelorum vel posse communis sensitivi. Item quod est occultorum revelatio prophetia enim dicitur non solum qui predicit futura sed et qui pandit occulta secundum gregorium omelia prima super ezechielem. Item quod est salubrium instructio. Propheta enim locuti sunt suadentes bona et prohibentes mala terrentes de futuris penis et consolantes de premiis. Dicit gregorius super ezechielem libro 2o omelia ... de prophetis dicit 2 pet. primo quod spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. De ista autem prophetia potuit dicere Iohannes ecclesiastici 24 doctrinam quasi prophetiam effundam etc.

Notandum insuper secundum quod dicit beatus dyonisius lex sacratissima divinitatis infima per media reducit in suprema unde deus qui summum est simplicitate hominem qui est infimus in ordine creaturarum intellectualium per angelos tamquam per quedam divertia media reducit in se ipsum per salutifera sacramenta cognicionem a quo ipsum abducunt demones per decepcionem. Homines enim qui sunt infimi per hostes adversantes a deo abducuntur decepcione. Ab angelis autem ministrante ad deum reducuntur quadam diversione per ipsum verbum deum gubernante. Proferunt sua beneficia pro misericordia quod notatur cum hic in littera dicitur significavit deus que oportet fieri cito loquens per angelum suum servo suo Iohanni. In quibus verbis ostendit beatus Iohannes primo summi creatoris benivolenciam. Divina revelatio cum ipsum vocat deum. Deus enim secundum damascenum dicitur a theaste quod est considerare vel ab ethyn quod est ardere vel athen quod est fovere. In quibus tribus notatur summa dei benivolencia quam ad homines habet. Ipse enim ingiter considerat ipsorum defectum et indigenciam. Ipse ingiter opponit et quasi comburit hostium maliciam ne temptent homines ultra quam velint. Est enim ipse ignis consumens sicut dicit deuteronomii quarto. Ipse nichilominus fovet et nutrit ipsorum hominum imbecillitatem et impotenciam. Unde deus vult omnes homines salvos fieri et ad agnicionem veritatis venire. Et ad prophetiam ergo dicit apostolus prima ad thimotheum 2o de deo salvatore nostro quod ipse vult omnes homines salvos fieri et ad agnicionem veritatis venire. Et ad propositum ergo dicit apostolus ... Et notandum quod ... ostendit medii reductoris sufficienciam in angeli locucione cum addit loquens per angelum suum servo suo Iohanni et in ipso scilicet hominibus universis. Constat enim quod angeli inter omnes creaturas de lege quam primatum obtinet in omni condicione sufficiencior existit. Est enim angelus secundum dyonisium 4o capitulo de divinis nominibus speculum clarissimum totam speciem pulchritudinis est dicere suscipiens in se claritatem dei. De istis autem angelis patet in locis diversis sacre scripture quod ipsi tamquam medii reducunt homines in deum et loquendo ipsis in persona dei significant ipsis ea que necessaria sunt ad salutem. Patet de angelis qui apparuerunt abrahe et loth in genesi. Patet de angelo Thobie. De angelo etiam qui apparuit ysaie. De angelis etiam qui apparuerunt ezechieli danieli zacharie prophete. De angelo etiam qui apparuit marie matri christi. Et de isto angelo per quem hic fuit locutus Iohanni quem putant aliqui fuisse michaelem. Iste autem angelus qui sunt inter nos et deum medii et qui sunt sufficienciores omni creatura defendunt nos ab hostibus et in deum nos reducunt. Dicit enim propheta in psalmo loquens cuilibet homini angelis suis deus mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. Tercio ostendit infimi viatoris indigenciam et necessitatem angelis suis deus mandavit de te ut custodiat te in omnibus viis tuis. Tercio ostendit ... in necessaria fruicione cum subdit significavit que oportet fieri cito. Ista enim que hic ostendebat fieri erant necessaria hominibus ad sciendum ut videlicet minus eos ferirent iacula cum essent previsa. Ista autem homines etiam Iohannes vir perfectissimus per se scire non potuit quia erant futura. Propter quod fuit necessarium ut eis per suum angelum significaret deus. Ne impati et imparati fierent suscipientes spiritualia dum accedit et propter imparatos spiritualiter moveantur. Unde propheta dicit in psalmo dedisti metuentibus te significacionem ut fugiant a facie arcus. Et etiam sicut angelus iste significavit Iohanni et in ipso omnibus fidelibus. Unde ut habetur infra quarto Iste angelus dixit Iohanni Ascende huc et ostendam tibi que oportet fieri post hec. Illa autem que hic ostendebat fieri erant tribulaciones quas sancti homines erant passuri et premia que per ipsis erant recepturi. Et illa oportebat fieri tum quia erant ineuitabilia tum quia sanctis erant ad salutem utilia. Oportebat autem ea fieri cito quia comparacione sunt multo minus futura quam in eternitatis ut oppositum est supra.

Per angelum autem ministrante

Ihesus Christus Maria

Altissime theologie originem quandam pragmatice preciosam profunditate sublimitate et firmitate immobilitatis volens Baruch scribere capitulo 3 sui libri sic inter cetera dicit. Quis ascendit in celum et accepit eam et eduxit eam de nubibus. Quis transfretavit mare et invenit eam et attulit eam super aurum electum. Non est qui possit scire vias eius neque qui exquirat semitas eius. Sed qui scit universa novit eam et invenit eam prudentia sua. Et subdit capitulo 4 hic est liber mandatorum et lex que est in eternum. In quorum verborum contextu si occurrit quod nullus ascendit in celum eam afferens nisi qui scit universa et invenit eam prudentia sua scilicet dei filius, inde patet eius origo gloriosa de qua dicitur Sapientie 8 generositatem eius glorificat contubernium habens dei. Si vero occurrit quod eam attulit super aurum electum, inde probatur excellentia pragmatice preciose, unde propheta considerans preciositatem dixit. Ideo dilexi mandata tua super aurum et topazion psalmo 118. Propter quod dicitur Proverbiorum 2 si intraverit sapientia cor tuum et scientia anime tue placuerit, consilium custodiet te et prudentia servabit te. Si vero occurrat quod non est qui possit scire vias eius neque qui exquirat semitas eius, inde probatur eius profunditas subtilitatis. Unde propheta considerans dixit mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est et non potero ad eam psalmo 138. Si vero occurrat in contextu verborum Baruch quod hic est liber mandatorum dei et lex que est in eternum, inde probatur eius firmitas immobilitatis quod et propheta notasse videtur qui dixit veritas domini manet in eternum psalmo 116. Licet ergo ceterarum scientiarum quas humana ratio fabricavit quedam sint gloriose ex auctorum imperiali nobilitate ut artes civiles sive politice, quedam preciose ex officiorum generali utilitate ut artes simules et mechanice, quedam subtiles ex occultorum naturali difficultate ut naturales et physice, quedam stabiles ex obiectorum naturali subtilitate ut puerales et mathematice. Sacratissima tamen theologia supereminet universis. Nam eius gloriose pensata dicitur Ysaie 14 quomodo cecidisti de celo lucifer, lucifer namque est que sola de celo descendens nos illuminat de supernis. Eius preciositate pensata dicitur Sapientie 8 in amicitia illius delectatio bona et in operibus manuum eius honestas sine defectu et certamine lingue eius sapientia. Eius profunditate pensata dicitur cuilibet humane scientie id quod scribitur Iob 38 hucusque venies sed non procedes amplius et hic confringes tumentes fluctus tuos. Unde in prologo Iosephus 14 libro talia ponit nullus unquam poeta vel gentilis sibi audebat de sacris litteris aliquid inter sua poemata conscribere. Eius postremo immobilitate pensata potest dicere quilibet verus theologus verbum Sapientie 8 intrans in domum meam conquiescam cum illa. Et ideo quod sapiens dicit omnia bona sibi post divina sapientia provenisse. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Glossa eius quia omnia bona quod bonum virtutis, bonum cognitionis veritatis et bonum honoris. Hec enim tria sunt sapientie gratiose per quas implentur ad eam venientes ut dicit Hugo in libro de tribus gradibus humilitatis ex poenas id est cantici 2. A gratiosis meis adimplemini. Ubi illud qui in divina scientia commoratur dicit esse positum in medio paradisi eius quod repletum deliciis sed non invacuum sed ut operaret et custodiret illud. Ex quo dicto Hugo potest elici quod divina scientia tam gloriosa preciosa stabilis et immobilis fundatur vel acquiri potest vel acquisita possideri vel possessa custodiri sine difficultate laboris. Unde Hugo de victore super cantica dicit labor est inter corporalia scrutari spiritus spirituales et cogitantibus in umbra mortis. Non est sine labore scripturas intelligere que sunt in libro vite. Sed nam eum scribe colligere grana de paleis exquirere de uvis vina et oleum de oliva. Sed per domos alienas mendicare qui in propriis habens panibus non habundat. Sed puteum fodere et venas aquarum invenire que fluunt impetu de libano in visceribus terre nimirum cum labore sunt. Est enim sacra scientia liber involutus figuris et clausus enigmatibus diversis. Unde quo ad vetus testamentum dicitur hic fuisse velata et quo ad novum multos habet similitudine et parabolas. Scientia namque divina quod humanum excedit intellectum et ideo figuris et similitudinibus que sunt quedam manuductores ad sui indiget comprehensionem quod beatus Thomas dicit figuras non sic habere locum in rebus mediis. Sed in hiis quod esse non potest attingere humanus intellectus. Divina ergo scientia que secundum Hugo est eius animi intuitus et veritatis non dubia apprehensio in qua voces audiuntur spiritus sancti que est secundum eundem pelagus scripturarum quia continet volumina plena sapientia et fructum eternorum et semine potens intra est unum germinans virtutes templum dei, sanctum scriptorum et scientia semper in opere perfectali perseverans sed in scripta opere gemmario Hebr. 39 quod adeo ad nos deducitur et ipsa fulgida quod lucida et lux primo calor lucis eternitate capitulo a et ipsa affectuosa quod primi et purissimi sunt fructus eius. Cantica 14 propter quod eius ut dictum est ipsa sit laboriosa. Scit tamen anima non solum de modo cogitatis ut acquirentis sed eciam pensat fine et fructum laborum in divine scientie possessione, ut Hugo attendit. Unde quod cum labore acquiritur non dedignatur cum maiori conatu possidere et operari illud quod divine scientie possessio non est aliud nisi operatio et operatio que secundum Augustinum in prohemio libri de doctrina christiana non solum sunt in elucidatione doctorum quod scientia et iam elucidata legendo et lecta aliis communicando perferentur, propter quod dicit beatus Hugo in libro de institutione morum. Et si multi ad studia plausibiliora se convertunt quod plurima futurorum perferunt nos autem qui pro plurima futurorum militamus, curam divine scientie attentiorem appendamus quod in eius studio ut dicit Hugo libro ad Eugenium propter divinum favorem manus adest validior hominibus. Suo enim studio fides eruditur, erudita illuminatur, illuminata augetur, aucta perficitur, perfecta stabilitur ita ut nulla turbine hostis vel persecutionum possit moveri de loco suo sed est. Nam ut dicit Augustinus contra ymnos libro contra Faustum et qui lacte nutrit parvulos et qui pane roborat solidatos et gulosos quosdam vino et inebrians letificat. Scientia est fons et que divicias cumulat ut propellat inopiam cum medio disputat ut congreget dispersa omnia cum maturitate provenit una ipsa est claritas ecclesiastica in qua sola religio est, in qua sola sacrilegium est. Nam et si quis in ea inter signaculi glorietur insignia, gremio tamen non est fovendus ecclesie quoniam discedit a veritate sacre doctrine ab hoc fonte peculiari et proprio ad cuius interiora non est accessus alieno sed est. Eius autem secundum Gregorium in libro de sacre divine scientie veritas sit eadem omnibus. Non tamen illius veritatis omnis est eadem cognitio. Dicit enim Gregorius et Augustinus allegat cum in 3° distinctione 27.

Debitum incrementa temporum crevisse scientiam spiritualem patrum unde legitur dominus ad moysen dicit: Ego deus abraham deus ysaac deus iacob et nomen meum adonai non indicavi eis. Hugo supplet dicens: sicut tibi. Videtur ipsum moysen de dei notitia plus a precedentibus patribus accepisse. Et daniel dicit: pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia, notitiam ampliorem posteris repromittens. Hec ille. Multo enim viciniores adventui salvatoris extiterunt tanto plenius salutis misterium perceperunt ut dicit Gregorius super Ezechielem [illegible] 21° Et qui preibant et qui sequebantur clamabant Osanna filio David. Ex quo patet duo. Primo quod divine scripture divinorum misteriorum de quibus loquitur [illegible] secundum quod enim in notitiam obscuram et claram i. in testamentum vetus et novum. Cognitio testamenti veteris obscura est, cognitio novi manifesta. Et hec sunt duo ubera sponse Canticorum 1° unde ut dicit Augustinus in libro de doctrina christiana: Intellectus veteris testamenti est nobis figuris et enigmatibus expressus. Intellectus novi est figuras et enigmata explanans. Et 16 libro de civitate dei capitulo 26 dicit: Quid est vetus testamentum nisi novi occultatio, quid est novum testamentum nisi veteris revelatio. Et in libro contra faustum [illegible] dicit: Sacra scriptura sicut in testamento veteri fuit contractio rerum [illegible] sic in novo est testis factorum. In veteri figurabatur ad factorum et visorum, nunc vero veritatis ad completionem et confirmationem. Vetus enim fidem novo testificatur et novum vetus confirmat. Et collatio prima dicit quod auctoritas scripture divine consequens in utroque testamento idem precurrit. Unde Augustinus contra [illegible] libro 4 contra faustum dicit: In hiis testamentis omnia ita concordant ut tamquam uno ore dicta in iustissima ac prudentissima pectora conveniunt [illegible] intellectu inveniatur ac sollertissima diligentia dementiret. Nullum enim dictum ipsum ab altero dissonat sed omnia omnibus in eadem regula fidei concordant que sunt pro intellectu convertuntur perscrutata dilucescunt. Et ordo debitus ut vetus testamentum precedit novum, vetus ut cibus infancium, novum sed perfectorum. Unde Augustinus ubi supra: humanum intellectum numquam cepisset supereminentem claritatem scientie ihesu christi nec devenisset in omnem plenitudinem spiritualem, secundum sunt doctrina vel lex veteris testamenti non precessisset. Illa autem dispensationem mirabilem qua humanatus natus et passus est legis et prophetarum pronunciatio precessit, quia in ista stulticia que sapientior est omnibus hominibus, os thesauri sapientie et scientie dei erant abscondenda, illis abiit infabilem fastidientibus aperienda. Et sequitur ut dicit Hugo ubi supra: Et prophete et legislator moyses et qui eos sequebantur neque ab homine acceperunt aut didicerunt sed per revelationem spiritus divini. Apostoli vero et successores eorum qui erant promulgatores eorum novi testamenti quamdiu prorogata spiritu claudis scientiam acceperunt quod per revelationem spiritus divini et ipsius ihesu christi, itaque et clarius cognoverunt et largius illa que viri tenuiter et obscure priores presenserant. Nam ystoriam sapientie erant hos distinctius contemplantes, tantumdem erant repleti spiritu ut misteria nondum revelata penetrarent futura sicut apparet in Apocalipsi beati Iohannis, cui dictum est per angelum ut habetur capitulo primo: Scribe que vidisti et que sunt et que oportet fieri post hoc, quod dicit Beda in libro que vidisti in revelatione divinitus ostensa, et que oportet fieri secundum divinam ordinationem. Et capitulo ultimo eiusdem libri dicitur: Et dixit michi, scilicet angelus loquens Iohanni: Hec verba fidelissima et vera sunt et dominus deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis que oportet fieri cito, et dominus qui omnia tempora aspiciebat devenit videlicet in domibus suis spiritalibus [illegible] illa [illegible] que reservata sunt tempore gratie quo deus scientia ditavit multitudinem perfectorum quibus tot et tante divitie spiritus affluebat. Et Hugo unde [illegible] exponens affectum sponse que illis verbis postulet me osculo oris sui. Hoc secundo super [illegible] dicit: Non loquatur michi iam deus per prophetas quia tenebrosa aqua in nubibus aeris. Non loquatur per legem quia nubes et caligo in circuitu eius. Non loquatur iam de illo monte umbroso et condenso, sed in sole ponat tabernaculum et loquatur in me, plus postulet quam me osculo oris sui, cuius grata presentia in cuius labiis diffusa est gratia, cuius admiranda fluenta doctrine fiunt in me fons aque salientis in vitam eternam. Sed quod divine scientie consideratione [illegible] est secundum diffusionem spiritus divini est, per quem sicut caritas in cordibus sic et scientia diffundebatur in fidelibus, ipsius autem consequenter elicere possumus quod sicut Augustinus maior est quam omnis humani ingenii perspicacitas, propter quod nichil in ea contempnendum tamquam inutile nichil respuendum tamquam falsum nichil repudiandum tamquam iniquum, pro eo quod spiritus sanctus eius auctor perfectissimus nichil potuit dicere superfluum nichil superfluum nichil diminutum. Et propterea celum et terra transibunt, verba sacre scripture non transibunt quin impleantur. Donec enim celum et terra transibunt iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant salvatore testante. Ex quo enim divina scientia spiritu sancto operante a scripture veritate stabilitur perseverat quam nullo quomodo variare licet nec mutare. Eius enim veritates divina eterna quam prone firmitate sunt ut pro nulla causa nec ab ipso deo possunt aliquid immutari ut dicit Bernardus in libro de dispensatione et precepto. Licet ergo ut dicit beatus Thomas in ultimo suo de quolibet [illegible] quilibet habet in suo sensu dicere quod sancti doctores aliqua a scriptis posuerunt, sicut et prophete quoque aliqua a scriptis dixerunt ut de Nathan qui ore se consuluit David edificare templum et postea a deo reprehensus ex parte dei prohibuit eum. Talia enim dicta que vel pertinent ad disputationes vel ad conversationes et non sunt circa fidem vel circa bonos mores non necessitant ad credendum. Sepe enim in talibus divine opiniones usuantur sed verbo humano non de suo sensu locuti sunt, et fidem seu ipsius sacramenta aut bonos mores pertendebat, habent auctoritatem et necessitatem ad credendum, quod et certio et intelligentia divini est spiritus non humani, secundum Thomas. Unde divina scriptura licet sit tamen certa, ut veritate declarata nulla in sua attestatione auctoritate nec quam miraculi aut ratione manuductione requirat certum et auctoritatem antiquitatis scripturarum et potestate miraculorum et sanctitate morum et veritate rerum artificiosa subtilitate refulget secundum Augustinum. Hec est ergo secundum eundem contra [illegible] faustum regula veritatis quam nulla contrarium variat auctoritas quia in perficiendo vel suam mutat vel aliquam falsitate corrumpitur vel errore viciatur, propter quod sibi firmat omnis fidelis et pius intellectus. Nulla enim volumina quorumcumque scriptorum sive ex collectione coequantur quamquam et si in eis inveniatur eadem veritas non tamen par auctoritas, quia ipsi sua stabilitate perit veritas secundum Augustinum.

Utrum omnes libri biblie nostre quo ad omnes suas assertiones in sensu literali sint divina revelatione conscripti. Et quod non videtur quia non omnes libri nostre biblie sunt de canone librorum divinorum, patet auctoritate per beatum Ieronimum cuius verbum ultimum [illegible] in prologo libri regum, ubi ponens librorum veteris testamenti kathalogum distinguit eos in tres ordines scilicet in legem, prophetas et agiographa. Et postea concludit quod hic prologus scripturarum quasi galeatum principium omnibus libris quos de hebreo vertimus in latinum convenire potest, ut scire valeamus quicquid extra hos est inter apocrifa esse ponendum. Et statim post hec dicit quod liber sapientie Ecclesiasticus qui est ihesu filii Sirach liber Iudith et Thobias non sunt in canone. Et Machabeorum primum librum hebraicum reperi, secundus grecus est. Item in prologo librorum Salomonis dicit quod sicut Iudith et Thobie et Machabeorum libros legit quidem eos ecclesia sed inter canonicas scripturas non recipit, sic et hec duo volumina scilicet librum sapientie et Ecclesiasticum legat ad edificationem plebis non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Consequenter multe assertiones nostre biblie

quo ad vetus testamentum discrepat in sensu litterali ab hebraica veritate seu a scripturis hebreorum ex quibus sunt translate [?] quia non
unum dissonat vero sed potius consonat secundum Augustinum quia nova est translacio scripture hebraice apud Romanos qui multipliciter discrepet ab ista scriptura
cuius signum est quia et translatores Romanorum multipliciter discrepant inter se ut patet per postillatores nostre biblie qui sepe dicunt et ostendunt
quod et ubi diminuerant LXX interpretes a caldaica translacione et quod beatus Ieronimus discrepat ab illis et ab aliis etc. Confitetur
Ieronimus dicens se correxisse libros addendo que obmiserunt et delendo superflua ut hic sequitur modo Origenis prout dicit in suo
prologo biblie et tunc beatus Augustinus xviii° de civitate dei c. liii° dicit quod in eis apparuit signum divinitatis et quod spiritu sancto inspirati scripserunt
et quod eciam christi tot hominum auctoritas ab Eleazaro tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum [?] indicat presidens igitur Ieronimus
videtur errasse in illis passibus ubi eos volebat corrigere. Confitetur ex alio Ieronimus transtulit postquam biblia hebraica fuit suspecta
de corrupcione a Judeis et hereticis i. sua translacio non videtur secura. Item non omnes assertores librorum nostre biblie sunt in sensu litterali veri etc.
[?] quia non [?] sensus revelatus est a deo secundum Augustinum quia ad literam de Salomone dicitur primo paralipomenon 28 et firmabo regnum eius in eternum quod
tamen constat non esse nec fuisse verum Et psalmo 71 Et dominabitur a mari usque ad mare etc. Ad literam videtur dictum de ipso et tamen
nunquam habuit tantum dominium et multi scripture passus consimiles inveniuntur etc. Oppositum dicit sanctus Ysidorus hyspalensis episcopus in libro prohemiorum de
Item dicit dedit palam facere. Contra videtur, quia dicitur infra capitulo v quod Iohannes vidit librum signatum septem sigillis id est variis obscuritatibus. Item statim sequitur in littera: et significavit. Contra verbum exponens Haymo dicit: hoc in loco significavit non ab [illegible] sed a signo potius intelligere debemus et hoc esse dictum significavit quod est sigillavit. Signum enim dicitur sigillum. Non ergo palam dedit. Item infra capitulo x: signa que locuta sunt septem tonitrua. Respondeo secundum Haymonem: Divina scriptura impiis signo clauditur, fidelibus aperitur. Non enim propter fideles suos sed propter fures et latrones divitie sub sigillo clauduntur. Sed deus dedit palam facere et significavit et infidelibus claudi et spiritualibus spiritualia comparando docuit aperiri. Unde et Danieli dicitur: Vade quia clausi sunt signatique sermones usque ad tempus prefinitum, Danielis xii. Infra capitulo ultimo dicitur: ne signaveris verba prophetie huius scilicet fidelibus. Secundum Gregorium [illegible] moralium dicit: pro revelationis auctore scilicet huius doctrine signari precipit, tamquam [illegible] prohibetur quia quicquid in sacra scriptura mistice latitat servis quotidie ostenditur. Licet ergo sacra scriptura et eius partes sint obscure et signate infidelibus, tamen deus palam revelat servis suis. Amos 3: Non faciet deus verbum nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas. Et Ioh. xv dicit Ihesus discipulis suis: Omnia quecumque audivi a patre meo nota feci vobis. Aliter exponit glossa: hic verbum significavit id est per signa ostendit. Et ideo hoc videtur quod visio fuit ymaginaria quod multi concedunt. Sed contra hoc videtur esse quod dicit [illegible] in prologo in quo dicit quod ista visio fuit intellectualis. Ideo dicendum quod in veritate secundum visio fuit intellectualis quia Iohannes vidit rerum veritatem sub velamine figurarum. Sed postea ostense sunt ei figure quibus velaret ea que viderat ut malis velata occultarentur et bonis operiendo studendi [illegible] et per studium inventum gratius haberetur et firmius retineretur.

Sequitur: Mittens scilicet hanc revelationem per angelum suum. Tunc Christus [illegible] revelat et iste personam Christi gerebat. Nec secundum Bedam angelus in persona Christi visus est revelans. Servo suo Iohanni quasi speciali amico quem aliis conservis suis manifestat. Unde Haymo: Iste angelus in figura Christi apparuit beato Iohanni. Quia enim cum patre et spiritu sancto filius unus est deus omnium revelans utique et illum angelum replevit atque in illius corde habitans per eum locutus est Iohanni. Unde et aliquando loquitur in persona Christi ut ibi: Ego sum alpha et o; aliquando in persona sua ut ibi: vide ne feceris, conservus enim tuus sum et cetera. [illegible] verba agens principalis aliquando loquitur in persona domini sui, aliquando in persona sua. Ipse autem Iohannes figuram ecclesie tenet sicut in sequentibus apparebit. Cum Christus sic deus est non in sua natura sed per angelum apparuit sicut olim patribus fecit. Expleto enim misterio [illegible] visus est etiam ab hominibus [illegible] oportuit. Ideo xl die ascendit in celum, non deinceps per eam speciem quam suscepit a nobis apparere voluit. Unde non corporalem eius presentiam debemus requirere sed potius credere eum esse ubique in divina maiestate. Totus itaque filius dei per divinitatem erat in angelo, totus cum patre et spiritu sancto consistebat in celo. Quod nulli alii posse tribuitur nisi illi incorporee et simplici nature que tota in celis recipitur, tota in terris, tota sine loco in locis, tota sine parte recipitur in partibus. Verum est autem [illegible] eius incarnationem angelus apparens [illegible] filio hominis dicit sicut in sequentibus invenies, tamen etiam angeli qui multo ante eius adventum sanctis patribus apparuerunt [illegible] vocantur. Unde in loco dicit beato [illegible] Ambrosius [illegible] etiam per beato Paulo apostolo dominum post suam ascensionem non in sua natura apparuisse sed potius per angelum, tamen in ea forma in qua recognosci ab hominibus solet. [illegible] quia si beatus Paulus [illegible] in sua eum specie vidisset consequens esset ut pro omnibus dilecto discipulo sibi quem ab adolescentia dicato non per angelum sed per semetipsum appareret. Aliter sic legitur ista expositio: Mittens per angelum suum scilicet Christum qui est magni consilii angelus sibi consubstantialis servo suo Iohanni typum ecclesie gerenti, ut dicit [illegible]. Autem dicit mittens per angelum suum servo suo Iohanni: more scripture patrem tenet qui in suis dictis sic de se loquitur [ut] de alio. Unde est: Vir erat in terra [Hus] nomine Iob [illegible] recedens a malo. Item: Et erat Moyses vir mitissimus super omnes

Aliqui volentes unum dicunt prologum

pz [illegible] dicit Iohannes digitus qui signum dicit et sinistra apertum, et ita amicus [illegible] Ioh. [illegible] iam non dicam vos servos sed amicos. Et cum sinus regie est
iste est eius sinus de quo dicitur Ysa. 42 Ecce intelliget servus meus exaltabitur et elevabitur et sublimis erit valde [illegible] sine semper veritas
qui acquisivit ei deus per laborem et per semper [illegible] cum revelat [illegible] et semper [illegible] ubi [illegible] ut dicit Aug. super Ioh. omelia 26
[illegible] et in testificando veritatis [illegible] testimonium perhibuit etc. ipse enim
est testis fidelis [illegible] habuit animas testis fidelis.

Qui morabantur in terra. Et idem Iohannes saepe in evangelio suo hic est discipulus ille quem diligebat Iesus. Secundo Cum scilicet Iohannes
Testimonium perhibuit verbo dei scilicet Christo quia scilicet esse verum deum ab eterno in principio evangelii sui ubi dicit In principio erat verbum et
verbum erat apud deum et deus erat verbum omnia per ipsum facta sunt etc. [illegible] illuminat etc. que in eodem loco declarantur ubi sequitur
[illegible] revelacionem et scripsit apocalipsim quia evangelium solus primus predicavit evangelium [illegible] annos ut [illegible]
[illegible] scripture [illegible] a Domiciano impio impiissimo tyranno in Pathmos insulam [illegible] evangelii
[illegible] veterum insurgentes in ecclesia scilicet heretici Ebion Cherinthus et Marcion et ceteri filii diaboli quos ipse
in canonica sua appellat antichristos. Veritatem fidei scindere conati sunt. Cum autem Nerva piissimo rege permittente et senatu
inde regressus Ephesum moraretur rogatus tradere ab universis Asie episcopis et sacerdotibus ut de Christo divinitate faceret eis sermonem
atque ad memoriam futurorum scriptum relinqueret et ut eo recordarentur de modo sciant quo fide sua corroborarent et hereticorum
[illegible] destruere possent. Quod primum negavit se facturum sed illius in parte persistentibus dixit non aliter se facturum nisi
[illegible] omnes deum deprecarentur. Quod cum libentissime peregissent tanta dei gratia [illegible] cognita
[illegible] replatus ut ad dei contemplandam [illegible] divinitatem et regem in decore suo cernens [illegible] sapiens
[illegible] et ructando [illegible] In principio erat verbum. Hic igitur primus predicavit evangelium et postea scripsit
ubi et fidem recte credendum corroborat et hereticorum prava dogmata dampnat. Secundo Et testimonium scilicet perhibuit Ihesu Christi
de Christo Ihesu cum dicit Et verbum caro factum est et habitavit in nobis. Ecce integre et vero testimonium quia de divinitate et humanitate
[illegible] ne putaret aliquis quod de auditu tantum et non de visu esset eius
testimonium et ita minus sufficiens quasi audivit. In hiis quecumque vidit. Haymo. Subintelligitur est. Utrumque de incarnato dei verbo
scilicet in divinitate sua et humanitate cognovit. Aliud vero vidit oculis corporis atque aliud oculis mentis. Oculis mentis
vidit divinitatem oculis corporis humanitatem. Vidit eum ante omnia secula a patre genitum tum per omnia fecisse. Vidit in fine
temporum natum ex matre pro nostra salute deinde passum a iusto homine sepultum a mortuis resuscitatum atque ad dexteram
patris sublevatum deinde ad iudicium venturum. Vidit itaque hec et testimonium perhibuit et scimus quia verum est testimonium eius
Ioh. ult. [illegible] Et qui vidit testimonium perhibuit. Testificatus est se vidisse spiritum sanctum in specie columbe super eum
venisse et transfiguratum quod fuit signum sue deitatis et miracula fecisse mortuos suscitasse et aquam et sanguinem
de latere eius mortui manare [illegible] quod fuit ab initio quod vidimus et audivimus et manus nostre contrectaverunt
de verbo vite annunciamus vobis. [illegible] in solo [illegible] vide alibi

Beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius et servat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est.
Hic quarto sanctus Iohannes reddit auditores attentos ex huius libri utilitate quam consequitur qui legit aut audit et servat hanc
prophetiam. Que quidem utilitas consistit in beatitudine consequenda unde dicit Beatus iam beatitudine spei seu vie et tandem
beatitudine rei seu patrie. Qui legit scilicet per se quantum ad doctores et qui audit scilicet ab alio quantum ad discipulos studiosos. Dupliciter
namque modo acquiritur scientia scilicet aut per inventionem studendo unde Beatus qui invenit sapientiam scilicet per se studendo aut per doctrinam
audiendo unde Beatus homo qui audit me. Verba prophetie huius singulariter attendendo quia singula sunt plena misteriis sicut [illegible] prologo
ad quem ibimus verba vite habes. Sed quia non sufficit legere et audire nisi fiat quod legit et audit. Sicut dicit apostolus ad Ro. 2 Non audi-
tores legis iustificabuntur apud deum sed factores. Ideo addit Et servat ea que in ea scripta sunt scilicet corde retinendo et opere implendo
unde glossa Et illi soli beati qui audiunt ut mente recordentur et opere compleant et ut vitam eternam possideant. Et hoc est quod dicitur Luc.
Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Et Bernardus super Cantica sermone 36 dicit quod fructus et utilitas scientie consistit in modo
ut sciat quo ordine quo studio quo fine quemque nosse oporteat. Quo ordine ut id prius quod maturius ad salutem. Quo
studio ut id ardentius quod vehementius ad amorem. Quo fine ut non ad inanem gloriam aut curiositatem aut aliquid simile
sed tantum ad edificationem tuam vel proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum ut sciant et turpis curiositas est. Et sunt qui
scire volunt ut sciantur ipsi et turpis vanitas est. Qui profecto non evadent subsannantem satiricum et ei qui eiusmodi
est decantantem Scire tuum nichil est nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item qui scire volunt ut scientiam suam vendant
verbi causa pro pecunia et honoribus et turpis questus est. Sed sunt quoque qui scire volunt ut edificent et caritas est. Item sunt qui
scire volunt ut edificentur et prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo non inveniuntur in abusione scientie. Qui ad hoc
volunt intelligere ut bene faciant. Denique intellectus bonus omnibus facientibus eum. Reliqui vero audiant Scienti bonum et non
facienti peccatum est illi. Ac si per similitudinem dicat Sumenti cibum et non digerenti periculosum est ei. Cibus siquidem indigestus
et qui bonum non habet decoctionem malos generat humores et corrumpit corpus non nutrit. Ita et multa scientia ingesta stomacho
anime que est memoria si decocta igne caritatis non fuerit et per quosdam artus anime mores scilicet actus quia transfusa atque
digesta quatinus ipsa de bonis que novit vita attestante et moribus bona efficiatur. Nonne illa scientia reputabitur
in peccatum tanquam cibus conversus in noxios pravos quoque humores. An non malus humor peccatum. An non mali humores pravi
mores. An non inflationes et torsiones in conscientia sustinebit qui hoc est sciens scilicet bonum et non faciens. An non responsum
mortis et dampnationis toties in semetipso habebit quoties in mentem venit sermo quem dixit dominus quod servus sciens voluntatem
domini sui et non faciens plagis digne vapulabit multis etc. Aliter sic potest exponi littera Beatus qui legit studendo et audit
obediendo et servat que scripta sunt credendo et timendo. Unde Haymo In hiis verbis duorum personae comprehenduntur doctorum
qui legunt et aliis exponunt et auditorum qui audiunt et retinent et opere perficiunt ea que in ea scripta sunt. Huius enim
hic liber multa habeat in se profunda misteria tamen multa sunt ibi que etiam ad literam custodita magnam utilitatem et salutem
prestant suis observatoribus. Servat autem ea que in ea scripta sunt qui fidem Christi et caritatem non violat qui cavet prohibita et
implet iussa metuit minata supplicia amat promissa celestia. Subdit hic autem liquido colligitur quanta sit
auctoritas quantaque excellentie cum inter omnes libros novi testamenti hic solus prophetia vocatur quam qui servaverint beati esse perhibentur. Beati igitur legenda sunt audienda et servanda verba prophetie huius. Tempus enim prope est in retributionem scilicet quo beatos
fruentur et premia beatitudinis eterne recipient, vel tempus scilicet iudicii quo unusquisque recipiet mercedem quam meruit.

Ioh. 3 [illegible] (margin)

Ioh. 5 [illegible] (margin)

Luc. xii (margin)

Glossa Beati qui audiunt ut mente recordentur et opere compleant ut vitam eternam possideant (margin)

Ac si diceret: si homo felix qui fidei sacramentis imbutus et que in his iubentur custodit et que prohibentur non presumit, quia et obstinacionis
tempus non longius morans ducetur et retribucionis dies quorum in ianuis consistit. Et Iacobi v: Ecce iudex ante ianuam
assistit. Et Sophonie primo: Iuxta est dies domini magnus. Et glossa dicit super hoc: Apponitur tempus ipse est quia ut longa laboris mora et pena vicina est ...
... Ideo non graviter sunt consideraciones seu meditaciones que potissime movere debent homines ad contemptum
mundi. Prima est frequens meditacio mortis et corporis que mortem sequitur, scilicet iudicium vel ad gloriam vel ad eternam dampnacionem. In quo iudicio
nichil proderit divitem fuisse et delicias mundi et omnem gloriam eius habuisse. Et ideo dicit scriptura: Memorare novissima et in eternum non peccabis. Et
Ieronimus in epistola ad Paulinum: Facile contempnit omnia qui se semper cogitat moriturum. Secunda consideracio que movere debet ad contemptum mundi est attendere quod omnia mundi sunt multipliciter vana, fallacia et tristia, que non conferunt finaliter suis amatoribus nisi que eis sunt corporis cruciatus
pallentes. Tercia consideracio quod status hominum secularium et mundanorum sunt plena fatigis, fallaciis, vicijs, curis, anxietatibus,
adulacionibus, distractionibus et infinitis miserijs, que et plura veraciter bene et ex corde cogitante et considerante ab isto seculo fugat.
Quarta est quia considerat que et qualia mundi amatores deliciosi, divites, gulosi finaliter consecuti sunt, et quales fines habuerunt
et quod postquam duxerunt in bonis dies suos, in puncto ad inferna descenderunt. Econtra attendere quid adepti sunt mundi contemptores,
et quam gloriosa est eorum memoria inter vivos, quia ille dominus vixerunt vilem et abiectum amictum seu habitum portaverunt, ideo iam
in recompensacionem eorum ossa, reliquie, ymmo ymagines auro et gemmis preciosis vestiuntur. Et eorum qui viventes in hoc mundo contempti
et despecti fuerunt, pulveres iam reges adorant et in organis et cantibus festive laudantur, qui fistulas vane leticie in hoc mundo
contempserunt; et eorum reliquie et ymagines iam in altis thronis et tabernis aureis collocantur, qui olim in pulvere sederunt,
omnem ornatum mundi aspernantes. Quinta consideracio est contemplacio civitatis celestium bonorum que hominem contempnendo mundum et spiritualiter
vincendo mentem perfectius contempnunt omnia huius mundi qui celestia et eterna se confidunt adepturos, et cum celi civibus societatem in
vita felicissima habituros. O quantum ista consideracio homines movere debet ad relinquendum mundum et anhelandum in celeste habitaculum, quoque
secunda estimacio cuiusdam felicis status futuri post hanc vitam quosdam gentiles philosophos ad contemptum de hoc valde incitabat,
de quibus fuit ille Tullius qui in fine libri sui De senectute ita dicit: Efferor equidem studio patres vestros quos colui et dilexi
videndi. Non solum quos ipse cognovi, sed illos etiam de quibus audivi et legi, ad quos quidem me proficiscentem non facile retraxerit
potis. Quin ymmo si quis deus michi largiatur ut ex hac etate repuerascam et in cunis vagiam, valde recusem. Nec vero
velim quasi decurso spacio ad carceres a calce revocari. Et subdit: Quid habet vita commodi, quid non potius laboris?
Et paucis interpositis dicit: Neque me vixisse penitet, quoniam ita vixi ut non frustra me natum existimem, et ex vita sic discedo
tamquam ex hospicio, non tamquam e domo. Commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit, hoc est palacium. Et concludendo
subdit: O preclarum diem cum in illud animorum consilium cetumque proficiscar, choreis et decorem vel animarum illustrium virorum ante ipsum
mortuorum, cumque ex hac turba et colluvione discedam. Proficiscar non ad eos solum viros de quibus ante dixi, verum etiam ad
Catonem meum, quo nemo vir melior natus est. Videte quomodo ille philosophus spe videndi caros suos post mortem et spe
perveniendi ad felicem societatem eorum quos fama probitatis extulerat, nisus est in hac vita sic bene utiliter et laudabiliter
vivere ut in eorum societatem recipi mereretur, et ut iam moriturus non vellet repuerascere et ad vitam priorem revocari, ymmo
tamquam spe incitatus sic bene vixit ut audeat dicere: Neque me vixisse penitet, quoniam ita vixi ut non frustra me natum estimem.
Paucos itaque hodie religiosos, philosophos aut theologos sic monet et provocat status iocundissimus que creditur future felicitatis
atque felicissime societatis, nedum cum sanctis hominibus sed cum vero et summo deo et cum angelis suis. Revera mirum, philosophos solam spem
cuiusdam ymaginarie felicitatis sic incitabat ad laudabiliter vivendum, et hodie christianos ... felicitatis consideraciones ...
non movent, ymmo nemo eos ad virtutes inflammare potest. Nemo eos a mundo hoc potest revocare, qui sue dulcedinis poculo
mundus suos iam sic inebriavit aut quo fortassis copiosis [illegible] suos amatores iam sic firmavit et sic tam inmobiliter et inseparabiliter
alligavit. Erubescat Sydon, ait mare ... Erubescant hodie christiani, dicit gentilis. Dum constet hodie christianos tenendos esse ad ...
non minus valde. Cum hodie constitutum sit hic papue ut tendat et intendat totis viribus ad celestia. Cur in tot devia studiorum
declinat et tramite recto dimisso per tot devia discurrit. Numquid non inter stultos in mundo consideratur hominis conpeta qui via regia via
secura et brevissima obmissa per vias laterales et anfractuosas eligeret venire Romam? Certe sic. Et quid proderit homini si totum
mundum lucretur et anime vero sue detrimentum paciatur, et anime sue destructio pareatur? Cur ergo homo pretermisso studio salutari quod inutilibus ... [illegible]
efficacius et propinquius perveniat ad suum salutis plenum neglecto, ad alia studia tendit aliarum quam temporalia conferunt et forte nonnulli
etiam hac intencione ad eas tendunt. Numquid homo propter temporalia creatus est et non magis temporalia propter hominem? Quid magnum in temporalibus
ipsi cognoverunt quod sancti patres non apprehenderunt, qui hec ut contempnenda docuerunt? Nonne deus de celo prospexit super filios
hominum ut videat si est intelligens aut requirens deum? Non dicit propheta ut videat si est potens de statu, si est fulgens ...
si est ... si possideat divicias, si sit habens delicias, sed dicit ut videat si est intelligens non ...
Si papue verba propheticie homo si sacre scripture et secundum eam intelligat deum requirens. Requires equidem deum per veram cognicionem,
per veram dilectionem, per debitam glorificacionem, per devotam invocacionem et per sanctam conversacionem. Et propter hoc ad inveniendum ipsum non est sistendum, dum taliter
ut in studio solum laborandum ut sciamus secundum propheciam. Sunt aut ... ct requirentes deum ... dicti ... [illegible]
et sunt ea que in ea scripta sunt. ... olim sancti patres ut Ieronimus, Augustinus, Gregorius, sanctos qui boni est intelligencie facultatibus cum
et ... qui ... volunt dum ... et non faciens vapulabit plagis multis. Postquam ... informati sunt in
... ad studia divinarum scripturarum aliis obmissis studiis et occupacionibus in ... ad salutem ex
toto se applicaverunt et ... Et beatus Ieronimus dicitur flagellatus fuit ab angelo propter hoc quod qui studio librorum sacrorum vacare
debuit, inpertinenti studio librorum ... se implicavit. Verum erit questio de multis personis ... cuius est studere et aliis
theologis qui hic tempore aliis se implicant studijs et occupacionibus suis statibus inpertinentibus et modicum vel nichil ad reverendum
facultatibus qui facultates de studio ... scilicet ... curiosi laboriosi et sumptuosi in scripturis et libris aliarum scienciarum,
contenti ... et ... theologice facultatis ... quidam se putant ... ipsam iam suos penetrasse apices
theologice facultatis.
Non qualiter beatus Iohannes locutus sit, sublimiter disseruit, subtiliter et docuit utiliter. Unde dicit beatus Augustinus super Iohannem ... Et Iohannes fratres karissimi
de montibus illis erat de quibus dictum est: Suscipiant montes pacem populo. Montes enim excelse anime sunt, de quibus est Iohannes. Tum ait: In
principio erat verbum etc. Suscepit quod mons iste pacem, contemplabatur divinitatem verbi. Ecce quam excelsus, quam altus, quam sanctus mons iste.
Transcenderat enim omnia cacumina terrarum, transcenderat omnes campos herbarum, transcenderat altitudines siderum, transcenderat denique

omnes choros et omnes angelorum legiones. Nisi enim transcenderis omnia, non pervenies ad verbum per quod facta sunt omnia. Non potes videre quo transcendit nisi videas quo pervenit. Transivit enim de celo et terra, hec quidem creata sunt. Transivit de hiis que in celo et que in terra sunt. Transivit super et de creaturis spiritualibus ut pote de angelis et archangelis thronis et dominationibus principatibus et potestatibus, et si omnia sunt creata. Nam nichil quam [illegible] posset [illegible] dixit et facta sunt mandavit et creata sunt. Et si facta sunt per verbum quidem facta sunt. Non ergo pervenisset Iohannes ad hoc quod ait In principio erat verbum etc. nisi transcendisset omnia que facta sunt per verbum. Hec Augustinus. [illegible] que sit causa [illegible] disciplina sapientie tui revelata est et multis ingressus illius quibus intellectus. Ad quam videre patuit iste [illegible] dies mea totam plata est multa et didici, dedi quod cor meum ut scirem sapientiam atque doctrinam. Nam melior est sapientia cunctis opibus. [illegible] Unde et de utilitate doctrine beati Iohannis scribit Petrus Damiani in quodam sermone quem fecit de sancto Iohanne dicens: Iohannes enim nobis tante dignitatis [illegible] ostendit ut divinitatis [illegible] tradidit sapientie et scientie clavibus omnes secretorum celestium thesauros [illegible], et eterne vite divitias quas solus acceperat nobis participando largiretur ac fideliter erogaret. Quid enim divine sapientie queris quod apud Iohannem invenire non possis. Nunc enim heretica pravitas, que arriana perfidia, que [illegible] vesania vel vesana calumpnia, que gentilium philosophorum versucia, que demum [illegible] ab [illegible] scissura, beati Iohannis eloquio non est superata, cum [illegible] evidentius attestatur. Si enim aliquis ab [illegible] obiciatur nobis volumina [illegible]. Illud [illegible] in medium [illegible] Iohannes [illegible] de [illegible] et [illegible] que [illegible] Iohannis [illegible] in pugna [illegible] litigiosi clamores [illegible]. Quid [illegible] in doctrinis, quod Iohannes volumina sacrosancta non contineat, quid in [illegible] Iohannis incomparabiliter non [illegible]. Hec ille. [illegible]

[illegible] omnis prophetica revelacio fiat mediante angelo. Et videtur quod non, quia dicitur Sap. vii quod divina sapientia per naciones in animas sanctas se transfert, et amicos dei et prophetas constituit. Sed amicos dei constituit immediate. Ergo et prophetas facit immediate non mediantibus angelis. Preterea prophetia ponitur inter gratias gratis datas i Cor. xii, sed gratie gratis date sunt a spiritu sancto [illegible]. Igitur prophetica revelacio [illegible] fit mediante angelo. Preterea [illegible] quod prophetia est divina revelacio vel inspiracio. Si autem fieret mediante angelo diceretur angelica revelacio non divina. [illegible] Preterea prophetia perficit [illegible] inferiorem [illegible] impressionem [illegible] posse [illegible] angelum [illegible] non possit [illegible] visio prophetica non fit ab angelo mediante. Sed in oppositum [illegible] Dionysius [illegible] per angelum [illegible] divinas visiones gloriosi patres nostri adepti sunt per medias celestes virtutes. [illegible] ibi de visionibus prophetarum. Ergo visio prophetica fit ab angelo mediante. [illegible] quod omnes apparitiones [illegible] facte in veteri testamento fuerunt per angelos ministrante [illegible] Gal. iii lex ordinata est per angelos in manu mediatoris. Et Act. vii de Moyse dicitur hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sinai. Respondeo dicendum sicut apostolus dicit Ro. xiii Que a deo sunt ordinata sunt. Est autem hic divinitatis ordo sicut Dionysius dicit ut infima per media disponat. Angeli autem medii sunt inter deum et homines ut pote participantes plus de perfectione divine bonitatis quam homines et ideo illuminaciones et revelaciones divine a deo ad homines per angelos deferuntur. Prophetica autem cognicio fit secundum illuminacionem et revelacionem divinam. Unde manifestum est quod fiat mediante angelo [illegible] li. de veritate [illegible] q. [illegible]. In revelacione prophetica duo concurrunt scilicet mentis illustracio et formacio specierum in ymaginativa virtute. Primum ergo lucem propheticam quo mens prophete illustratur a deo originaliter procedit sed tamen ad eius congruam susceptionem mens humana angelico lumine confortatur et quodammodo preparatur. Cum enim lumen divinum sit simplicissimum et universalissimum virtute non est proportionatum ad hoc quod ab humana anima in statu vie percipiatur nisi quodammodo contrahatur et specificetur per coniunctionem ad lumen angelicum quod est magis contractum et humane menti magis proportionatum. Sed ipsa formacio specierum in ymaginativa virtute proprie angelis est attribuenda eo quod tota corporalis creatura administratur per creaturam spiritualem ut probat Augustinus iii de Trin. Vis autem ymaginativa utitur organo corporali. Unde specierum formacio in ipsa pertinet ad ministerium angelorum. Ad primum ergo dicendum quod sapientia divina in animas sanctas se transferens aliquos effectus facit non mediante ministerio angelorum sicut gratie infusionem per quam eos constituit amicos dei. [illegible] aliquos effectus faciat [illegible] ministerio mediante [illegible] in animas sanctas se transferens prophetas constituit angelo mediante. Caritas enim et gratia secundum quam fit homo amicus dei est perfectio voluntatis in quam solus deus imprimere potest. Sed prophetia est perfectio intellectus in quem etiam angelus potest imprimere, et ideo non est similis ratio de utroque. Ad secundum dicendum quod prophetia inter dona spiritus sancti computatur [illegible] lumen prophetie quod quidem a deo infunditur immediate cuius ad eius congruam receptionem cooperatur ministerium angelorum. Ita quod gratie gratis date attribuuntur spiritui sancto sicut primo principio qui tamen operatur huiusmodi gratias in hominibus mediante ministerio angelorum. Ad tertium dicendum quod actio [illegible] operacio instrumenti non attribuitur instrumento sed principali agenti in cuius virtute instrumentum agit. Sic serrante non dicitur effectus serre sed carpentarii, et similiter cum angelus non sit causa revelacionis prophetice nisi sicut instrumentum divinum per revelacionem a deo receptam, ideo prophetica revelacio que fit ministerio angelorum non dicitur revelacio angelica sed divina. Ad ultimum dicendum quod angelus neque lucem neque species creat in intellectu humano, neque species in virtute ymaginativa, sed opere angeli lumen naturale intellectus humani debetur confortatur, et sic hoc modo angelus illuminare dicitur. [illegible] quod angelus [illegible] per commotionem organorum fantasie [illegible] ymaginum formare secundum quod competit prophetie.

Venerabilis Hugo in suo Didascalicon comparando studiositatem veterum ad studium modernorum dicit: [illegible] inspicere volui quid antiqui propter amorem sapientie pertulerint, quam memoranda posteris sue virtutis monimenta reliquerint, ut ipsa diligentia inferiorem esse videbit. Alii namque calcabant honores, alii proiciebant divicias, alii acceptis iniuriis gaudebant, alii spretis hominum consortiis secreta heremi inhabitabant ut philosophie liberius vacarent. Unde Parmenides philosophus xv annis in rupe Egipciaca consedisse legitur et Prometheus philosophus ob meditandi liberiorem curam in monte Caucaso vulturi expositus memoratur. De alio quodam legitur quod post [illegible] stu dia [illegible] meditacionem [illegible] instituit et [illegible] in [illegible] lectionibus esse velle. Ut continuato studio nunquam in eis senescit sapientia que cum corporis virtute in senibus decrescente assiduata studendi diligencia sola crescit et magis invalescit. Senectus itaque illorum qui adolescenciam suam honestis studiis instruxerunt etate fit doctior usu [illegible] processu temporis sapiencior, et veterum studiorum dulcissimos fructus metit. Unde Demostenes ille sapiens cum completis [illegible] annis se mori cerneret dixisse fertur se dolere mori quod de vita egrederetur [illegible] sapere incepisset. Plato etiam lxxxi anno dictans et scribens mortuus est. Et Socrates [illegible] xcix annos in docendi scribendique dolore et labore complevit. Taceo et Hugo alios philosophos Pitagoram Democritum etc. qui ob iam etate longeva in sapientie studiis floruerunt. Nec [illegible] beatus [illegible] disertissimus iam senex [illegible] non erubuit nec desperavit. [illegible] ergo [illegible] illa sapientiam amaverit quam etiam nec etas decrepita potuit ab eius inquisicione revocare. Nemo ergo propter senium sapientie studium obmittat quia ipsa est Abisag que sola calefacere potuit senem David. Nemo in studio addiscendi torpeat, neminem paupertas abstrahat, neminem voluptas aut opulencia retrahat. Neminem labor terreat. Nemo qualitercumque dispositus addiscere desperet, a difficultatibus [illegible] diligenter attentus [illegible] sapientiam divinam seu theologiam [illegible] ut dicit Augustinus in prologo libri de doctrina christiana.

a divinis diversimode acquiritur quia ab aliquibus humano modo discitur ab aliis modo speciali illuminatur. Ut enim sapientia divinitus se transfert in animas sanctas et devota vita et oratione impetratur ut de salomone 3° Reg 3. Et de ihesu filio sirach qui dixit invocavi et venit in me spiritus sapientie. Patet etiam de duobus viris devotis quos augustinus ubi supra commemorat, scilicet de anthonio quodam egiptio monacho qui sine ulla scientia litterarum scripturas divinas et memoriter tenuisse et prudenter cogitando intellexisse perhibetur. Et de quodam servo dei barbaro christiano dicit augustinus se a fide dignis accepisse quod litteras nullo docente homine in plena notitia accepit orando ut sibi revelaret, quod et triduanis precibus impetravit sic ut codicem oblatum stupentibus qui aderant legendo percurreret.

Cum ergo mens disposita est per humanas scientias per adiscendo sacram scripturam de indispositione sua culpa sua inest peniteat et petat scientiam a deo et dabitur ei teste iacobo apostolo c. 1. Potest enim deus subito infundere et immediate prestare quod potest aliquis humano modo discendo per multa tempora laboriose acquirere sicut fuit in viris supradictis et aliis multis viris sanctis scribitur 3 Reg 3 cum salomon novus rex constitutus humiliter confiteretur se ignorare processum in regimine tanti populi et postularet a deo per hoc sapientiam et prudentiam necessariam obtinuit illam excellenter sed quia hanc rem petiit ad bonum finem deus adiecit sibi divitias et gloriam magnam. Hoc igitur est primum quod requiritur ad hoc ut quis proficiat in cognitione veritatis et perveniat ad plenam intelligentiam scripturarum scilicet oratio devota recurrere ad deum magistrum summum illuminatorem internum qui dat omnibus affluenter et non improperat. Iac. 1. Secundum est sollicitum studium et diligens labor per inventione veritatis et apertione scripturarum quod pulsanti magis meditatione aperitur et pigris clauditur. Tertium est querere humiliter a doctoribus et peritioribus se et non inniti suo prudentie aut intelligentie sue. Et qui sic querendo perstiterit inveniet veritatem et scripturarum intelligentiam secundum promissionem salvatoris dicentis luc. 11. Omnis qui petit accipit et qui querit invenit et pulsanti scilicet per meditationis studium aperietur. Intentio autem vere sapientie que per studium sacre scripture oritur est ut renascentur mentes nostre ab amore huius seculi et ut contempto mundo et transitoriis que in eo sunt rebus divinis obtemperent preceptis et ad apta eis regna celestia suspirent. Primaria enim intentio huius vere sapientie sive sacre scripture duo habet quorum primum est extirpatio viciorum plantatorum et radicatorum in animabus mortalium omnemque iniustitiam et veram virtutem etiam sedula lectione rigando usque ad perfectionem ducere. Secundum est fugatio errorum tenebrarum declarare et publicare omnem veritatem ad humanam salutem utilem necnon vel oportunam. Et dixi notanter intentio primaria et non dixi ultimata quia vera sapientia sive theologia sua complectit ultimata intentione sub respectu et relatione ad gloriam creatoris iuxta illud apostoli omnia quecumque facitis ad gloriam dei facite. Quia autem hec sapientia scilicet sacre scripture tendat et valeat ad fugandum seculi vanitatem et carnis voluptatem apparet quod lectione divine scripture beatus anthonius fuit mox conversus et inductus ad renunciandum seculo ut dicit beatus augustinus 8 confessionum audierat de anthonio quod ex evangelica lectione cui supervenerat admonitus fuerat tamquam sibi diceretur vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo et veni et sequere me et tali oraculo statim ad te conversum fuisse. Et conversus facti beatus augustinus meditatur cum in fletu sue conversionis sibi diceretur tolle lege tolle lege arripui inquit codicem apostoli et legi in silentio capitulum quo primo conjecti sunt oculi mei non in comessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et impudicitiis non in contentione et emulatione sed induimini dominum ihesum christum et curam carnis ne feceritis in desideriis vestris. Nec ultra inquit volui legere nec opus erat statim enim ad finem lectionis omnes tenebre diffugerunt et convertisti me ad te ita ut ne uxorem quererem nec aliquam aliam huius seculi spem diligerem. Patet ergo quod lectio sacre scripture ducit efficaciter ad contempnenda mundi vanitatem et ad vitanda carnis voluptatem quia sanctus anthonius ex evangelica lectione mundum relinquens factus est egenus et augustinus per lectionem apostolicam factus est castus contemptor mundi et celestium amator. Et quod insuper hoc sapientia theologica efficiat cum beatus augustinus vera de inventa humanitus philosophia dicat 3° confessionum quod sic mutat affectum suum ad deum quod vilescunt sibi omnes spes vane et quod immortalitatem sapientie concupiscit estu cordis incredibili quo spretis omnibus ad dilectionem dei assurgere incepit. Et ergo bene dicit primo libro de doctrina christiana quod omnium divinarum scripturarum plenitudo et finis est dilectio dei quo fruendum est. Et subdit ibidem quisquis scripturas divinas aut quamlibet earum partem intellexisse videtur sibi ita ut isto intellectu non edificet geminam caritatem scilicet dei et proximi nondum eas intelligit. Et quia nondum ascendit hiis gradibus quibus ad veram sapientiam pervenitur ut dicit augustinus 2° de doctrina christiana quod ascendere volenti ad sublimitatem sapientie primus gradus est timor dei. Secundus est pietas ad credendum divine scripture et cogitare quod verius est quod ibi scribitur quod cogitare valeat. Tertius gradus est scientia divinorum librorum quod hoc non sit vetantem [illegible] lacrimate [illegible]. Quartus gradus est abstractio animi ab rebus temporalibus et conversio ad eterna. Quintus est purgatio animi a cupiditatibus mundi. Sextus est quo proficiat mens usque ad dilectionem inimici. Septimus gradus est in quo iam mens est sic elevata ut iam placere sibi hominibus non curet. Istis septem gradibus ascenderunt ad veram sapientiam sancti patres nostri. Et ergo eorum sapientia et sollers studium ac prudentia fuit quo omnia impeditiva et retractiva a perfectione spiritualis vite abicerent et omnem peccati occasionem caute fugerent et quo se in omni virtutum decentia habituarent, deum cognoscerent cognitum magis laudarent et adorarent. Illorum ergo sapientum et vere prudentium summa ars erat omnia contempnere propter deum et largiri pauperibus et tali arte construere tabernacula in celestibus. Hac igitur sapientia inflammati et instructi ex divinis scripturis patres nostri olim contempserunt omnia mundi delectabilia et sola celestia desiderarunt. Et quia tunc sacre scripture non habet talem fructum et effectum hodie in hiis qui ei vacant eam docent eam quotidie masticant et ruminant ratio quod una causa est quia ad eius intellectum dictis gradibus non ascendunt. Secunda quia carnem et mundo quodam inextricabili colligunt ut eis renunciare non possint. Et hec est quod modo libros sapientiales legimus et tunc stulte agimus libros legales audimus et legem non implemus psalmos canimus sed devotione non ardemus evangelia quotidie ruminamus sed nosmetipsos non abnegamus audimus prophetas sed divinis comminationibus non terremur nec promissionibus allicimur legimus libros hystoriales et nos non emendamus epistolas legimus et monita scribentis negligimus legimus apocalipsim et novissima nostra non formidamus cum tamen apostolus consideret de novissimis ecclesie temporibus in quibus consummabitur omnia per gloriam sanctorum et penas reproborum sed ut novissima nobis essent magis incitativa sed ut sapiens filii memorare novissima tua et in eternum non peccabis. Novissima vero nostra sunt mors et iudicium pene inferni et gaudium celi. Quia si quem utique non potest a malo retrahere amor dei et gaudia celi saltem revocet timor iudicii mortis inferni laqueus mortis ignis urens vermis rodens sulphur fetens et flamma ardens fumus et tenebre flagellum frigus et ignis demonum aspectus scelerum confusio luctus

Secundum hugonem in suo didascalicon. Tria sunt necessaria via humana discere volentibus scilicet ingenii abilitas inquirendi studiositas et audiendi
cupiditas seu natura exercicium et disciplina. In natura consideratur ut facile quis percipiat et percepta firmiter teneat. In exercicio attenditur ut
labore et sedulitate naturalem sensum excolat. In disciplina duo considerantur primo ut audiens discipulus fiat secundo ut laudabiliter vivendo
mores suos cum sciencia disponat. Hec ille. Circa primum ad primum qui doctrine operam dare volunt ingenio scilicet et memoria pollere debent. Que duo
scilicet ingenium et memoria in omni studio et disciplina ita sibi coherent ut si unum desit neutrum alterum ad perfectum ducere possit. Sicut
nulla prodesse possunt lucra ubi deest custodia et incassum receptacula munit qui quod recondat non habuit. Et ita est in proposito
quia ingenium invenit et memoria sapienciam custodit. Ingenium dicit hugo est vis quedam anime naturaliter insita vel ingenita. In-
genium ergo a natura provenit seu proficiscitur, usu vel exercicio iuvatur, immoderato labore retunditur, et temperato acuitur exercicio.
Unde satis eleganter a quodam dictum est. volo tandem tibi parcas. labor est in cartis [illegible] hoc de ingenio.
De memoria autem advertendum quod sicut ingenium dividendo investigat et invenit ita memoria colligendo et breviter summando
recolligit et custodit. Quia memoria hominis hebes est et gaudet brevitate. Discere ergo volens colligere debet ea que
de quibus prolixius scriptum vel disputatum est et ad brevem quandam et compendiosam summam redigere et hanc sepius mente
revolvere. Est namque omnis sermo vel tractatus aliquod vel aliqua principia quibus tota rei veritas et vis sine innititur et ad illa principia
cuncta alia referuntur. Debet ergo industriosus studens in omni lectione sermone vel disputacione breve aliquid colligere
et summare in id quo est tota vis negocii et secundum illud summatum in archa memorie sue recondere et qui talem industriam
in studendo habuerint in brevi tempore multum proficere poterunt. Econtra autem tarde vel nunquam proficiunt qui multa legunt et au-
diunt et nichil summatim perstringunt nec in aliquo se figunt. Est et alius modus cito discendi. Videlicet singula audita et
visa sic attendere attenta diligenter pensare pensata ad invicem comparare. Cum bonitas iudicii consistit in
diligenti rerum in se apprehensione et apprehensarum multiplici ad se comparacione relacione diversitatum et convenienciarum
assignacione et resolucione et composicione et huiusmodi ergo hoc sequela seu illacione. Sunt aliqui tam superficialis ingenii
quod quamvis videant notabiles et mirabiles disposiciones non moventur ad cogitandum que sit causa talis disposicionis
seu habitudinis rei aut quibus modis aut quibus finibus. Econtra reperiuntur alii tam inquisitivi ingenii et animativi ut
in qualibet consideracione figant et pensare conantur causas condiciones modos et fines singularum disposicionum et habitu-
dinum in rebus et illi citissime addiscunt et per se multa inveniunt et ergo inventis subtiliora deducunt. // Ad exercicium vero
pertinet lectio et meditacio. Que quidem meditacio secundum hugonem est frequens cogitacio causam originem modum et utilitatem
uniuscuiusque rei prolixius investigans et oritur a lectione audita vel lecta. Nisi enim lectionem meditacio concomitetur
frustra aures vocibus et oculi obiectis scripturis fatigantur. De disciplina vero ait hugo quod cum sapiens quidam de modo
et forma discendi interrogaretur respondit. Mens humilis studium querendi vita quieta scrutinium tacitum paupertas
terra aliena. Hec reserare solent multis obscura legendi. Puto dicit hugo ille audierat quod dictum est Mores ornant
scienciam. Et ideo precepta studendi preceptis vivendi adiungere voluit. Sciens quod illaudabilis est sciencia quam vita maculat
impudica. Ergo summopere cavendum est ei qui querit scienciam ut non negligat disciplinam. Quia homo viciis seu viciosis passi-
onibus infectus et distractus ad alta non potest attingere intellectu nec via humana neque divina que est per revelacionem et requirit
mentem puram et a viciis purgatam. Ex quibus omnibus elicitur quod docti sunt in ecclesia dei. Sunt enim docti divinitus informati
sunt docti humanitus informati et sunt docti utroque modo illuminati sicut fuerunt paulus augustinus et alii plures. Ex istis
eciam elicitur tercio quod venerabiliter gignasia sapiencie ex divina providencia sunt disposita patet quia nisi studia publica continuarentur
et conservarentur fides catholica cito rudesceret et errores et hereses superstitiones varie revivescerent. Si dicatur forte sufficeret quod quilibet
studeret in partibus suis. Sed super hoc quod fiunt conventus generales magistrorum et doctorum. Respondetur quod non tum propter maiorem auctoritatem et approbacionem
laborum tum propter celeriorem instruccionem plurium tum propter maiorem excitacionem addiscencium et maiorem digestionem et discussionem
dubiorum tum eciam propter liberiorem vacacionem studio et propter remocionem multorum que impediunt acquisicionem studiorum ut sunt voluptas
habundancia propter patrie et familiaritas parentum et amicorum tum denique propter magis et forcius augmentum sapiencie in concursu
multorum discencium et docencium. Ubi gratia exempli mille apes per estatem simul laborantes plus comportant de melle quam si quelibet
divisim et sequestratim laborasset. Immo divisim multe perissent et nullam provisionem facere sola potuisset. Simile est
de formicis et de hominibus politice congregatis quorum quilibet melius et lacius vivit quam si solitarie vivendo necessaria quereret.
Quartum aliud sequitur ex predictis quod nulli vere meritorium est studium theologie existenti in statu mortalis culpe patet quia quamdiu est in tali statu
non studet debita intencione nec refert suum studium ad quod referre debet scilicet ad dei honorem et proximi salutem nec tunc
eius studium procedit ex radice meriti que est caritas dilectio dei. // Non secundum beatum bernardum libro 5 de consideracione ad Eugenium papam
divina sciencia cuilibet professioni cuilibet dignitati cuilibet saluti est necessaria nec repellitur aliquis ab eius inquisicione. Quod non est de aliqua
alia sciencia invenire. Unde certis religionibus quedam sciencie sunt prohibite. Quedam eciam sunt dignitates in quibus quidam a certis
scienciis arcentur. Bernardus quidem dicit non quod essent eis indigni sed quia indignum est circa profectum illos agere qui ad tantam perfeccionem sunt assumpti
et magni ruboris est et erubescencie velle sic magnos in minimis qui sunt deus magni et in minimis inveniri. Hec ille.
Sciencia eciam multe sciencie sunt que non sunt salutares quia in suis principiis et conclusionibus nichil agunt de fide que est inicium salutis neque
de salutiferis faciunt aliquam mencionem. Sed divina sciencia et fidei est et a salutaribus non discedit. Nam ut bernardus dicit ubi [illegible]
verbum suum emittit et retinet sic divina sciencia et si quasi processu suo progreditur a divinis nunquam tamen egreditur. Et si quasi salutaria
petit nunquam tamen deserit immo quecumque evagatur semper ad fidem revocat cum profectu salutis. Unde secundum beatum augustinum xiii contra libri
contra faustum. Hec est sola que retinet ad incoacionem fidei ad consolacionem spei et ad exhortacionem caritatis que tuba celestis
a torpore vite mortalis excitatus et ad palmam superne vocacionis extendens. Hec ille. Quinto quod studium potest esse gloriosum studio divine
sciencie cum omnia credibilia que pertractat credere pietas est intelligere [illegible] et nosse vita ut dicit beatus bernardus in libro de instruccione morum
propter quod beatus dicit qui scripturas divinas legit beatus qui audit utroque beatus si intelligit et maxime beatus qui ipsa verba intel-
ligendo [illegible] in opera quia mos illius nullus patet nocuus motibus et vita moribus pollere comprobat. Unde hec in libro dicit [illegible]
Et beatus iacobus in canonica sua c. 1 dicit Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis non obliviosus auditor factus sed factor operis hic beatus in
facto suo erit.

Non sm̄ hugwne lō de sacͥs · Sūt homines aq̄m̄ quib; credere est solū fidei nō contrice / qui ꝯsuetudine vincēdi magis q̄ v̄tute
credendi fideles nōiant̄ᶻ · Solis enī visibilib; intenti / nusq̄ mēte ad futura cogitāda sublenat · Et ꝯmꝰ xp̄iane fidei bona
cū ceteris fidelib; vsu p̄ceperunt quāc tn̄ lō p̄aus sit / ut que spes xp̄iano sit in expectacone futurorū bonorū nō attendunt /
hij cōmꝰ nōie dicant̄ᶻ fideles / Re tn̄ et v̄itate longe sūt a fide · Augꝰ tn̄ diuina gr̄a visitant̄ᶻ · et ad cognicōez v̄itatis p̄ueniē
satagunt · et hoc qn̄ diuina gr̄a visitati fu̅ p̄uenti · quid velit nomē xp̄ianū attendūt / et que est spes xp̄iano · Est enī ut dt̄ Augꝰ
lō de vita xp̄iana · xp̄ianꝰ nomē bonitatis integritatis pacie castitatis prudencie et humilitatis inocēcie et pietatis / quo ergo illud
vsurpat · cui de tot̄ multis rebꝫ nec pauca subsistūt · Et tota spes est xp̄iano de futuris ꝯ p̄mittibꝫ · Spes enī est expectacō
beatitudinis p̄ueniens ex gr̄a et m̄itis · Et est beatitudo dupl̄ᶻ scꝫ vie et patrie · Beatitudinis vie gradꝰ assignat / Et enī bī sunt lō finali
de ꝯsideracōne · Bt̄i sūt qui bn̄ficia illa scꝫ quibꝫ ista vita trāsiri nō p̄t · conuertūt in obsequiū xp̄i · nō fruētes eis sꝫ vtentes
Nō illa petentes nō querentes nō ad illa supplices · sꝫ q̄ necitati et coacti et q̄ ꝯacti · quasi sē illis inuisceres · Ex quo p̄ꝫ q̄
istorū inferiorū habūdancia nō repugnat beatitudini vie · Na abrahā habundauit auro argento familia et pecorib; · Et Jacob in mesopotamia
potamia similiter · Bt̄atꝫ est et gr̄as egit · Et tn̄ uterq; istorū habuit beatitudinē vie / dt̄ ecc̄ scriptura · Btūs diues qui inuentꝰ est
sine macula · Et bt̄s Augꝰ tractās id · pp̄ia · Btūm dyxerit p̄plīn cui hec sūt · dt̄ Apl̄i qui sua reliquerunt / in solo hoc sunt diuites nō
sunt · Et vō q̄ receperunt hec a xp̄o in p̄missio · inquit enī vos qui reliquistis oīa ⁊c · Centupliū accipietis et vitaꝫ etiā possidebitis
Augꝰ exponit · Centupliū in hac vita et vitā eternā in futuro · Na filij lucis qui pie viuūt in xp̄o p̄missionē habēt vite q̄ nūc ꝫ
et future · sꝫ vō apl̄i j ad thy xᵒ · pietas ad omīa vtilis est p̄missionē habēs vite q̄ nūc est et future · Et sꝫ hec beatitudo vie sic p̄t notificari
Est sempl̄ᶻ spl̄ibꝫ q̄ rebus vti ordinate ad p̄merendū deū · Et hͣ est beatitudo incipiencium · qui vsu seculi̅ et omīa vite p̄ntis velut
quasdā opes satagunt expende · dispensādo ea in laude dei · suāq; et aliorū salute · Sꝫ magis bt̄i sūt / qui p̄ ista sensibilia q̄
p̄ quosdā gradꝰ p̄scandō / ad inuisibilia p̄tingunt · hij enī licꝫ hic sint corpe · tn̄ in celis sūt mēte · dt̄ enī apꝰ ad rō · pᵒ · inuisibilia
dei p̄ ea que fca sūt / conspicit et intelligi · quod illorū est p̄ipue quorū ꝯuersacō est in celis · phil · 2 · Et sꝫ hec btūdo sic p̄t diffiniri
Est ꝯsiderare prudent̄ diligent̄ ꝯ scrutari et ponderare oīa ad inuestigandū cognicōem dei · Et hͣ est beatitudo p̄ficiētiū qui
ut in diuitijs ut in p̄ꝫa ut in gl̄a sꝫ solū in hoc gl̄ant̄ᶻ q̄ sciūt et cognoscūt deū · Maiore aūt bt̄i sūt qui spreto vsu rerū
et seculi · quātū humane fragilitati p̄ssē est / nō iam ascensorijs gradib; sꝫ inopinatis quibusdā excessibꝫ interiꝰ contemplādo
angelus unus de septem spiritibus qui astamus ante deum. Daniel vii°: Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei. Et similiter non est quod quaeratur non fiat hic mencio de patre cum solum optet eis salutem a Christo de cuius divinitate premisit. Et prima subiungitur de eius humanitate cum dicit: Et a Ihesu Christo qui est testis fidelis etc. Vel sicut dicit Haymo: Unicuique est in hoc loco. Cur in dato gratie nominato Filio et Spiritu Sancto, persona patris reticetur. Nam cum dicit: Ab eo qui est et qui erat et qui venturus est, Filium in hiis verbis ostendi, maiorem ad hoc probat cum subiungit: Qui venturus est scilicet ad iudicium ut reddat unicuique iuxta opera sua. Pater enim non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit Filio. Iohannis v. Qui solus cum patre et spiritu sancto sic esse quod immutabilis est. Unde postea mutabiliter esse et mutabiliter autem idem ipse est. Sunt etiam angeli sed mutabilitatem passi sunt qui unus eorum motus per superbiam cecidit. Sunt homines sed mutabiles sicut primus homo mutatus est et de iusto factus est iniustus, de bono impius, de inmortali mortalis. Quis enim creatura mutabilis comparata eternitati quod non est, ideo specialiter esse habere dicitur. Qui venturus est. Erat vero quod autem de beata virgine nasceretur, cum patre fuit ante tempora propter illud: In principio erat verbum et omnia per ipsum facta sunt. Venturus est ad iudicium iuxta verba angelorum promissio. Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum, Actuum i. Cum itaque hec non nisi soli Filio congruere videantur et hanc gratiam etiam ministrorum a patre Filio atque Spiritu Sancto percipit, quod quorum inseparabilis est unitas, inseparabilis est etiam operacio. Quamvis enim videatur hoc quod solius mencio fit Filii vel Spiritus Sancti, sed sciendum est dicit ipse quod mos est sacre scripture ut ubi unius fit mencio persone de trinitate tota sit trinitas intelligatur. Ergo ubi persona Filii fidelibus gratiam tribuere legentes audis, simul in ipsa donacione patrem et Filium et Spiritum Sanctum intelligere debes. Item queritur cum sit unus spiritus qui replet orbem terrarum, cur Iohannes in hac revelacione septem spiritus introducat. Responsio: innuere propter septenariam et multiplicem eius operacionem. Unus itaque est proprie naturam, multiplex vero distribucione graciarum. Sicut Salomon dicit eundem spiritum unicum et multiplicem, Sapientie vii°. Est enim in illa spiritus intelligencie unicus multiplex, unicus formaliter et essentialiter, quod nos unit deo spe fide et caritate et corpori Christi et sollicitati servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Est etiam multiplex per effectum propter multiplicia dona que prestat. Ysaie xi: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus sciencie et pietatis et replebit eum spiritus timoris domini. Propter quod et hic subditur: Et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. Haymo: Throni dei sunt angeli sancti et homines iusti in quorum mentibus per fidem requiescit, sicut vero dicitur: Anima iusti sedes est sapientie. In cuius thronum quia spiritus sanctus est quod in sanctorum mentibus requiescit ut deum et illos possidet, eorum opera disponit et ad amorem dei et proximorum dileccionem accendit. Ad quem etiam specialiter pertinet remissio peccatorum que fit in baptismate opere Spiritus Sancti. Unde dicit apostolus Iohannis xx°: Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Sic ergo gratia, id est peccatorum remissio, et a Spiritu Sancto immo generaliter omnia que a deo percipimus sive in fide sive in opere in abstinencia, in ieiunio et in ceteris gratiis a deo nobis tribuuntur sola ipsius misericordia. Sequitur: Et ab Ihesu Christo. Prima de Christo plura locuturus ait: Item repetit eius personam dicens: Et ab Ihesu Christo. Qui est testis fidelis quod potest tripliciter exponi. Primo id est qui fidele testimonium perhibuit de nobis de patre et de seipso. Iohannis xviii: Ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati. Testimonium etiam perhibuit de patre dicens Iudeis: Pater in me manens ipse facit opera, et hec est vita eterna ut cognoscant te. Item de se Iohannis iii: Sic deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret, et ego a meipso non veni et multa huiusmodi. Secundo sic Christus est testis fidelis quod veritatem quam vobis docuit operibus approbavit. Iohannis x: Opera que ego facio testimonium perhibent de me. Tertio sic dicitur est testis fidelis quod sine accepcione personarum viam dei in veritate docuit. Matthei xxii: Magister scimus quod verax es et viam dei in veritate doces. Quarto est testis fidelis quod in die iudicii verum testimonium de omnibus dabit. Iob xvi: Ecce in celo testis meus et conscius meus in excelsis. Testis in celo fidelis. Vide ergo ut habeas bonam conscientiam quod testis ille non potest munere corrumpi ut dicitur Proverbiorum vi: Zelus et furor viri non parcet in die vindicte nec acquiescet cuiusquam precibus nec suscipiet pro redempcione dona plurima. Sed sicut Filius est testis fidelis ita etiam pater ita et spiritus sanctus. Dicit enim pater de Filio testimonium illi perhibens: Hic est Filius meus dilectus in quo michi complacui. Ipse quod Filius de spiritu perhibet testimonium cum dicit: Spiritus ubi vult spirat, Iohannis iii, et: Spiritus est qui vivificat, eiusdem vi°, et: Paraclitus ipse vos docebit omnia. Ibidem xvi: Spiritus quoque sanctus de Filio testimonium dicit quod sit veritas. Sicut dicit beatus Iohannes in canonica: Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. Et ipse Filius dicit: Ille testimonium perhibebit de me. Unde sciendum est quod sicut hii tres unum sunt, sic eorum testimonium unitum est, quamquam alterius testimonio alter insinuetur. Specialiter autem Filius testis vocatur quod pro testimonio usque ad mortem perveniet carnis. Tamen cum omnes etiam in predicacionibus Christo testimonium perhibeant, illi specialiter testes vocantur qui pro Christo testimonio moriuntur. Sequitur: Primogenitus mortuorum. Primus homo creatus est ea condicione ut nisi peccasset inmortalis mansisset. Sed quod peccavit mortuus est et redit in matrem suam que est in terra de qua fuerat conditus. Dicit sibi dominus: Cinis es et in cinerem reverteris, de qua sumptus es, quod formatus de limo terre in eternam vivebat, quod de matris utero unus processerat. Postquam autem factus est ille mortalis, genuit filios mortales et peccatores qui omnes mortui in matrem suam redeunt. Venimus ergo Christus in carne eadem lege mortuus est, atque in utero matris sepultus. Sed quia tercia die a mortuis iam victurus in eternum resurrexit et mors illi ultra non dominabitur, recte et merito primogenitus mortuorum debuit appellari, id est primus inter mortuos ad inmortalitatem resurgens, non tempore sed complacite et dignitate. Nam et si quidam ante ipsum suscitati sunt a morte sicut Lazarus et plures alii, tamen non surrexerunt inmortaliter victuri quod iterum mortui debitum carnis solverunt. Unde non proprie surrexisse vel revixisse reputandi sunt. Dubium autem tenet quod de illis qui cum domino surrexerunt quod una corpora fuit resurrectio ut iterum obierunt sed in corpore et in anima cum Christo ascenderunt. Non tamen surrexerunt in die parasceves sicut videtur Matthei xxvii: Et multa corpora sanctorum que dormierant surrexerunt. Sed hic dicendum est per anticipacionem quod primo in dominica die surrexerunt cum Christo. Unde ibidem statim subditur: Et exeuntes de monumentis post resurreccionem eius venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis. Vel dicitur primogenitus mortuorum quod pro omnibus mortuus morte destruxit. Et quod mortuos ad resurgendum quodammodo regenerantur ad inmortalitatem. Potest et aliter intelligi omnes electi qui se mortificant cum viciis et concupiscenciis et peccatis et voluptates carnis in se occidunt mortui sunt peccato et vivunt deo. Quorum primogenitus digne vocatur Christus quod peccatum non fecit et mortificacionem vite carnalis ostendit. Nota: Resurrectio est reparacio a morte in vitam. Dupliciter autem aliquis eripitur a morte. Uno modo a morte solum in actu ut scilicet ab ea vivere incipiat qualitercumque postquam mortuus fuerat. Alio modo ut aliquis liberetur non solum a morte sed etiam a necessitate et quod plus est a possibilitate moriendi, et hec est vera et perfecta resurrectio, quod quamdiu aliquis vivit subiectus necessitati moriendi quodammodo mors ei dominatur secundum illud Romanorum viii: Corpus quidem mortuum est propter peccatum etc. Quod illa resurrectio qua quis eripitur solum ab actuali morte est resurrectio imperfecta. Loquendo ergo de resurrectione perfecta Christus est primogenitus mortuorum, id est primus resurgencium. Sed iiii° Corinthiorum xv: Christus resurrexit a mortuis primicie dormiencium quod ipse resurgendo primo pervenit ad vitam penitus inmortalem. Sed resurreccione imperfecta quidam alii surrexerunt ante Christum ad huiusmodi similitudinem quod in signum resurreccionis ipsius et illi qui suscitati sunt in veteri testamento per Heliam et Heliseum, sicut videtur Hebreorum xi: Acceperunt mulieres de resurreccione mortuos suos. Similiter et illi qui suscitati sunt a Christo, sicut redierunt ad vitam ut iterum morerentur, imperfecte resurrexerunt. Sed de illis qui resurrexerunt cum Christo dubium est opinio. Quidam enim asserunt quod redierunt ad vitam tamquam non iterum morituri, quod magis videtur tenendum.

Per Heliam et Heliseum vel ... vero primo ... quod se surrexit a morte ... ut ultra non moriturus, dicitur primogenitus mortuorum.

Hebr. 11: Hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, deo pro nobis aliquid melius providente ut non sine nobis consummarentur. Ubi dicit glossa [illegible] ... non acceperunt repromissionem ... resurrectionem ... in Christo ... Ita enim patres ... non acceperunt statim repromissionem, id est repromissam vitam ... deo providente pro nobis aliquid melius, ut non sine nobis consummarentur ... illi tenuerunt fidem quam tandem acceperunt, multo magis nos teneamus qui statim accepimus.

si vero morerentur quod si non resurgerent et sic hoc intelligendum erit sicut Ieronimus dicit super Matth. quod non ante resurrexerunt quam resurgeret dominus. Unde et Ieronimus dicit quod monumenta de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis. Verumtamen Christus adhuc dicitur primogenitus mortuorum quia prius tempore et dignitate surrexit ut dicit glossa 1 Cor. xv: Nunc autem Christus resurrexit primitie dormientium. Sed Augustinus in epistola ad Euodium commemorans hanc opinionem dicit: Scio quibusdam videri per mortem domini Christi iam talem resurrectionem prestitam iustis qualis nobis in fine promittitur. Qui si non iterum repositis corporibus dormierunt, videndum est quomodo intelligatur Christus primogenitus a mortuis si eum in illa resurrectione tot precesserunt. Quod si videtur hoc dictum esse per anticipationem quod monumenta illo terre motu aperta intelligantur cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem istorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset; sed adhuc restat quod moveat quomodo Petrus non de David sed de Christo asseruit fuisse predictum carnem eius non vidisse corruptionem per hoc quod apud eos erat monumentum David, sed de Christo asseruit quia illos non convincebat si corpus David ibi iam non erat quia et si ante in recenti sua morte resurrexisset nec caro eius vidisset corruptionem, posset monumentum illud manere. Durum autem videtur ut David non fuit in illa resurrectione iustorum si ei iam etiam donata est cuius Christus ex semine commendatur. Periclitabitur etiam id quod ad Hebreos dicitur de iustis antiquis: Deo pro nobis melius aliquid providente ne sine nobis perficerentur, si iam in illa resurrectione incorruptione constituti sunt que nobis perficiendis in fine promittitur. Hic Augustinus sentire videtur quod resurrexerunt iterum morituri, ad quod etiam videtur pertinere quod Ieronimus dicit super Matth. quod sicut Lazarus resurrexit sic et multa corpora sanctorum resurrexerunt ut dominum ostenderent resurgentem. Quamvis hoc in sermone de assumptione sub dubio relinquat. Rationes tamen Augustini multo videntur efficaciores. Sed sicut Christus per suam resurrectionem est causa nostre resurrectionis ita per suam gratiam est causa nostre glorie. Sed ut Iohannes dicit: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed alii prius tempore gratiam habuerunt quam Christus sicut omnes patres veteris testamenti. Ergo etiam aliqui prius ad resurrectionem corporalem pervenerunt quam Christus. Dicendum quod sicut ea que precesserunt adventum Christi fuerunt preparatoria ad Christum, ita gratia est dispositio ad gloriam. Et ideo ea que sunt glorie sive quantum ad animam sicut perfecta dei fruitio sive quantum ad corpus sicut resurrectio gloriosa prius debuit esse in Christo sicut in auctore glorie. Gratiam vero conveniebat prius esse in hiis qui ordinabantur ad Christum. Sequitur: Et princeps regum terre, id est dominus terrenam potestatem seu regnantium in terra quorum eius voluntate aut permissione. Permittit enim quosdam malos dominari ad bonorum utilitatem, potens eos amovere, ut dicit glossa. De quo regimine redditurus sit ei rationem et qui modo iudicat alios ab eodem in futuro iudicabuntur. Sap. 6: Audite reges et intelligite, discite iudices finium terre, prebete aures qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est a domino potestas vobis et virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur, quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis nec custodistis legem iustitie. Vel secundum Haymonem reges terre appellantur omnes electi qui viciorum tyrannidem in se consurgere non sinunt sed [illegible] qui [illegible] sunt secundum rectum regulantur. Possunt autem et reges terre specialiter intelligi predicatores qui dictorum carnalium a pravitate restringunt, super terram ut reges imperant, tam bonis et spiritualibus viris nullo se preferunt. Hic est quod Petrus Cornelio se coequalem fatetur. Ananiam vero [illegible] gladio verbi perimit. Verum est autem quod predicatores celice ipsis carnalibus ita dominari appetunt quatenus et compassionem nature et viciis rectitudinem exhibeant. Christus itaque princeps est, Christus qui est vere regum et dominus dominantium ut habetur in Apocalypsi, de quo autem sequitur: Qui dilexit nos. Quo enim amore filius dei nos dilexit passiones eius ostendunt quas pro nobis pertulit. Nam secundum Bernardum super Canticum: Christus in dictis suis sustinuit contradictores et in factis observatores et in tormentis illusores et in morte exprobratores. Ecce quo dilexit. Adde hanc dilectionem non reddidit sed addidit. Nam quis prior dedit illi et retribuetur ei? Ro. 11. Sed ut sanctus Iohannes ait in canonica sua: Non quia nos dilexerimus deum sed quia ipse prior dilexit nos. Denique dilexit et non operantes sed adversantes et resistentes diligere, ut Paulus testimonium dicit Ro. 5: Cum inimici adhuc essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius. Magnum itaque dilexisset inimicos nondum possedisset amicos. Sic nec erant quos sic diligeret essent si non dilexisset qui nondum essent. Dilexit autem dulciter, sapienter, fortiter. Dulce nempe dixerim quod carnem induit, cautum quod culpam cavit, forte quod mortem sustinuit. Nam quos sane in carne visitatur carnaliter tamen nequaquam amavit sed in prudentia spiritus. Spiritus quidem ante faciem nostram Christus dominus. Emulans nos dei emulatione non hominis; et etiam Symon quam primus Adam Evam suam. Itaque quos in carne quesivit dilexit in spiritu, redemit in virtute. Plenum Ihesus omni dulcedinis suavitate vide[re] hominem conditorem. Ut dum nostram prudenter elegit a culpa et potenter expulit mortem a natura. In carnis assumptione condescendit nobis, in culpe vitatione consuluit nobis, in mortis susceptione satisfecit pro nobis. Amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis. Fuit servi nos [illegible] qui salvare nos velit noverit et possit. Suos quesivit hos et vocavit per gratiam suam, nunquam venientes eiciet foras. Sed nec unquam de manibus eius rapere illa quod nos quis de manu eius possit ad vincere, qui et vincentem omnia vicit mortem et seductorem universitatis superavit. Ante utique sanctiore delusit, isto prudentior, illa potentior. Carnem quidem assumpsit veritatem sed peccati similitudinem. Dulce Ihesus in illa consolationes infuso et in hac prudentes abscondens deceptionis laqueum dyabolo. Porro ut patri nos reconciliet mortem fortiter subiit et subegit fundens pretium nostre redemptionis sanguinem suum. De hac dilectione apostolus ait: Christus dilexit ecclesiam et tradidit semetipsum pro ea. Ad cuius etiam dilectionem imitandam hortatur fideles dicens: Ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis. Disce o christiane a Christo qualiter debeas diligere Christum. Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter: dulciter ne illecti, prudenter ne decepti, fortiter ne oppressi ab amore domini avertamur, ne mundi gloria seu carnis voluptatibus abducamur. Dulcescat nobis pre cunctis sapientia Christus ne seducamur spiritu mendacii et erroris. Lucescat nobis Christus virtus ne adversitatibus fatigemur. Confortet nos virtus dei Christus. Zelum tuum inflammet caritas, informet scientia, firmet constantia. Sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus, non tepeat, non careat discretione, non timidus sit. Et hoc est forte diligere deum ex toto corde ex tota anima et ex tota virtute. Amor quidem cordis ad zelum quendam pertinet affectionis. Anime vero amor ad industriam seu iudicium rationis. Virtutis autem dilectio ad animi potest referri constantiam vel vigorem. Dilige ergo dominum deum tuum toto et pleno cordis affectu, tota dilige rationis vigilantia et circumspectione, dilige et tota virtute ut nec mori pro eius amore pertimescas. Quoniam fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio. Cant. 8. Sit suavis et dulcis affectum tuo dominus Ihesus contra male dulces vite carnalis illecebras et vincat dulcedo dulcedinem quemadmodum clavum clavus expellit. Sit intellectui tuo pia lux et dux rationi, non solum ad cavendas heretice fraudis decipulas et fidei puritatem ab eorum versuciis custodiendam verum etiam ut caute simul in moribus et industriam vehementem in tua conversatione vitare. Sit etiam fortis et constans amor tuus nec cedens terroribus nec succumbens laboribus. Ergo amemus affectuose, circumspecte et valide, scientes amorem cordis que et affectuosum dicimus absque eo qui dicitur anime dulcem quidem sed seducibilem. Illud vero absque illo qui virtutis est rationabilem esse sed fragilem. Quod ut evidenter appareat videamus quomodo cum contristarentur discipuli quod de ascensione magistri discessu ab eorum ipso audierat, audierunt: Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem quia pater maior me est. Unde ergo non diligebat, de cuius discessu dolebat? Sed diligebat quodammodo et non diligebat. Diligebat dulciter sed minus prudenter. Diligebat carnaliter sed non rationabiliter. Denique diligebat

[margin, left:] [illegible]

[margin, right:] 1 Ioh. 4

princeps regum terre. Ipsum enim sic in psalmo dicit: Constituit eum dominum domus sue et principem omnis possessionis sue. Iste enim in comparatu carnis contra dyabolum fuit princeps et dux, primus enim contra dyabolum dimicavit, primus ipsum cepit et superavit, primus pro carnis se morti opposuit, et primus ipsam de mortis periculo liberavit, et primus patrem carnis reformavit, et ideo de ipso dicitur Ysa. 9: Factus est principatus super humerum eius et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis. Ipse enim est ille princeps qui dicitur sedisse in porta clausa et in utero virginali de qua Ezech. XLIV: Hec porta erit clausa principi; princeps ipse sedebit in ea.

toto corde sed non tota anima diligebat corporalem eius salutem corporis et dicebat Expedit vobis ut ego vadam. Culpabat quoque eius affe-
ctum loquenti iterum de morte sua futura obviare conatus Petrus qui eum tenere diligebat eum increpando repressit quia
in eo aliud quam imprudentiam reprehendit. Postremo quid est non sapis que dei sunt nisi non sapit diligere. Quamvis secundum
affectum carnis divinum consilium et vocatur sathana eo quod saluti eius resistens adversaretur qui salvatorem mori prohibet. Unde et
corporaliter repetente passionem modo triste verbum [illegible] non vetuit sed sese commoriturum esse promisit. Non autem impleverat quia
necdum ad tertium pervenerat gradum in quo tota virtute diligitur. Erat tota anima docta diligere sed adhuc infirmus. Sed instructus
sed parum adiutus non ignarus misterii sed martirii pavidus. Non plane illa fortis ut mors dilectio que fuit quam morti succubuit.
Fuit autem postea cum ex promisso ihesu christo indutus virtute ex alto tanta tandem cepit virtute diligere ut in consilio
prohibitus predicare nomen suum constanter prohibentibus videret Obedire oportet deo magis quam hominibus Tunc demum tota virtute dilexit
cum nec vite sue pepercit pro dilectione maiorem siquidem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis quam
et si nondum tunc posuit illam tamen apposuit. Ergo nec abducta blandiciis nec seducta fallaciis nec iniuriis frangi est
toto corde tota anima tota virtute diligere. Haec ergo christus qui nos ita dilexit. pulcre fedos pius impios sive peccato
peccatores nec quales eramus nos diligerit sed quales ipsa dilectione nos fecit Unde et subditur

Et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo

Iste est amor ineffabilis et incomprehensibilis quo cum pro iniusto
vix aliquis moriatur christus tamen pro impiis mortuus est pro impiis ut nos offerret deo iustus utique pro iniustis et cum essemus maculati
delictis lavit nos sanguine suo ut exhiberet sibi ecclesiam non habentem maculam aut rugam vel aliquid huiusmodi. Cum enim sanguine suo pa[ssus]
[illegible] nobis in misterium ablucionis ut in fide mortis eius baptisati ab omnibus mundemur peccatis. Hinc apostolus dicit Quicumque
baptisati sumus in christo in morte ipsius baptisati sumus. Unde [illegible] hoc est quod me plus movet plus [illegible] attendit
ad te dilectionem super omnia magis reddit amabilem te mihi ihesu bone calix quem bibisti opus nostre redempcionis. Hoc
omnino amorem nostrum facile vendicat totum sibi. Hoc inquam est quod nostram devocionem et blandius allicit et iustius exigit
et arcius stringit et vehemencius afficit. Multum quippe in eo laboravit salvator. Nec in omni fabrica mundi tantum
fatigacionis auctor assumpsit. Illa denique dixit et facta sunt mandavit et creata sunt. Hic vero semetipsum exinaniens usque ad
carnem ad mortem ad crucem. Et si existimas digne peruisse quae fuit [illegible] et digna mortem divina maiestas carne indui
multam morte turpari [illegible] Non valuit opus suum reparare creator absque illa difficultate Respondeo valuit quidem
sed maluit cum iniuria sua ne pessimi atque odiosissimi vicii ingratitudinis occasionem ultra reperiret in homine. Tunc multum
fatigacionis assumpsit quo multe dilectionis hominem debitorem teneret commoneret quod ad gratiarum actionem difficultas redempcionis
quem minus esse devotum fecerat facilitas condicionis. Quid enim dicebat homo creatus et ingratus creatus quidem conditus sum
sed nullo auctoris gravamine vel labore Dixit quidem deus et factus sum quemadmodum et universa. Quid magnum est cum quamvis magna in
verbi facilitate donaveris. Sic beneficium attenuans creacionis humana impietas ingratitudinis materiam inde sumebat unde
amoris causam habere debuerat. Et hec ad excusandas excusaciones in peccatis. Sed obstructum est os loquencium iniqua. Luce
clarius patet quantum modo pro te homo dispendium fecit de domino servus de divite pauper caro de verbo et de dei filio hominis
filius. Sed non despexit memento iam te etsi ex nichilo factum non tamen de nichilo redemptum. Sex diebus condidit omnia
et te inter omnia. Verum per totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terre. O quantum laboravit sustinens carnis
necessitates hostis temptaciones. Nonne sibi crucis aggravavit ignominiam mortis cumulavit horrore. Nempe quidem sic homines
et iumenta salvabis domine. Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus etc. Et ita multiplicatur. Nam quod christus pro nobis paciendo
sanguinem suum fudit et animam posuit fuit maioris misterii et maioris signum dilectionis. Unde beati thome in scripto de [illegible] q. 6
Illud quod est potissimum in unoquoque genere mensura est omnium eorum que sunt illius generis ut patet per philosophum X° metaphysice. Potissimum autem in genere amoris
hominis est amor quo quis amat seipsum et ideo oportet amorem nostrum esse mensuram accipere omnis amoris quo quis alium amat. Unde
et in IX° ethicorum philosophus dicit quod amicabilia que sunt ad alterum sunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum. Pertinet autem ad amorem quo quis
amat seipsum ut velit sibi bonum. Unde tanto aliquis alium magis amare probatur quanto maius bonum quod sibi debebatur propter amicum pretermittit
sed vero [illegible] negligit dampnum propter amicum inscius est. Vult enim homo sibi triplex bonum pretermittere scilicet animam corporis et res exteriores
est igitur aliquod signum amoris quod in rebus exterioribus propter eum aliquod detrimentum paciatur. Magis autem est amoris signum si etiam corporis
detrimentum paciatur propter eum vel labores vel verbera pro amico sustinendo. Maximum autem signum dilectionis si etiam animam ponere velit pro
amico moriendo. Quia ergo christus pro nobis paciendo animam suam posuit fuit maximum signum dilectionis. Quia autem corpus suum dedit in
cibum sub sacramento ad nullum detrimentum ipsius pertinet. Unde patet quod primum est maius signum dilectionis. Unde et hoc sacramentum est memoriale quoddam
et figura passionis propter veritatem autem preeminet figure et res memoriali. Sed dicendum quod caritas patrie perfectior est quam caritas vie. Sed beneficium
illud quod nobis contulit corpus suum dans nobis in cibum magis assimilatur caritati patrie in qua plene fruemur deo. Passio
autem quam pro nobis subiit magis assimilatur caritati vie in qua nobis pro christo imminet paciendum. Ergo maius est signum dilectionis
quod corpus suum nobis christus tradidit in cibum quam quod passus est pro nobis. Dicendum quod sumpcio corporis christi et quidem signum caritatis
qua diligit nos deus in patria sed passio eius pertinet ad ipsam eius dilectionem nos a perdicione ad patriam revocantem. Di-
lectio autem dei non est maior in patria quam sit in presenti. Sed queritur utrum alia passio christi suffecisset ad redempcionem generis humani
sine eius morte et sanguinis effusione. Et videtur quod non quod dicit apostolus ad Galatas 2° Si ex lege est iusticia ergo christus mortuus est gratis
id est inutiliter et sine causa. Sed si alia passio suffecisset christus gratis mortuus esset sed hoc est apostolus pro inconvenienti. Ergo alia passio christi
non suffecisset ad redempcionem generis humani. Preterea illud emi dicitur quod iusto precio comparatur. Sed iustum precium pro peccato primi parentis
quo venditum est in servitute genus humanum non potest esse aliud quam vita christi que valet omnium hominum vitas que per peccatum
privatur. Nam per peccatum primi hominis mors in omnes intravit ut dicitur Romanorum 5. Ergo non potuisset humanum genus redimi per aliam passionem
absque morte et sanguinis effusione. Sed quecumque iniuria vel passio accepta mensuratur secundum dignitatem persone. Maiorem enim iniuriam
patitur rex si percuciatur in facie quam alia privata persona. Sed dignitas persone christi est infinita quia est persona divina. Ergo quelibet
passio eius quantumcumque sit minima est infinita. Quelibet ergo passio eius suffecisset ad redempcionem generis humani. Potuisset autem aliquam guttam
sanguinis effundere sine morte. Ergo etiam sine morte potuisset humanum genus per aliquam passionem redimere. Respondeo dicendum ad emptionem duo requiruntur
scilicet quantitas precii et deputacio eius ad aliquid emendum. Si enim aliquis dat precium non equale ad rem aliquam acquirendam non dicitur esse
simpliciter emptio sed partim emptio partim donacio. Puta si quis emat librum qui valet XX libras pro X libris partim emit
librum et partim sibi datur. Rursus si daret etiam maius precium et non deputaret ad emendum non diceretur emere librum. Si ergo loquimur
de redempcione generis humani quantum ad quantitatem precii sic quelibet passio christi sine morte suffecisset ad redempcionem generis humani propter infinitam
dignitatem persone ut predictum est. Unde ultimo vero si autem loquimur quantum ad deputacionem precii sic dicendum quod non sunt deputate ad redempcionem

Vel etiam sine morte per [illegible] quod minima gutta sanguinis suffecisset ad redempcionem

quam gratiam a deo patre et ipso alie passiones christi absque morte et sanguinis effusione. Et hec tibi sunt primo quidem ut precium redempcionis
humane gratie non solum esset sufficiens valore sed eciam esset congruum ut sic nos de morte per mortem redimeret. Secundo ut mors christi non solum
esset precium redempcionis sed eciam exemplum virtutis ut vere fideles non timerent pro veritate mori. Et has duas causas assignat apostolus ad hebreos 2°
ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, hoc est dyabolum, et liberaret hos qui timore mortis per totam vitam obnoxii
erant servituti. Quantum ad primum dico ut mors christi esset eciam sacramentum salutis, dum nos virtute mortis christi morimur peccato et carnalibus
concupiscenciis et affectibus. Et hanc causam assignat 1 petri 3: christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis ut nos offerret deo
mortificatos quidem carne, vivificatos autem spiritu. Et ideo quamvis non est redempcio per aliam passionem absque morte sicut sanguinis effusione
quamvis ergo minor passio sufficere potuisset, non tamen fuit tamen deputata, sed mors. Ad redempcionem generis humani. Propter hoc potest primum argumentum
dici sicut dictum est quod christus non solum solvendo vitam suam sed eciam qualecumque passionem solvendo precium sufficiens precium posuisset pro redempcione generis humani
si minor passio divinitus ad hoc deputata fuisset. Et hec propter infinitatem dignitatis persone. Ad 2m ergo dicendum quod nisi mortem et sanguinis post mortem
indebitam sustinuisset, nequaquam nos a morte debita liberasset. Hec tamen non quod alie passiones non fuerunt ad hoc deputate quod per eas
absque morte nos redimeret. Quamvis in precio dedit causam. Ad 4m quia per multas passiones sicut esuriem, sitim, labores, sputa, flagellaciones usque
ad mortem sustinuit. Obtulit se hostiam deo pro peccatis nostris ephesios 5. Non est tamen propter hoc quod prime passiones non suffecissent, sed quia non fuerunt deputate.
Cum dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. In hiis verbis duo designantur: ineffabilitas amoris quo ad
redempcionem humani generis inducebat, et incomprehensibilitas doloris quo in passione nimis affligebatur. Ibi: In sanguine suo.
De primo dicit apostolus ad ephesios 2° propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos deus, commendat nos christo. Quod bernardus opponens ait
pro nimiam quod et sine mensura excedit, modum superat, plane supereminens universis. Maiorem inquit caritatem nemo habet ut animam suam ponat
quis pro amicis suis. Tu domine maiorem habuisti ponens eam eciam pro inimicis. Cum enim inimici essemus per mortem tuam tibi reconciliati
sumus. Quam potentissimus amor iste fuit, sudor ille sanguineus per totum corpus vomificans signum invincibile protestatur. Et licet plena
racionalis reddi non possit de tam inestimabili signo transcendentis dilectionis, possumus tamen dicere quod aliqualiter suppositione timor
et amor quo ad se invicem in corde bellantes fuerint in causa talis sudoris quia quo ad partem superiorem anime semper fuit in coto apice
sublimitatis omnium virtutum. Cum tamen attendebat tam detestabile periculum imminere, timor aliqualiter concussit se invicem per quo humor
sanguineus fuit ad interiora reducta. Super quem timorem vincendum fortissimus et inestimabilis amor tamquam mire vincens talem
malleus repercutiens et ipsum concludens, omnes poros corporis sui et venas relaxasse videtur ut de toto corpore fluerent gutte sanguinis
decurrentis in terram. Quod eciam sanctus augustinus significari fuit quod de toto corpore suo quod est ecclesia, emanatur erat martirum passiones.
O quali ardore quotque fervore fornax cordis nostri redemptoris erat accensa, que sic pro nobis carnem suam totam in sudorem
reliquabat. Hec amore nos eciam ardeamus, amore amorem rependentes ne de tanto amore ingrati reperiamur. Ille enim mayr.
qui pro omnibus dominus gratis animam ponere spopondervit. Vel omnino perfectum est esse nostrum amorem ad ipsum ut si necesse fuit pro illius amore
moriamur, qui pro amore amoris nostri mori dignatus est. 2m inestimabilitas summi amoris quo ad redempcionem humani generis inducebatur
videamus quantum sit ineffabilitas summi doloris quo in passione nimis affligebatur. Fuit enim sua passio maxima passionum, aggregans
in se omnes diversitates dolorum. Plenissima carnis omnes partes corporis affligens, inestimabilis in anima causas et materias
dolorum innumerabilium sub receptaculis consummate. Sunt enim in suo corpore omnes anguste, omnes illusiones, omnes derisiones, omnes deprecaciones,
peregrinaciones, lassitudines, fames, sitis, vigilie, flagella, spine, sputa, lacrime, suspiria. Erat eciam in corpore christi fossio pedum,
terebracio manuum, dilaceracio lateris, flagellacio cutis, ictus colaphorum, dinumeracio ossium, contusio corporis, spinacio capitis,
et per totum corpus ut dictum est sanguineus sudor. Et ad quodlibet membrorum suum accepit passionis supplicium, in amaro gustu
abhominabilis potus, lingua non fuit immunis, ut omnia eius membra in satisfaccione pro nobis consummata sunt, ita quod
de ipso dici poterat illud ysaie p°: A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Et hec de doloribus corporis ex parte corporis.
Dolorum autem et amaritudinum cordis eius immensitas, quamvis sit incomprehensibilis, tamen quantum ad nostram estimacionem ipsorum dolorum immensitas
ex tribus videtur aliqualiter subortiri: primo ex multitudine et magnitudine tristium rerum que in corde obediali quasi illi anime
se offerebant. Secundo ex vivacitate potencie tam intellectiue quam sensitive quas querellas rerum sustinebat. Tercio ex plenitudine dominii
seu libertatis, tenendi potencias et vires suppeditas in plena et integra consideracione talium obiectorum. Primo ergo rerum magis tristes
et doloris sue afferentes fuerunt omnia peccata omnium hominum, preterita, presencia et futura, que simul ipse vidit plenius et clarius ac magis
distincte quam aliqua mens humana posset intelligere aliquod singulare. Dolores peccatorum quodlibet quemque dolorem vere contrariam
sibi faciebat, et cum tanto excessu quod nullus intellectus minor suo posset ineffabilem mensurare. Erat enim quodlibet peccatum mortale sic furata
quaque devenit que uno ictu quamque voluerit faciat aperturas. Cum quodlibet peccatum mortale primo est dei iniuratum, secundo divine iracundie
et vindicte provocatum, tercio horribilissime macule intra ymaginem anime inflictum, quarto totius regni gracie et glorie destructivum,
quinto eterne pene et debitatis infernalis acquisitum. Si ergo recquires se homines qui sunt fuerunt et erunt in mare, inde quod divinarum
peccata singulorum, tamen quodlibet peccatum profundas quasque plagas doloris mentalis sibi fecit, quo tristitias omnes assumptas comparasse de terris
magna quasi velut mare contricio eius. Trenorum 2°. Habuit enim sicut naturam passibilem, ista detestaverat et de istis dolere quantum requirebat
regula perfecte iusticie que in ipso erat, ita quod de istis tantum dolebat quantum iustum erat, et ita secundum naturam passibilem excessivus
doloris excessum recte inducebat. In christo nempe fuerunt quinque condiciones nobiles ex quibus ortus fuit huiusmodi doloris excessus.
Fuit namque dei filius, sponsus, regni gracie et glorie restitutor, pacis mediator, animarum omnium salvatorum redemptor. Quantum
igitur amavit ut dei filius deitatis gloriam, tantum doluit dedecus peccati et improbitatis in deum iniuriam. Quantum diligebat ut sponsus decorem
anime sponse sue, tantum doluit de turpitudine sue macule. Quantum diligebat ut restaurator regnum gracie et glorie tantum doluit
eius destruccionem ex quantitate offense. Quantum dilexit ut mediator pacem inter deum et creaturam, tantum doluit de iniuria
et ira per peccatum causata. Quantum amabat ut redemptor quietem racionalis creature in suo actore summo bono, tantum dolebat
reatum eius eternum, et separacionem eius a deo in igne gehenne. Et isti dolores fuerunt in christo ex rectitudine sue gracie
in quantum erat hic perfectissime diligens et perimens secundum exigenciam tante perfeccionis qua erat hic deus, et similiter eciam detestans
omne malum quantum erat detestabile. Et ita videtur quod isti dolores acciperat istam primam maximam summam excessus ex gracia unionis
et singularis persone in natura passibili. Secundum dolor excessum videtur accepisse ex racione gracie unionis capitis, quo factus est redemptor et
emendator omnis mali quod erat inflictum per peccatum, que mala accepit in se lamentanda et deploranda ac ad satis
faciendum perfecte, ita quod ipse omnium personarum nature induens pro omnibus ut caput se opposuit, que non rapuerat tunc exsolvendo.
Videas igitur et considera et si potes dolores tui capitis enumera, quamvis languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit.
Ysaie 53. Adhuc omnes isti dolores tercio possunt replicari ex respectu ad ingratitudinem redemptorum, inquantum scilicet ipse considerabat ipsorum ingratitudinem
qui post cognitam et receptam tam dolorosam redempcionem vivunt non venit. Practice rursum crucifigentes in seipsis filium dei et
ostentui habentes hebreorum 6. Cum non timent post tam penosam satisfaccionem iterum infinite maiestatis iniuriam irrogare. Cum non timent
post tam angustiosam et sumptuosam ablucionem macule in qua sponsus totum suum sanguinem effundens, sanguinem totum reliquit in
lavacrum, iterum facere anime sponse christi dulcissime iterata fetore horrende turpitudinis. Cum non timent post tantam difficultatem
impetracionis gracie et acquisicionis glorie eterne iterum eam vilissime repellere et pro fetidissima delectacione quasi nichil computare

Item non timet post tam laboriosam amicitiam et pace reformatam iterum patrie pietatis iracundiam provocare. Item non timet post tam
inestimabilem salutem pene et redimendi infernalibus penis debitis offensionibus mortalium peccatorum, nemo plorum tante pene velle
incurrere et reatum etiam incendii replicare. Vnde etiam quidam angustiam incurrit dolore in corde ihesu ipse solus potest sicut sit equaliter
mensurare. Vnde potest dicere: Circumdederunt me dolores mortis et pericula inferni invenerunt me ps. 114. Nec defuerunt ad compassionem
obiectum dolorum christi angustiosissima iacula que venit omnium peccatorum de semper vidit columne materia visorum [illegible] unde fiebat quos
dolores virginis matris filii columne sagittabat in tantum quod novam cruce dilecto virgine anxio matrix dolorem [illegible]
ultra quam super dolorem voluerunt peccatorum addebant etiam materia que unquam fuit et omnes labores et dolores et pene quecumque fuit
que unquam fuerint vel erunt in omnibus electis que etiam in corde suo plenissime recepit multo plus quam ab potuit recipere compassionis cordialis
compassione angustias mortis sue lacrimis autem etiam non solum in generali respectu in corde suo recepit sed singulariter singulas multo dis-
tinctius quam ille cui pro suo nomine facta fuit. Nonne sit una alia magna materia dolorum eius potest considerari in eo videlicet quod in omnibus
suis doloribus nulla pura creatura posset sibi sufficienter condolere nec recognoscere beneficium sic infinitas infinitum quod ipse se contentare [illegible]-
debat indignis. Ex quibus potest aliqualiter apparere dolor christi maior ex parte omnium sue menti se obiicientium quibus pro nobis usque ad
mortem affligebatur. Quibus dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem Math. 26. Vnde dicere potest: Ecce 20. Nec faciam animam meam preciosiorem
quam me dummodo consummem cursum meum et ministerium quod accepi. Secundo ex parte potentie et virium anime christi fuit dolor eius incomparabilis
nobis et multiplex plus quam possimus intelligere angustiatus quia intellectus eius plene et expressissime cogitabat peccatorum omnium gravitatem
affectus vero sue voluntatis perfectissime detestata est omnium peccatorum malignitatem sicut eorum gravitatem intellectus voluntati plenissime
putabat et ex voluntate satisfaciendi plene supplet quam in potuit et deuit omnium peccatorum acerbitate. Tertio ex parte liberi arbitrii
exhibuit dominum liberum et potentem tenendi omnes suas potentias firmas in adherentia supradictorum omnium obiectorum doloris et
tristicie inflictorum absque aliqua resistentia vel contradictione et hoc quantum requirebat vigor divine iustitie et rectitudo virtutis meritoriae
et reatus nostre culpe et quantum erat expediens ad attrahendum gelida corda nostra quadam amoris flamma violenter ad se diligendum
totis viribus et ad peccata detestandum. Et ideo in omnibus apud ipsum fuit infinita misericordia redemptoris nostri et redemptio dei copiosa
qui dilexit nos et lavit etc. Ex quibus omnibus patet quod tam ex cordialibus affectibus quam corporalibus actibus sue totius peregrinationis et mortis
consummata sit omnis motus amoris et doloris ut iam non cor hominis sed obstinatio demonis illa censeatur impiissime mentis
que tot signis inestimabilis amoris et ineffabilis doloris in pectore recepti non se velit in amore liberalitate transformare
benedictum ihesum redamando et ad instar petrarum in passione sua scissarum saltem sibi compaciendo. Secundum principaliter videndum de passione christi
quia migrauit ab hac vita sua passio tam naturalis in corpore quam alie in anima fuit acerbissima passionum sic quod numquam ab hoc seculo passio
corporis est nec unquam completur in hac vita patet quia passio est acerbissima ubi plures cause et occasiones doloris conveniunt. Patet [illegible] ut ex dictis
unde dicit textus Trenorum 1. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Aut, Bernardus: Sugite attendite et videte si est dolor sicut dolor eius. Discipuli fugiunt, noti et amici eius recedunt, petrus negat, sinagoga spinis coronat,
irrisores derident, iudei blasphemant, iudas prodit, milites crucifigunt etc. Et quanto complexio est nobilior tanto passio lesiua est
acrior. Hac enim ratione plus flagellatione patitur homo quam equus vel asinus eo quod homo sit melioris complexionis ceteris aliis. Sed christus fuit nobilissime complexionis inter omnes homines quia corpus eius ex purissimo sanguine virgineo virtute spiritus sancti formatum fuit. Tertio sicut communius
pensando divinam maiestatem que fuit in christo nulla pena pro nostra liberatione suffecisset tum per hoc tantum signum dilectionis hominibus
liberato sicut nunc non ostendisset et pene hominum ad sua dilectionem sicut nunc non tantum incitasset [illegible] non venat hominem liberare per potestatem
sed potius per iustitiam et ideo magna debuit esse illius innocentis hominis qui nulla fuit offensa totius humani generis. Quarto quod in christo ihesu
tum dolore acerbissime passionis simul fuit gaudium beatissime fruitionis patet quia sicut dolor et gaudium fide tenemus quod christus fuit verus comprehensor
et numquam a beata fruitione destitit et tamen fuit verus viator et acerbissimam mortem sustinuit. Et si dolor et gaudium simul sint in diversis
anime potentiis tunc sicut doctorum potest hoc in dubium quin in domino ihesu christo sic fuit maximus dolor et maximum gaudium puta dolor
in parte sensitiva et gaudium in parte intellectiva quia contraria se invicem non compellunt nisi circa idem subiectum. Si vero simul circa easdem potentias anime
tunc adhuc dico quod aliquo in eadem potentia anime christi fuit dolor passionis et gaudium fruitionis quia omnis potentia unione fundata in natura
seu essentia que realiter patitur et quod pateat. Et tota natura anime patiebatur propter dissolutionem armonie corporis cuius tota natura anime
fuit perfecto naturalis ergo potentia superior non obstante gaudio sue fruitionis ratione patiebatur ratione nature patientis in qua fundabatur
tanquam in subiecto proprio. Et ista videtur esse intentio Augustini super illo verbo psalmi: Repleta est malis anima mea. Vbi dicit Augustinus: Non vitiis
et peccatis sed humanis malis et doloribus repleta fuit anima christi quibus ipsa compatiebatur carni. Non enim dolor corporis potest esse
sine anima, dolere autem anima etiam non dolente corpore potest. Et dicit Damascenus libro 3 capitulo 23 quod christus habuit mestam intelligentiam ergo non
solum in parte sensitiva sed aliqui volunt fuit dolor et tristicia christi. Et idem dicit quod timore naturali timet anima separari a corpore propter
nimiam familiaritatem et lege positam a conditore sed anima que separatur est intellectiva 14. Quinto quod christus per sua tribulationis
passionis dispositive causavit omnium peccatorum deletionem quia adeo pro tanto quia tota trinitas unus deus delet culpam propter reparationem
iustitie christus per suam passionem dispositive. Nam cum caritas christi qua nos dilexit maxime patuit in sua sanctissima
passione ideo per hanc nos maxime ad sui dilectionem incitatur et per consequens ad culpe detestationem. Ideo dicitur in Apocalypsi quod dilexit nos et lavit
nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et Hebreorum 9 dicit apostolus: Si sanguis hircorum etc. quanto magis sanguis christi emundabit conscientias nostras
ab operibus mortuis. Et hec est intentio magistri libro 3 distinctione 19 dicentis quod passio christi quemque culparum erat delenti natura bene Iohannes
insuper dicit agnum fuisse occisum ab origine mundi primitive scilicet et acceptatione a deo licet nondum corporaliter completive quia nec ipsis
antiquis erat salus nisi in fide in christo tamen implicita et generali mediatoris et capitis ecclesie christi tunc futuri quemadmodum erat nostra articulos
saltem istud simbolum quod deus est et quod est remunerator in se credentium. Sexto quod christus passio christi sufficiens erat omnes homines
liberare ab omni pena tam temporali quam eterna debita ex peccatis tam actualibus quam etiam originalibus de facto tamen et efficaciter non sunt omnes
homines liberati per christum patet quia victima christi qui fuit deus et homo qua ipse pro nobis obtulit deo patri pro peccatis nostris fuit adeo
nobilis et perfecta oblatio tam in se quam ex parte patris gratificantis et gratanter suscipientis huius oblationem quod talis oblatio suf-
fecisset pro pena debita peccatis non solum omnium hominum qui sunt erunt et fuerunt verum etiam pro infinitis adhuc aliis hominibus si fuissent.
Vnde 1 Iohannis 2 ipse est propiciatio pro peccatis nostris non autem pro nostris tantum sed etiam pro totius mundi. Vnde dicit Augustinus: christus sua simpla morte
destruxit nostram duplam. Secundo tamen est efficaciter quo ad eternam mortem eorum qui fide formata credunt in christum et etiam
quo ad temporalem quia in sua sanctissima morte dedit nobis exemplum et etiam spem future nostre resurrectionis et immortalitatis. Et patet
nam christus tanquam caput omnium satisfecit pro omnibus hominibus tanquam suis membris. Contingit quod in sua pertinacia perseverantes noluerunt esse
membra christi, talibus non prodest passio christi. Sicut enim influentia destitutus a capite non prodest membro precisio a toto sub illo
capite convenit sic nostra passio non liberat eos qui per veram fidem non copulantur christo. Nec etiam de facto tollit ab hominibus

omnem penam temporalem, quia sepe dimittit malos esse in multis tribulationibus et afflictionibus propter maliciam eorum et sic bonos propter augmentum in presenti virtutum et meritorum et in futuro premiorum. Ecclesiastici 7. Cum(?) dico cum ut est impossibile mortales sint perfectis reddere quare non tunc sunt ita congruus(?) sanare nostre miserie quam per Christi passionem prout probat Anselmus Cur deus homo, quia ut dicit quod hoc debent satisfacere et non potuit, deus potuit sed non debuit. Ergo congruum sit ut ille satisfaciat qui potest et tenetur, ergo oportuit ut Christus deus et homo satisfaceret qui ut homo erat satisfacere debet et deus satisfacere posset. Congruum etiam erat ut satisfactio per omnibus hominibus non defectivis per talem penam fieret que omnem penam virtualiter contineret. Talis autem est pena mortis, quia omnium terribilium terribilissimum seu finis est mors 3° ethicorum. Iste denique modus liberacionis nostre est convenientior quo magis afficimur ad dei dilectionem, magis inducimur ad vitandum peccata et amoventes(?) reddimur contra omnes malicie temptationes. Et iste modus est aptior(?) per quem prout breviter tangit apostolus Ro. v. dicens Commendat suam caritatem deus in nobis quia cum adhuc inimici essemus Christus pro nobis mortuus est. Tangit etiam beatus Petrus in prima sua canonica c. 2 Christus est pro nobis passus vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Tercio potest apostolus 1 Cor. 6 dicens Empti estis precio magno glorificate et portate deum in corpore vestro q. d. apostolus corpus vestrum non est amplius vestrum sed per pecunie(?) quia redempti estis precioso thesauro a domino Ihesu Christo qui sanguine suo non corruptibili auro vel argento (Ecce quod quando sanguis pro nobis effusus in crucis patibulo sacramentis nove legis dedit efficaciam, secundum glossam ad Ro. 1 Glossa que de latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta per que salvata est ecclesia. Et Augustinus 15 de ci. dei c. 16 Ostium in latere arche perfecto est vulnus quo latus crucifixi lancea perforatum est lancea. Hec quippe ingredientur venientes quia inde sacramenta manant quibus credentes initiantur. Ideo dicitur Lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.) Mirabilis ergo nostra redemptio per Christi passionem dominicam peracta declaratur esse preciosa, dolorosa, amorosa, graciosa. Preciosa quia nostras omnes animas corporales(?) hoc est preciosior quia ad similitudinem et ymaginem trinitatis creatus est. Ipsa tamen preciosior est quam auro et hoc modo obrizo, et hoc ex institutione divina hec omnibus bestiis preponitur ad regendum ut dicit Iacobus 3 Omnis natura bestiarum et volucrum et serpentium et ceterorum domantur et domita est a natura humana, et hoc per effusionem sanguinis humani non bestialis mors inflicta fuit per pena Gen. 9 Quicumque effuderit sanguinem humanum fundetur sanguis illius ad ymaginem quippe dei factus est homo. Unde Anselmus in epistola ad Alexandrum Hanc nequit effundere sanguinem humanum quia hoc soli deo convenit. Patet ergo nostra redemptio preciosa facta per Christi humanitatem. Ad Titum 3 Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei. Augustinus in libro de virginitate. Inspice vulnera pendentis sanguinem morientis, precium redimentis, cicatrices resurgentis. Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Hec quanta sint cogitate, hec in statera cordis appendite ut totus vobis figatur in corde qui totus pro nobis fixus fuit in cruce. Est ergo nostra redemptio preciosa quia per humanum sanguinem quia vivat ymaginando numquam fuit humanus sanguis Christi et pure effusus nisi in Christo quod dilexit(?) homo enim peccando recedit ab humana natura et fit bestia unde pro peccatum hoc cum in honore esset non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Et Boecius 4° de consolatione philosophie prosa 3 circa finem Cumque a bono deficit esse desistit. Quo fit ut mali desinant esse quod fuerant sed fuisse homines adhuc ipsa corporis reliqua species ostendit. Quare versi in maliciam humanam quoque amisere naturam. Sed cum ultra homines quemque provehere sola probitas possit necesse est ut quos ab humana condicione deiecit infra hominis meritum detrudat improbitas etc. Post peccatum ergo primi parentis corruptus est sanguis ille qui prius corpori primi hominis fuit creatus nec umquam sanguis fuit donec veniret ad Christum de mundissimis sanguinibus purissime virginis in utero sanctificate progenitum ope spiritus sancti. Unde ille solus post Adam sanguinem habuit humanum in illa puritate quam vis requirit humana. Et ideo Christi solo numquam fuit sanguis humanus effusus nisi ille. Et ideo sequitur dicit apostolus Heb. 9 Christus assistens pontifex futurorum bonorum non per sanguinem hircorum aut vitulorum sed per proprium sanguinem introivit in sancta eterna redemptione inventa. Et sic dicit Augustinus contra quosdam hereses effusus est sanguis medici ut esset medicamentum frenetici. Omnis peccator freneticis comparatur quia quanto gravius insaniat tanto se putat saniorem, ridet cum flere debet et gaudet cum insaniat et non custodiri potest nisi vinculatus. Iste peccator quanto peior tanto minus se reputat peccatorem quia Proverbiorum 18 Peccator cum in profundum venerit peccatorum contempnit, sed sequitur eum ignominia et opprobrium. Ridet cum flere debet. Unde Christus videns civitatem flevit super illam dicens quia si cognovisses et tu sed flevit Luc. 19. Unde etiam sancti viri gaudentibus impiis flere solent propter compassionem quam habent de perdicione eorum. Unde legitur in vita sancte Pelagie de sancto Nonno episcopo quod cum vidisset ornatum curiose cuiusdam tunc fatue mulieris flevit dixit Ignoscite michi quia ornatus dei(?) quam valde dicit ornatus huius mulieris superavit totius vite mee industria ornamenta. Introgantibus ergo causam dixit Flere dum(?) nos me movet, una de illius perdicione, alia de mea remissione quia non habeo tantum studium placendi deo quantum habet illa ad placendum hominibus malis et dyabolo. Freneticus gaudet de ipsa insanitate, et multi turpissimi peccatores iactant se de sceleribus suis Proverbiorum 2 Letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis. Isti salvari non possunt nisi vincientur infirmitatibus immissis a deo que sunt vincula salutaria peccatorum. Ps. Cum occideret eos querebant eum et revertebantur. Ite multiplicate sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. Vincula etiam quibus peccator debet ligari sunt caritate servata, precipue tres partes penitencie scilicet contricio, confessio et satisfactio. Ecclesiastici 6 Vincula illius alligatura salutaris. Ista vincula salutem operantur virtute sanguinis Christi quia fusus est sanguis medici et factus est medicamentum frenetici. Ut in vita Christi rogitando dicas ad eum Suscipe precium humanum sanguinem dedisti Christe. Secundo dicitur redemptio nostra dolorosa quia in sanguine suo. Sanguis enim de corpore sano non exit sine dolore. Dolor autem Christi magnus fuit ut ipse premit Tren. 1 O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Sanguis autem humanus habet terram naturalem quia fecundat lignum aridum, sanat corpus languidum, temperat conatum solidum. Primo fecundat lignum aridum dicit naturales quod si sit lignum arefactum optimum remedium est statim in principio arefactionis apponere radici sanguinem humanum. Narrat etiam Hermes egipcius quod rosarium plantatum in terra corrupta cum sanguine ad colorem medium ignis omni tempore anni producit rosas. Sic moraliter hoc est quia arbor Mt. 3 video homines quasi arbores. Videtur arescere per peccatum cum sed homo de deo non cogitat ut debet, non habet devocionem, non facit delectabiliter que dei sunt. Lolelis(?) primo lingua agri arescit quod confusio est gaudium a filiis hominum. In isto casu non est melius remedium quam ad radicem cordis tuae proponere

appone sanguinem christi calidum per devotam meditacionem Ista meditacio statim accendit amorem qui est calor naturalis hominis arboris
vel hominis. Sed cum amor dei numquam est ociosus sed operatur magna si est, sicut gregorius in omelia penthecostes et ideo ad istud sanguinem sequuntur
fructus boni operis et ideo dicit bernardus super cantica Sed ihesu bone quam reddit te mihi amabilem etc. Et ideo sic dicit apostolus hebreorum 9. omnia pene
secundum legem in sanguine mundantur. et sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum Ipse sanguis humanus sanat corpus leprosum
unde consultum legitur constantino quod balnearetur in sanguine calido puerorum et curaretur. Est infirmitas quam pueri quasi sunt
tenet et vocatur vulgariter preciosa valde nisi per remedium aliquod sucurratur. Et est remedium tale quod puer ungatur
sanguine hominis qui prius morbum istum passus fuit Istius corporis nostri mortalitas est incurabilis infirmitas quia qualiter moriuntur secundum
deveram Ista infirmitas id est quod fieremus immortales curari non potuit nisi per illius sanguinem qui sponte nostram mortalitatem
in sua passione curavit unde bernardus in quodam sermone O bone ihesu quid tibi et morti. Nos delinquimus et tu solvis. nos
peccamus et tu luis. opus sine exemplo gracia sine merito caritas sine modo. Tercio sanguis causat cemendum solidum. Sed quia
antiqui volentes facere edificia perpetua cementum humano sanguine miscuerunt unde legitur de vortigerne rege britanie
scilicet in hystoria britonum quod cum edificaret turrim in monte erery in vualia quicquid cementarii de die operabantur tellus alio
die absorbebat Consuluerunt ergo magi dicto regi quod iuvenem quendam inquiri faceret qui patrem terrenum non haberet cuius san-
guine lapides et cementum aspersi pararent solidum fundamentum Mora ante christi passionem erat sic in mundo quod quicquid
edificaverunt quicunque hii edificarent moraliter hii vincendo totum in morte absorbebat a terra quia omnes in puteum
inferni descenderunt. nec stare potuit edificium iustorum donec aspersi essent sanguine iuvenis qui patrem non habet
in terra hebreorum 12. accessistis ad mediatorem novi testamenti ihesum et sanguinis aspersionem melius loquentem quam abel Iste
ergo sanguis cementum eterne conglutinatur et solidatur ut deo indissolubili amore hereamus qui prius procul in regione dis-
similitudinis distabamus. Ephesiorum 2 Nunc autem in christo ihesu vos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine christi
Tercio innititur nostra redempcio fuisse amorosa. Non enim propter precedencia merita vel futura christus nos redemit sed sola sua
ineffabili caritate Ephesiorum 2. dedit semetipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniquitate. Et iohannis 3 Sic deus dilexit
mundum ut filium suum unigenitum daret. De isto ineffabili amore loquitur augustinus in quodam sermone de natali domini Tantus magister
factus est hominis factor ut sugeret ubera regens sydera. et esuriret panis sitiret fons dormiret lux. ab itinere
via fatigaretur. falsis testibus veritas accusaretur. iudex vivorum ac mortuorum a iudice mortali iudicaretur. ab iniustis
iusticia dampnaretur. spinis botrus coronaretur. vita infirmaretur. salvans vulneraretur. vita moreretur. Tercio fuit nostra re-
dempcio graciosa. quia non solum fuit facta pro amicis bonis et iustis sed pro inimicis iniustis et peccatoribus 1 petri 3 christus semel
pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis Et quod gravius est non solum pro iniustis dabatur sed columne datur pro iniustis in
sacrario altaris quia iniuste sunt qui peccando tanto beneficio sunt ingrati Augustinus in quodam sermone de die iudicii Cur me
gravius crucis tuorum quam illa in qua quondam pependeram affixisti. Gravior enim est in me crux criminum tuorum in qua
invitus pendeo quam ista in qua quondam morte tua occisurus tui misertus volens ascendi hec ille. Sexta propter Bernardus in
quodam sermone loquens in persona domini devote sic dicit. O homo vide quid pro te pacior. Non est dolor sicut dolor
quo crucior. ad te clamo qui pro te morior. vide penas quibus afficior. vide clavos quibus confodior. Cum sit
dolor tantus exterior. intus est planctus gravior cum te tam ingratum experior. Dilexit nos. Suam dilectionem
suam ad nos christus exponens modis magnificat et commendat. preveniendo tarditatem nostre benivolencie. abluit feditatem
nostre consciencie. Superat quantitatem nostre sufficiencie. Separat ad voluptatem plenius afficiendo. Primo dico quod christus suam ad
nos dilectionem ostendit in hoc quod prevenit tarditatem nostre benivolencie 1 iohannis 4 In hoc est caritas dei in nobis non quasi
dilexerimus deum sed quoniam ipse prior dilexit nos unde bernardus dulcis ihesus primus est in accessu et ultimus in recessu
et ideo convenienter cor humanum exigit dicitur proverbiorum 23. prebe fili cor tuum mihi Erat enim ipse est primus in accessu
preveniendo voluntatem ut ad eum convertatur. et ultimus in recessu quia prius nostra et causaliter homo recedit a deo per
peccatum quam deus eum relinquat subtrahendo graciam Ita cor humanum primum est inter partes corporis quod vivificatur et
ultimum quod moritur in cuius figura dicit exodi 13 Sanctifica mihi omne primogenitum id est omne cor humanum quod
inter membra corporis primogenitum dici potest et hoc est quod precipitur Mathei 22. diliges dominum deum tuum ex toto corde etc.
Secundo christus ostendit ad nos suam dilectionem in hoc quod abluit feditatem ingratitudinis consciencie Delevit enim peccatum originale
per suam sanguinis effusionem. delet peccatum actuale per sacramentum penitencie locorum Et hoc commendat nobis sanctus iohannes
qui dilexit nos et lavit etc. Sanguis designat et causat amorem unde sanguinee complexionis sunt naturaliter amativi
et iuvenes sunt magis amativi quam senes propter sanguinis habundanciam ampliorem. Narrat iacobus contra iovinianum in
libro primo allegans zenofontem hic scripsisse de infancia cyri maioris Scribit namque quod zenofon occiso abradato
et viro quem pantheam uxor mira amore dilexit. collocasse se iuxta corpus lacerum et confosso pectore sa-
guinem suum mariti vulneribus infudisse. Isto modo moraliter anima devote sponse fidelis christi videat contemplando
maritum suum occisum et non casualiter sed per caritatem amore sponte defunctum. collocet se iuxta corpus lacerum crucifixi
et illud tam voluntate quam intellectu quasi duobus brachiis amplectatur. confodiat pectus suum gladio doloris
contricionis et compassionis ut inde sanguis amoris erumpat. et in vulnera salvatoris infundat hebreorum 9 sine sanguinis
effusione non fit remissio peccatorum Et hoc est quod suadet apostolus ephesiorum 5. ambulate in dileccione sicut et christus
dilexit vos et tradidit semetipsum pro nobis. Tercio christus ostendit ad nos suam dilectionem maiorem in hoc quod
superat quantitatem nostre sufficiencie. plura enim nobis tribuit quam perfecte intelligere vel desiderare sciamus

nec sufficimus sibi amorem recompensare. Unde apostolus Ephesios 2o vocat caritatem Christi nimiam, propter nimiam inquit caritatem suam qua dilexit nos. Sicut enim dicit Anselmus de reparatione lapsi Nemo amicorum carnalium etiam si sit in hoc supra modum insignis
ita concedere potest in amore dilecte sue sicut deus effundit in amore animarum nostrarum. Quatuor enim defectus in dilectione
hominum contingit reperire a quibus amor divinus totaliter est alienus. Sunt enim aliqui qui licet amentur non tamen redamant ama-
tores suos sicut sunt ingrati. Contra deus dicit Proverbiorum 8 Ego diligentes me diligo. Sunt alii qui diligunt sed propter propriam uti-
litatem indigent enim beneficiis amicorum contra quos dicit Seneca in quadam epistola Negociatio est amicitia que ad commodum
attendit. Secundum philosophum 8o ethicorum Cum sit amicitia propter utile propter delectabile et propter honestum diligentes propter utile sunt
minimi amici inter omnes. Hec est quod plangit Ovidius ex de ponto. Sit tamen turpe quamvis sed si modo vera fatemur vulgus
amicicias utilitate probat. Per oppositum deus non diligit nos propter suam utilitatem qui bonis nostris non indiget sed diligit
nos ad fructum nostrum Ephesios 1 Gratificavit nos in dilecto filio suo i. gratos nos sibi fecit Osee 14 Sanabo contritiones
eorum et diligam eos spontanee. Tercio sunt qui diligunt homines sed non nisi in prosperitate et felicitate de quorum quolibet
verificatur illud Boecii 2o de consolatione prosa. Quem felicitas amicum infortunium inimicum facit. Unde dixit quidam Cleo-
bulus quod prosperitatis amici res amplectuntur non nos sed una secuntur. Et idem metrice dicit Non sunt prosunt sed prosperitas alta
quos fortuna sed dulcis amara fugat. Per oppositum Christus est qui magis diligit tunc quando homo defertur a mundo et
a malis hominibus agitatur. Unde Petrus Ravennas dicit Cum ipse sit in tribulatione 2e Nemo in inedia amicus inveniatur defectus
quod multa diligunt vivente sed mortuum preteriunt et obliviscuntur cum quandoque sint filii uxor frater et executor. Cum enim sint
defuncti tunc illi qui de bonis suis cum magis inimicare debent spoliant et perdunt et sibi appropriant quicquid possunt
Unde metrice dicit Post mortis morsum vertit dilectio dorsum. Consumata vita finit et eius amor. Per oppositum Christus facit
qui satis diligit viatorem dum vivit sed longe amplius post mortem Iohannis 13 Cum dilexisset suos qui erant in
mundo in fine dilexit eos hic est in perpetuum eos dilexit Ieremie 31 In caritate perpetua dilexi te etc. Quarto
modo in fine dilexit eos hoc est in hoc quod nobis preparat ad voluptatem plus affluentem 2 Thessalonicenses 2 Dilexit nos
deus quod dedit ad nos suam dilectionem in hoc quod nobis preparat ad voluptatem plus affluentem et non potuit Augustinus de moribus ecclesie et manichei
et dedit consolationem eternam. Que quanta sit spes in tutela copiose et non potest [illegible] atque sapientie ut etiam si
tanta est pulcritudo iusticie tanta est iocunditas lucis eterne hec est incommutabilis veritatis atque sapientie ut etiam si
non liceret in ea amplius manere quam unius diei hora propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni deliciis et cum
affluentia bonorum temporalium recte merito quod contempnerentur. Et Anselmus de reparatione lapsi Et tamen oporteret tormenta
perferre et ipsorum gehennam parvo tempore tolerare ut Christum possem videre in gloria regnantem et numero sanctorum sociari
Nunc erat dignum pati omne quod est triste modo ut tanti boni tanteque glorie participes haberemur.
Lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Bernardus in sermone de septuagesima dicit Fratres quod in primo homine peccavimus
omnes et in ipso cecidimus universi cecidimus sane in carcerem luto pariter et lapidibus plenum. Et inde iaceremus captivi
inquinati conquassati donec veniret desideratus cunctis gentibus qui nos redimeret ablueret adiuvaret etc. Ex quo verbis
patet triplex defectus que habebat homo ante Christi adventum. Erat namque carceratus captivatus sub hoste impio maculatus
defedatus quo squalore vario deputatus et dampnatus penali supplicio. Per adventum autem salvatoris nostri Ihesu Christi
Tediosa a captura qua nos potestate dura tenebat vilis anguis. Periculosa mercatura gloriosa quo vera nos solvit
Christi sanguis. Contra Criminosa a lesura qua tuam plasmaturam feda coinquinavit Gloriosa nos unctura Christi valens
quod lotura sanguinis emundavit. Dolorosa a tortura nobis multum nociva a nece quod tristi nos tutatur limitum
affluens per mebra pueri nocata sanguis Christi. Primum patet Zacharie 9 Tu in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos
de domo captivitatis. Nam revera homo in principio institutus liber nexibus per peccatum mortalibus vinculatus est et ita constrictus
quasi conbusta clausuris et cathenis nam lapsus a statu gratie in culpam infertur atque eius principis servituti est addictus
Cuius miserabilis servitutis statum deplorans Alanus in Anticlaudiano metrice sic inquit O gravis eventus casus miser-
abilis pestis Iam fuit qui liber erat mendicat habundans Cui fuit opulentam patitur qui prius in aula regnabat
patitur penas a rege solutus hoc casu fit gemma lutum fit purpura saccus lumen tenebre spes confuso gloria casus
Risus tristicia requies labor alga iacinctus etc. Ecce Sic igitur humana natura ab origine letaliter lesa et subacta ad
statum pristinum reformari non poterat nisi per mediatorem Christum suo sanguine solvente vinculum destructe servitutis
Ideo namque canit ecclesia sancta Te ergo quesumus famulis tuis subveni quos precioso sanguine redemisti. Et alibi
O quam gloriosa est et i. per quod et dives est victus et mundus Christi sanguine redemptus Unde Bernardus in quodam sermone de pas-
sione domini Cruciendus est inquit per quod homo a miserabili servitute et eterna morte est redemptus nisi precioso sanguine Christi qui
est fructuosus et cuius transgressor gloriosus hic Nec vera non est homine maior restauratio quam mors Christi et sanguinis
eius effusio ut dicit ypsius. Prima Petri 1 Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione
paterne tradicionis sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Ihesu Christi. Unde docent medici quod sanguis dum
est in venis non nutrit resudat ergo per venas in fontes i. in loca concava in corpore ubi actione naturalis caloris sanguis
decoquitur. Sic nisi iusticie Christi sanguis prout erat in venis nichil nobis profuit sed ut Gregorius dicit Nichil enim nasci
profuit nisi redimi profuisset sed ubi ex calore nimie caritatis resudabat in fontes quosque vulnera cepit nobis
ad salutem prodesse ut esset dignum nostre redempcionis precium. Unde Ambrosius in libro de benedictionibus patriarcharum lancea
militis aperto latere emisit aquam et sanguinem aquam ad lavacrum et sanguinem ad precium etc. Multos enim filios dei
fecit unicus filius dei emit tibi fratres sanguine suo precioso. Precavit nos ipse reprobatus redemit nos ipse venditus
honorificat nos inrisus vivificat nos occisus. Dicit Augustinus in de verbis domini Cuius fuit satis copiosa potestas effodi
Nam dum antequam filios israel de vinculo et iugo servitutis egipciace liberaret de agni sanguine utrumque poste

[illegible] dicitur peccatum sit anime deformitas in sinibus intimis et sanguinis sit coagulatum male ut quod non possit sanguine Christi lavari [illegible] intimum anime. Dicitur quod Christi sanguis
sit coagulatum male fides tamen passionis eius et gratia diffusa in cordibus fidelium ad credendum attingit intima cordium et lavat fide purificans corda eorum Actus [illegible]
Videte quod homo libere propter remissionem cum benigne immolatur [illegible] remedium quod omnibus in [illegible] publica [illegible] lavat imperialiter [illegible] per captivitatem [illegible] largitur
quo primo lavamento spirituali a sordibus criminalibus [illegible] nos lavat purgatione venialium nocumento a letali nos prius restoravit. [illegible] a tortura penali nos [illegible] liberat [illegible]

liminum precepit et superliminare. Sic nimirum antequam hic de servitute dyaboli redimeretur utriusque post tam anima quam corpus sanguine agni immaculati vero limine habebat vnde glosa super illud hebreos 9 sine sanguinis effusione non fit remissio, dicit non sine sanguine redempti sumus sed per sanguinem preciosum quod vero emundaris et deo propiciaris non sine sanguine necesse est. Cuius sanguinis larga effusionem atque mortis proprie destructionem commendans alanus in anticlaudiano sic ait Jam pedites in bella ruunt iam sanguinis audet fundere primicias iam libamenta cruoris prima dare affectat primeua que uolnera belli pul: veris insurgunt nebule noctis imber inundat In terris dum tela pluunt dum pulueris imber fundit et celum celorum nubila velat Subiugat aduersas illas partes inuadit et ipsis hostibus occurrens vaginam liberat ensem hoc tonat ille nimis sed solo fulminat ense ferro cuncta probat nec verbo disputat ymo verberibus multis quam modo concluditur hosti. Corripit a reliquis illa que prima furoris causa fuit que prima dedit fomenta malorum hac gladii mucrone petens a corpore vitam detorquet cogit que mori. quam viuere mors mors curat et inde morte mors vna repensat. Ex quibus patet conclusio quod nostre mentis redemptio in christi facta sanguine est rectorum excellentia que sunt sub celi cardine patet per illud apostoli 1 ad corinthios vi Empti estis precio magno scilicet sanguine agni illius de quo dicitur in psalmo v. Redemisti nos deo in sanguine tuo vnde canit ecclesia O admirabile precium cuius pondere redempta est mundi captiuitas confracta sunt claustra inferni apta est nobis ianua regni. 2a pars probatur scilicet de rebus acquisitis sunt vero per se per ipsum que omnia a sacris clerum pateat. nam ille est quo sunt omnes thesauri sapiencie et scientie reconditi Coloss 2 per se dixit. hic est sanguis meus qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum matthei 26 et luce 22 Nam vena prothoplasti patet peccatum prothoplasti cuius tabes in omnes transijt sic tota natura humana et tota posteritas ade peccatorum fere est inquinata quod quasi labe fetide pruriginis infecta leprosa reputata est. Cuius horrendi sceleris iniuriam deplagos Gaufridus in sua poetria sic inquit O malum miserorum malum insanabile malum Cur tetigit te gustus ade cur primus omnis culpa primus ade fuit hic gustatio mali publica causa mali peccatum nos tam feris hostis exposuit non esse pretium de diuite pauper de felice miser de tanta luce redactum in tenebras. Vbi nunc paradisus et illa voluptas. Cuius eras dux tibi dico potissima rerum hac autem viciorum deformitate in qua homo sic dilapsus fuit nullus liquor abluere valebat nisi liquor sanguinis ihesu christi Nam sanguis ihesu christi filii dei emundat conscientiam nostram ab operibus mortuis hebreos 9 vnde beatus ambrosius libro primo de iacob et beata vita venit dominus ihesus qui nostras passiones curaret sue affigeret peccata donaret in cuius morte iustificati sumus ut totus mundus eius mundaretur sanguine christi cuius sanguis sic in remissionem peccatorum fusus est ut ipsum etiam peccatum possit delere suo fuso est dicit augustinus in omelia super illud credas asperso Cum alludit sanctus ambrosius in libro de fuga seculi dicens christus melius locutus est in sanguine suo quam abel. Ille enim vindictam clamat. hic indulgentiam Ille peccatum fratris accusauit hic peccatum mundi remisit Ille prodit crimen hic texit. Christus effusus est enim sanguis medici et factus est medicamentum frenetici augustinus libro quinto quinquagenarum Cuius figura precessit leuitici 14 vbi dicitur sacerdotes aspergent domum septies purificabit quoque eam in sanguine hic est quod dominus voluit aaron et filios eius tabernacula et omnia legalia sanguine mundari, diffuse leuitici 8 et 9 ca. Omnia autem in figura contingebant illis ut ait apostolus Si enim sanguis hircorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis quanto magis sanguis christi hebreos 9 vnde beatus augustinus in libro de baptismo paruulorum et assumitur per magistrum sententiarum libro 3 distinctione 19 fuso sanguine sine culpa omnium culparum chirographa deleta sunt quibus homines a dyabolo tenebantur. Cui alludit Gaufridus in sua poetria dicens aggressus dampnas illum dampnatur ab illo morte tua dampnauit eum tulit in te nostras non proprias maculas ibi cuncta nostra luebat et que non rapuit tunc persoluebat ac ipsa morte non emisit dum sic inuadebat illum Cum dum prebebat hominem deitas ab hamo intercepta fuit et absorpta putatur vincere sed stupuit vinci quod spiritus eius captiua iure suo spoliatur et eius lumine conuertit tenebras luctus in gaudia lucis et Ad quorum omnium fulcimentum nostros lex docuit intuentes confitentes crucifixum et transfixum cuspide acumine sic mundatur et purgantur a peccatis patratis sanguinis in flumine patet prima pars conclusionis clarius tum per magistrum sententiarum libro 3 distinctione 19 sic dicentem Vt olim aspicientes in serpentem eneum in ligno erectum a morsibus serpentum sanabantur sic modo recte fidei intuitu in ligno crucis pendentem intuentes a vinculis dyaboli soluuntur. a peccatis et ita a dyabolo liberantur ut nulla pars hanc vitam in nobis inueniat quod puniat. Christus 253 Secunda pars probatur scilicet quod anima sua a lesura est qua plasmatur 25 Tercia vero pars dicte probatur patet ad coloss 2 Cum essemus mortui peccatis viuificauit nos christus in quo habemus redemptionem per sanguinem eius ut dicitur ad ephesios 1. Quem proposuit deus propiciatorem per fidem et sanguinem ipsius scilicet per passionis fidem ad ro 3. Et tractatur per magistrum sententiarum libro 3 distinctione 19 vnde crisostomus in tractatu de passione sic inquit christus in sua passione mutat legem in gratiam rigorem in mansuetudinem asperitatem in lenitatem vmbram in veritatem iudicium in misericordiam nouus rex noua lex noua dux noua lux christus Cui attendens venerabilis presbiter sedulius in carmine suo paschali libro v metrice sic dicit liqueat ad corpus patulo iam frigida ligno Dextra pendebat adhuc furor arma ministrat Cuspide perfossum violat latus eque patenti Vulnere perspicuus cruor et simul vnda cucurrit hec sunt quippe sacra pro religione honore Corporis sanguinis aqua tria vite munera nostre fonte renascentes membris et vulnere christi vescimur atque ideo templum deitatis habemus vnde iohannis vi qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum habet vitam eternam Cuius ratio generalis ponitur leuitici xvij. nam in vita hominis anima causis in sanguine est. Nam secundum medicos et naturales sanguis est vite custos et conseruator Intrat enim membra custodit et conseruat et deperdita restaurat vnde non incongrue dicitur ysidorus libro ethimologiarum Sanguis ex greca ethimologia nomen duxit. eo quod

Johannis 1 Sanguis filii dei emundat nos ab omni peccato

sustentat vegetat et munit et vitam conservat. Sic vera sanguis Christi est conservacio vite spiritualis et perductio ad statum vite eternalis. Ideo dicit Iohannes 6: Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Et qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam, que spiritualis est in presenti et glorie in futuro. Unde dicit Augustinus 10 libro confessionum: Quomodo nos amasti pater bone, qui filio tuo unico non pepercisti sed pro nobis impiis tradidisti, qui pro nobis tibi factus est victor et victima. Quomodo autem hoc declarat magister sententiarum libro 3o distinctione 19 dicens: Nichil invenit dyabolus in Christo ut moreretur, sed pro voluntate patris pro nobis mori voluit, non habens tamen mortis debitum pro peccato, sed de obediencia et iusticia mortem gustavit, per quam nos redemit a servitute dyaboli et subdit: Quid fecit redemptor captivatori nostro? tetendit muscipulam crucem suam, posuit ibi quasi escam sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris, per quod recessit a debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem suum fudit ut peccata nostra deleret. Unde ergo nos dyabolus tenebat deletum est per sanguinem redemptoris. Non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum. Iste enim erant catene captivorum. Venit ille, alligavit fortem vinculis passionis sue, intravit domum eius, scilicet in corda eorum ubi ipse habitabat, et vasa eius scilicet nos eripuit, que ille impleverat amaritudine sua. Deus autem noster vasa eius eripiens et sua faciens effudit amaritudinem et implevit dulcedine, per mortem suam aperte redimens et adopcionem filiorum glorie largiens. Propter quod quintum in littera subditur.

Et fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri suo. { Fecit enim nos regnum deo, ut qui prius eramus regnum dyaboli, essemus postea regnum dei scilicet potentes viciis resistere. Ait glossa: Luce 17: Regnum dei intra vos est. Et fecit nos sacerdotes deo, id est sacrificatores, sed quod hic et patri suo secundum quod deus, ut qui prius ymmolabamus demonibus et non deo, iam sacrificemus nos et offeramus ipsi deo, prout obsecrat apostolus ad Romanos 12: Obsecro vos ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem deo placentem. Ut enim ait Haymo: Christus ipse caput fidelium rex et sacerdos est, congruenter membra capitis et reges et sacerdotes vocantur. 1 Petri 2: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Sed dicitur: Cum deus et pater non sunt diversa et copulacio debeat esse inter diversa, videtur quod inconveniens ibi cadit copulativa coniunctio. Dicendum quod non notatur per copulativam coniunctionem quod deus et pater sunt diversa, sed quod dicuntur de eodem secundum aliam et aliam racionem. Est enim deus Ihesu Christi secundum quod homo, et est eius pater secundum quod deus, ut dicit glossa. Unde Haymo: Dicit autem deo et patri non duas naciones nec duas personas sed unam naturam ubi et personam patris solum oportet intelligere. Unde Ysidorus libro 3o de summo bono: Reges non a regendo sed a recte regendo vocati sunt, ideo quod recte faciendo regum nomen tenetur sed errando amittitur. Recte ergo illi reges sunt qui tam semetipsos quam sibi subditos bene regere noverunt. Regimen quidem a sui actore assumpsit exordium, propterea is bene preest aliis regere qui non modo verbo sed facto novit sibi inter imperare et se virtuti subdere et legibus racionis et discipline. Unde Seneca in proverbiis: Magnum regnum habebo, tibi magnum regere se temet ipsum. Apud enim antiquos in rege non ditior non forcior non maior sed melior eligebatur. Ideo quod illorum gencium erat summa felicitas ubi non putabant esse potentior nisi qui melior. Si vis omnia tibi subicere, te prius subice racioni. Multos reges si illa te rexit. Ab ea disces quid et quemadmodum regere debeas. Sic nempe inhabilit conditor sermonis ut racio animam et anima corpus possideat. Vis ergo animam a corporis possessione repelli, si non prius anima a racione possidetur.
Unde sciendum quod racio est velut lux et vis principalis in anima que cognoscit et dirigit. Cognoscit quidem bonum et malum et dirigit cum indicat bonum debere peragi et malum penitus declinari. Cum autem quod indicaverit appetit, liberum arbitrium vocatur. Huius quidem due sunt partes, superior una et inferior altera. Prima divinis et eternis intendit, secunda de terrenis et visibilibus iudicat et disponit. Rursus superior evidenciam accipit per leges divinas ut dei preceptis assenciat, secunda inferior per humanas disciplinas ut hiis aliis quasi presideat. Unde sciendum quod ad bonum monet et provocat, contra vero malum abhorret et recusat. Hec est que in nostro microcosmo totius regiminis obtinet principatum et semper ad optima deprecatur. Quociens enim homo secundum racionem audet, habitat; quociens vero cum racione perficitur, quod omnia recta iusta honesta bona et sancta semper sunt consona racioni. Maximum ideo munus est animi racione bene uti. Unde Tullius de Tusculanis 1o: Bene adhibita racio cernit quod optimum sit; neglecta vero multis implicatur erroribus, propterea nil rectum sine racione fieri potest. Nam hec est tamquam summum regis vicaria pars divini spiritus in corpore humano inmersa, renuit prohibita, respuit inlicite, rectam accusat, crimine lesam tostatam stimulat, offensis ac inhonestis actibus semper sua contradiccione resistit et sic cunctis nephariis repugnat, sicque iusta approbat, recta desiderat, equa percipit et hec tamquam regina in omnibus regulat et reformat. Hec est lux que in rege qualibet maxime relucere. Cum enim regnum sit debitus ordo adhibendus in rebus, non erit magis rectum regimen sine debito ordine, nec utique debitus ordo poterit esse sine recta racione. Tum omnia regalia iura statuta edicta atque decreta sive leges vel sancciones non sunt nisi sevi tyrannides, qui videntur a recto racionis tramite deviare. Non ergo regibus omnibus convenit principatus, sed solum hiis qui racione et sapiencia perlustrantur. Unde recte censuit Aristoteles primo politicorum, dicens quod in cunctis naturalis est princeps qui preest mente et racione providere. Pulcrum namque est nomen regium et illustre, sed officia difficillima si inique gerantur, aliosquin periculosa prorsus atque mortifera. Sola namque virtus racionis et probitas sunt que principatus honores regia nobilitate dotant. Cum enim omnis honores eius habeat quoniam inter eos suos duos quos distinxerit, et si decet principem omnium membrorum vigere et summum viribus, multo magis convenit eum racione sapiencia et animi pollere virtutibus, tum eciam ipse aliquem locum principatus atque recti regiminis in nobis obtineat, quasi dux atque imperator vite morum aliquis est. Nobilem regem illud principatus glorificat, quem non fortuna aut lubrica vulgi favor vel indocta multitudo, sed racio et sapiencia perlustrat. Unde nil est quod hunc clarior perfulgeat quam racio et animi clara virtus in principe. Sic definit Aristoteles in politicis dicens quod meliorum sit naturaliter dominum qui semper racionaliter et virtuose vivunt.

de regno — Nondum quod pater scripture sua regnum invenit in triplici differentia quod diverso tramite scilicet inquiri: scilicet regnum optimum et fidelium amorum, regnum intimum et vere amplexandum, regnum supernum et summe exoptandum. Primum est valde fructuosum consistens in fidelium unitate, de quo scribitur Actuum 4: et cum fecit et docuit, magnus vocabitur in regno celorum. Secundum est vere affectuosum consistens in fide et virtutum varietate, de quo dicit Lucas 17: Regnum

dei intra vos est. Tunc est summe deliciosum refulgens in eterna claritate de quo ait propheta Daniel: iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Hec eterna est regnum dei quod interminabile [illegible] finis est atque perfectissima beatitudo ad quam nunquam homo conscendere valet nisi prius in regno [illegible] scilicet in ecclesia sancta katholica legittime triumphavit atque regno interno virtutum scilicet puritate fuit adornatus ut testatur beatus Augustinus libro 5o de civitate dei. Hec est gloria summi dei scilicet regnum celorum quod nulli negabitur digno nulli confertur indigno. Sed [illegible] ad eam ambiret uterque indignus ubi nunquam permittitur nisi dignus et subditur [illegible] eternam gloriam ei premium virtutis erit qui virtute dederit. Hic est quod omnis nostra affectio maiore cura virtutes exquirere debet qui rex est eterne glorie perfectio [illegible] sit dispositio perfecti ad optimum secundum philosophum. Unde quia nulla rebus natura potest esse mora [illegible] regulata ut declarat beatus [illegible] in suo dialogo parte 8 c 2. Nunc ergo compleamus attente et desideremus festinemus virtutes acquirere ut demum possimus verius in virtutibus proficere et tandem gloriosus summe virtutum valeamus apprehendere scilicet regnum celorum ad quod acquirendum et possidendum finaliter [illegible] libro 2o d. l. Circa quod modo possunt queri. Primus est modus ascendendi ad virtutum fundamentum. Secundo quibus est gradibus veniendi ad ipsarum incrementum. Tertio quale nunquam perveniendi est ad virtutum complementum ut sic habeatur forma virtutes acquirendi et que norma in virtutibus proficiendi ac demum bravium percipiendi in regno dei. Ad quod quidem dubium respondetur per tres conclusiones. Prima est ista: prima inchoatio vite perfectorum est vera renunciatio seu fuga viciorum. Patet quod intentione Iohannis Cassiani qui in libro collationum patrum in collatione Moysi abbatis sic dicit: Tunc primum ad virtutum fastigia conscendimus cum nostri voluptates mores et vicia affectus quod pristinos animi carnis quod curavimus. Unde et beatus Ambrosius dicit: Cum renunciatur improbitati seu viciorum statim renascitur virtus [seu accipit]. Egressus enim malicie virtutis operatur ingressum, uno eodem quod studio quo culpe concluditur innocentia copulatur. Hec ille. Ex quibus patet [illegible] quod renunciatio viciorum est primus aditus ad virtutum acquisitionem. Et ratio quod expulsio culpe et infusio gratie que est forma virtutum sunt una simplex mutatio sicut declarat doctor subtilis circa d. 16 quarti libri q. 2a. Nec mirum. Sicut enim oculus pulvere tumore aut lesione humore alieno et ab omni vicio virtute visum impediente purgatus claritate lucis acceptat et sic colores et vicia iudicat ut declaratur in tractatu de oculo morali c 4, sic vera mens devota a pulvere viciorum purgata et ab omni vicio variarum operationum aliena mox in se virtutis claritatem acceptat ut testatur venerabilis pater in libro epistolarum [illegible] dicit: Cedunt virtuti variarum obstacula rerum. Sic ergo prius sunt vicia extirpanda et demum sic virtutes inserende. Dicit Ysidorus de summo bono libro 7 c 36. Quod confirmat poeta Normannus in suo flosculo parte 7 dicit: Criminibus notis de mente tua quod remotis iustitie virtutum semina que sunt tibi sancta et [illegible] in quibus oriuntur salices et amplificet [illegible] sit vestis [illegible] sociis honestis. Sic ergo liquet quod prima inchoatio vite perfectorum est vera renunciatio seu fuga viciorum. Ex hoc tamen conclusionis declaratione et postremo dicto finali infertur hoc corollarium doctrinale: Cum ad virtutum fastigia intenditur anhelare, malorum fugere consortia debet curare. Patet quod primum. Alia tamen quod doctrina Iohannis Crisostomi super [illegible] dicit: Raro namque sic est ut concordes boni malis coniunguntur. A bono malus melioratur sed quod malo bonus contaminatur. Dissipatas enim rerum nunquam potest habere concordiam et multos sollicitat nephanda societas. Cui conformiter loquitur beatus Gregorius in [illegible] omelia 3o dicit: Primum est per quod [sic et (illegible)] vitari societas malorum debet ut si fortassis corrigi non valent saltem bonos ad sui imitationem non trahant et cum ipsi a sua malicia non mutantur eos saltem qui contra fuerint bonos non pervertant. Hinc est quod Moyses filiis Israhel ex mandato domini precepit ut consortium malorum fugerent dicens: Recedite a tabernaculis impiorum et nolite tangere que ad eos pertinent ne involvamini peccatis eorum. Numeri 26. Nec mirum. Polluitur etiam ex uno peccatore societas bonorum sicut ex una ove morbida grex inficitur. Item sic caro morbo emortua si abscisa non fuerit salute reliqua carnis putredinis sue contagione corrumpit. Ita qui morbo viciorum persistunt si monitis [illegible] in bonorum societate permanserint eos exemplo sue perditionis inficiunt. Et [illegible] in Thobia dicit metrice: Plaude bonis fuge pravorum consortia labem ex pice contacta contrahit egra manus. Sic igitur patet quod qui ad virtutum fastigia intendit anhelare malorum consortia debet curare.

Conclusio 2a. Perfectus in virtutibus aliquis nunc habetur nisi ei spiritus sanctus caritate cooperetur. Patet quia secundum Hugonem de Sancto Victore libro [illegible] parte 6 c 16 virtutes a nobis duplices habentur secundum naturam scilicet et gratiam. Virtus enim nichil aliud est quam affectus mentis secundum rationem ordinatus. Unde affectus ordinati secundum naturam sunt virtutes naturales que etsi laudabiles sunt quia bone sunt et a natura, non tamen sunt digne illo munere quod est super naturam et subditur. Affectus autem ordinati per gratiam reparati sunt virtutes gratuite. Nam in hiis virtutibus primo spiritus sanctus bonam voluntatem operatur, deinde bone voluntati moventi se et operanti cooperatur. Primo bonam voluntatem aspirat ut sit, deinde bone voluntati movente se inspirat ut moveat et operetur ut vacua non sit. Primo operatur eam, deinde operatur per eam. Bona voluntas est instrumentum, spiritus est artifex. Ex quibus verbis luculenter patet quod nunquam est perfectus [illegible] operationis qui non a spiritu sancto [illegible]. Nec mirum. Sicut enim lux primaria est fons productionum naturalium et pariter actionum ut testatur Thomas Bragwardin in sua perspectiva parte 2 c 1 [illegible], sic ipse septiformis spiritus qui est increata lux et velut lucem a patre filio quod procedens est fons et origo omnium perfectionum virtuosarum operationum in nostra affectiva et hec per diffusionem illius [illegible] radium scilicet caritate [illegible] legali menti in virtutibus proficere volenti est necessaria ut testatur Alexander in suo disputato circa primum q 7 articulo 2o [illegible]. Caritate [illegible] caritatis pura est viatori necessaria secundum legem ewangelicam in cordibus amoris indicantur. Nec dubium. Nam nichil est virtus quam non amor ille venustat. Hoc absente bono nunquam bona celica gustat. Dicit Petrus Riga in Aurora [illegible] metrice [illegible] odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Ex quibus sic deducitur sequitur cor-

Unde Zacheus renuncians avaricie [illegible] meruit accipere. Luc 19. Latro in penis [illegible] redemptorem et de prius malis [illegible] dolores pervenit innocentie restitutionem Luc 23. Et magdalena [illegible] Luc 7 [illegible] [illegible] a deo [illegible] et a demone possidetur [illegible] [illegible] [illegible] sicut [illegible] [illegible] vere [illegible] [illegible] [illegible] volet [illegible] [illegible] veritate [illegible] sublaverint

Ex bonis naturalibus perficere non ~~possumus~~ sufficimus in virtutum splendore, sed ex donis supernaturalibus id plene obtinebimus ab eterno amore
patet ex premissis. Et sequitur ex hoc quod illa forma per quam redditur anima deo grata et per quam homo de virtute in virtutem mutatur
perficitur est quedam spiritualis dilectio que non ex principiis naturalibus generatur, nec ex amore naturali acquiritur, sed potius
creatur et infunditur ab ipsa deo patre et increata scilicet ab ipso spiritu sancto a quo effective et originaliter provenit quasi
perfectus mutatoria in virtuosa operatione. Et hoc attestatur Cassiodorus super psalmo xvi dicit: caritas dei quod virtualis est plurima
virtutum quia et bona voluntas virtutes germinat et operatione sancta in virtutibus perfectis fructificat. Sic igitur patet quod ex bonis
naturalibus perficere non sufficimus in virtutum splendore, sed ex donis supernaturalibus id plene obtinebimus ab eterno amore quod fuit octavum.
Conclusio 3a. Premium peroptabile exercicii virtualis est regnum permanabile gaudii eternalis patet ex verbis Senece epistola xxiii
ad Lucilium sic dicentis: Sola virtus prestat gaudium semper in secure; hoc magnum gaudium in quo gloria est omnibus sanctis eius.
Ubi magis intencionem Alanus in Anticlaudiano dicens: Ubi gaudia plena viget nullo respersa dolore, hic risus sine tristicia
sine nube serenus, delicie sine defectu, sine fine voluptas et requies tranquilla nimis que fine carere fortune casus
in nubila vite nescit. Hoc enim gaudium quod vere ipse deus est erit premium virtutum. Nec mirum, sic enim exigit iusta
compensacio equissimi dispensatoris reddentis unicuique secundum exigenciam suorum meritorum. Sic perfecto exigit equa
retribucio et virtuosa perfectio ut ipse deus gloriosus qui fecit racionalem creaturam ipse se sui capacem quia secundum indicte virtutum
ymaginem beatissime trinitatis, eandem racionalem creaturam que homini in nostris per omnia sumunt secundum similitudinem sue ymaginis
nostro in ipso premiaret. Sic ergo iusta compensacione exigente pro premio virtutum reddet homini deiformitas glorie atque
gaudium sempiternum in quo mens beate gloriose decoratur. Nec ipsa gloria etiam aliunde habetur nisi hic potest secundum legem dei or-
dinata nisi ex merito virtutum, quia virtus perpetuat in anima esse glorie per felicitatem dicit Nicolaus de Lyra super Apocalipsim.
Ex quo sequitur corollarie: licet hic disparia sint virtutum opera, premia tamen assunt paria eterna peccatorum munera patet per Augustinum
quem allegat magister libro x distinctione xlix: Multe mansiones in una vita erunt scilicet varie premiorum dignitates, sed ubi deus erit
omnia in omnibus erit etiam in dispari claritate par gaudium, ut quod habebunt singuli que sit omnibus communia etiam gloria
capitis omnium erit per vinculum caritatis. Ex hiis datur intelligi quod in regno ibidem quod par gaudium omnes habebunt et si dis-
parem habeant cognicionis claritatem. Sic ergo electorum diversa sunt opera, merces non varia; quod ita intelligendum est de mercede
ac premio beatifico obiectivo quod utique omnibus beatis erit una merces quia unus deus una beatitudo unum bonum, non autem
de mercede seu premio subiectivo quod utique secundum diversitatem operum in eterna beatitudine diversum erit, ut vult beatus Gregorius
in dyalogorum atque concors sua omnium doctorum. Mens ergo devota ad incrementum virtutis virtuum erecta et in actibus
virtutum exercitata triplicem premiationem glorie consequetur in regno celorum, secundum Bonaventuram circa finem Breviloquii sui scilicet
gloriam spiritualem corporalem et accidentalem. Hec autem triplex gloria consistit in triplici premio scilicet spirituali corporali et accidentali quia
ipsa mens habebit ex premio spirituali gloriam inestimabilem facialis visionis, ex premio corporali gloriam desiderabilem con-
gratulante unionis, ex premio accidentali gloriam inexplicabilem specialis superaddicionis. Ex quo triplici premio ipsa mens
beata tota efficitur deiformis totaque deo configurata, tota deo vivit et tota in deo requiescit per que in statu
omnium bonorum aggregacione perfecto constituta et eternaliter vivens vita ditabitur et eternaliter congratulans regno dei coronabitur.
Cuius regni participes nos efficiat ipse Ihesus Christus qui nos fecit regnum et sacerdotes deo et patri suo ut dicitur Apocalipsis primo.
Pro quo notandum quod in sacerdote nove legis tria precipue consistunt scilicet dignitatis sublimitas, potestatis immensitas et puritatis
preciositas. Circa tria precipua in sacerdote nove legis spiritus sanctus prudens de eorum perpendit dicens: Gloria et honore coronasti eum
domine et constituisti eum super opera manuum tuarum. Gloria dicit Christus cum dignitatis sublimitate, honore Christus cum potestatis immensitate,
superioritate Christus cum puritatis preciositate. Christus primo sacerdos dicitur quia sacer dux, ipse enim ad hoc a deo significatus est
ut ducat populum verbo exemplo et opere in terram promissionis regni celestis. Christus secundum sacerdos dicitur quia sacra dans vel docens,
ipse enim potestate sibi tradita distributor est sacramentorum nove legis et doctor divine legis. Christus tercio dicitur sacerdos quia presbiter dei
in domino nam ipse est tabernaculum status altissimi. Sacerdotalis autem dignitas in tribus precipue relucet quibus dominus deus sa-
cerdotes nove legis dignificavit. Primo in ipsorum excellencia et sublimitate, extulit enim eos deus omnibus regibus et principibus
huius seculi eo quod ipsi sunt eorum patres et per eos tamquam per excellenciores et digniores in reges inunguntur. Et non solum prin-
cipibus et regibus huius seculi sed et principibus celestis regni scilicet angelis eos pretulit. Sacerdos enim maior est et dignior
angelo in tribus. Primo in animarum commissione, nam deus dominus sacerdoti non angelo animas quas precioso sanguine redemit
ad regendum ad custodiendum et ad pascendum commisit ut habetur Iohannis ultimo. Secundo in peccatorum absolucione angelis enim
quantumcumque dignitatis non est concessum a peccatis absolvere, potest sed sacerdos nam sacerdoti et non angelo hec auctoritas est concessa.
Tercio in corporis Christi confectione nam nullus angelorum est tam potens et tam donis naturalibus donatus qui corpus Christi conficere possit
sicut sacerdos. Eciam ergo sacerdotes sua sublimi dignitate tam sancta quod celestes principes precellunt. Cui assimilavimus eos
nisi excellentissime virgini genitrici dei. Nam sicut ipsa sancti spiritus obumbracione per quinque verba concepit filium dei qui
dixit: fiat michi secundum verbum tuum. Ita sacerdos domini quinque verba conficit verum corpus Christi. Quanta dignitas excellencia admiracio
beatus Augustinus ait: O veneranda dignitas sacerdotum inter quorum manus filius dei velut in utero virginis incarnatur. Cui mirabiliter
tanta alludens Bernardus in tractatu de dignitate sacerdotali dicit: In hoc sacrificio celum miratur, obstupet terra, horrescat
infimus, contremiscat, veneratur plenitudo angelica celsitudo. Secundo dignitatis sacerdotalis sublimitas attenditur in possessionis
donacione. Christus enim eorum excellente dignitate donat eis deum suum tiesirem preciosum et hereditatem scilicet decimas oblaciones
oblaciones tamquam domus altis et filiis hereditariis. Ipsi enim sunt dii et filii excelsi omnes. Psalmus 81. Hii sunt enim quibus
dictum est Deuteronomii 18: Non habebitis partem inter eos, ego enim pars et hereditas vestra. Tercio attenditur eorum sublimitas in

tutela et protectione. Ipse enim eorum specialis tutor est et protector. Nam tuetur eos et protegit et sub pena dampnacionis eterne
precepit per prophetam quod nullus eos audeat offendere vel molestare dicens: Nolite tangere christos meos et in prophetis meis no-
lite malignari. Ubi glossa: Qui tangit violando sacerdotem similis est illis qui Christum plagis affligebant. Vnde [illegible]
In hiis et in aliis quam pluribus que veneranda sacerdotalis dignitas attenditur. Quare tales sacerdotes appetentes propter primum
deum honoret se humiliando, propter secundum eum amet gratias referendo, propter tertium eum timeat peccata fugiendo. [illegible] Secundo
Sacerdotalis autem potestatis immensitas patet ex multis. Primo quia habet potestatem corpus Christi conficere. Nam dictum est eis Hoc
facite in meam commemoracionem. Solis enim sacerdotibus hec maiora auctoritas collata est. Solis magis quam
nec angelis nec alicui homini preter solos sacerdotes. Et dicitur: maxima auctoritas. Magna quidem est ex aliquo aliquid aliud
facere, maior est ex nichilo aliquid facere, maxima ex creatura creatorem conficere. Secundo quia habet potestatem peccata hominum dimittere
quia dictum est eis Iohannis xx: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. In quo tantam habet potestatem quantam non deus [illegible] omnibus preter
omnipotens remittit vel vult remittere peccata hominum sine sacerdote excepto articulo necessitatis in quo scilicet non potest habere [illegible]
Tertio habet potestatem aperire celum. Ipsi enim sunt claviger regni celestis. Nam eis collate sunt claves regni celorum Mathei xvi.
Quarto demones ab obsessis effugare. Mathei x dedit eis potestatem spirituum immundorum ut eicerent eos et curarent languores corporales.
[illegible] Marci ultimo: Super egros manus imponent et bene habebunt. Et Mathei x dedit eis potestatem ut curarent omnem lan-
guorem et infirmitatem. Quinto habet potestatem graciam spiritus sancti subditis ministrare donare. Actuum viii. Tunc imponebant
manus super eos et accipiebant spiritum sanctum. Ex hiis et aliis potestatibus laude dignis clare patet quante excellentie et
amplitudinis sit potestas sacerdotalis. Tercio autem puritatis profunditas patet ex hoc quod ipsi sunt genus electum regale sa-
cerdotium gens sancta i Petri 2. Hos enim elegit deus ad [illegible] constitucionem ut essent sancti [illegible] [illegible] de se potest dicere
custodi animam meam quoniam sanctus sum. Propter quod [illegible] de qualibet possit dici [illegible] [illegible] ante formarem in utero novi
te et antequam exires de vulva sanctificavi te. Propter quam sanctitatem reges et principes [illegible] [illegible] simplices [illegible] aliquod
beneficium aut sacerdotium ab eis recipere voluit genua sua coram eis humiliter flectunt. Et quia sancti [illegible] utiles [illegible]
utiles sunt deo angelis hominibus et animabus in purgatorio. Deo quia eum glorificant, angelis quia eos letificant, hominibus
quia eis a deo graciam impetrant iram et vindictam dei mitigando, animabus in purgatorio quia eas de penis liberant.
Propter quod dicit Beda: Sacerdos quando sine peccato et in bono proposito non celebrat privat sanctam trinitatem gloria, angelos
et sanctos in celesti curia leticia, homines in ecclesia militante laborantes beneficio et gracia, animas in purgatorio degentes
liberatione et venia. Et hec omnia videlicet sacerdotalem dignitatem, potestatem et sanctitatem attribuentes [illegible] [illegible]
statuit quod episcopus in quocumque loco residens stare presbiterum propter [illegible] non paciatur. Nam et ipse deus in supremo
pontificum apostolos postquam eos fecit sacerdotes non servos sed amicos appellavit Iohannis xv. [illegible] quilibet sacerdos propter
eius excellentem dignitatem debet honorari, propter eius immensam potestatem debet amari, propter vite sanctitatem debet
timeri et venerari. Sed modernis temporibus propter primum scilicet dignitatem non honorantur. Et non mirum, clerici enim modernis
temporibus ad dignitates clericus ad beneficia ecclesiarum curata promoventur nisi pueri ydiote et indocti consanguinei fautores
ambitiosi [illegible] [illegible] scienciis se negociis implicantes et vite abhominabilis. Et non solum promoventur
sed et violenter intruduntur. Omnis enim fere promocio nostris malis temporibus venit aut per sanguinem aut per favorem
aut per subordinacionem aut per conspiracionem aut intrusionem aut impressionem. Ecce dignum honore. Propter secundum vero scilicet
immensitatem potestatis non amantur eo quod raro salutem fidelium ullus rarus administrat. Teste Gregorio super illud Luce x Messis
quidem multa operarii autem pauci. Ecce iam messis multa sed operarii pauci quod sine gemitu merore loqui non
possumus quia et si sunt qui bona audiant desunt qui dicant. Ecce mundus sacerdotibus plenus est sed tamen in messe dei
ullus rarus invenitur operator qui officium quidem sacerdotale suscipimus sed opus officii non implemus. Hec ille. Et ecce
non implemus. Nam quis nunc predicat simplex et indoctus qui plus docere debet quam doceri. Sed nunc ubi sunt
omnes [illegible] clericos infructuosos amare potest. Propter tertium scilicet vite sanctitatem non habentur in reverencia. Que enim vite
sanctitas que modernis temporibus in sacerdotibus honestas impletur illud [illegible] [illegible] Et erit sicut populus sic et
sacerdos. Et utinam non peior. Et non mirum, nam ubi regnant habundancia panis et ocium que fuerunt occasiones peccati
Sodome et Gomorre ibi regnant multa mala. Sed in sacerdotibus modernis temporis regnat peccatum. Habundant enim
bonis temporalibus et quod superest non dant pauperibus propter quos habundantes facti sunt. Cuius debiti sunt. Nam non
querunt que dei sunt sed que sua. Ex habundancia superbiunt et lascivunt, ex ocio ad omne malum proni sunt. Si ergo
sacerdotes volunt honorari, amari et timeri, dignitatem acquirat, deificet potestatem, [illegible] [illegible] in sanctitate
ambulet honorifice. Nam propter dignitatem que castitatem requirit, amicola virginum propter potestatem qua subditis
sacramenta ministraverunt, amicola confessorum propter sanctitatem quam fratres multi sustinuerunt, amicola martirum in
regno sempiterno coniungitur. Fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri suo. In hiis verbis ostenditur Christum esse
regem mirabilem, cunctis hominibus. Ipse enim est qui ut in psalmo dicitur fecit mirabilia magna solus, qui et suos deducit
in via mirabili Sapientie x. De ipso dicitur in psalmo: Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos. Et [illegible] [illegible]
est altissimus omnium omnipotens et rex metuendus nimis super thronum sedens et dominans. Cuius regnum apparet mirabile.
Primo ex hoc quod omnia que subiecta sunt ei habent ordinem eo quod omnia sunt in numero pondere et mensura Sapientie xi. Hoc enim Saba regina
in regno Salomonis dixit esse mirabile quod omnis finis ordinatissime fiebat ei iii Regum x. Secundo patet ex hoc [illegible]

Margin: nos ad [illegible]

quia licet omnia que ei subiecta sunt, sicut spiritus et naturales operationes, ita tamen operantur ut in omnibus eius obediant voluntati. Et ideo
in psalmo dicitur: Ordinatione tua perseverat dies quia omnia serviunt tibi. Unde licet sol de natura sua habet moveri, sed tamen quandoque stetit
parendo voluntati divine, Iosue x°. Aqua de natura sua habet defluere, actu stabat quasi pro muro ad dexteram et ad sinistram iudeis
per mare transeuntibus obediendo, Exodi xiv. Et eius [illegible] regnum eius apparet mutabile quia in rebus transeuntibus immutabiliter
perseverat. Sol enim occidit et oritur, homo nascitur et moritur, omnia per successiones continuas rerum desinunt et tamen super hec omnibus
regnum domini manet in eternum. Potestas enim eius potestas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur, Danielis vii. Dilatatur
namque a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, psalmo lxxi. Est ergo regnum dei rex omnium. Regnat enim in celo
in medio in inferno, imperat angelis, precipit hominibus et demonum potestatem palmo concludit, propter quod apostolus dicit ad Philippenses 2 quod ei flectitur
omne genu celestium terrestrium et infernorum. Actum specialem dicitur deus dei rex hominum quorum est [illegible] gubernatione et assignatione.
Licet enim omnia creaverit, tamen hominem per excellentiam; licet omnia gubernat, tamen hominum de bonis maioribus providet; licet omnia consumat et sustentat
verbo virtutis sue, Hebr. 1, tamen hominem consumat ad potiora bona consequenda. Est enim homo finis omnium rerum. Omnia namque que creavit deus
in hominem tendunt ut in finem. Deus autem fecit supremum ultimum finem hominis, ut homo videndo omnibus usus que ad ipsum ordinata sunt
venire possit ad hoc ut finaliter assequatur deum et fruatur deo. Et propter hoc quod homo directe ad finem tendit nobiliorem quam quecumque alia
creatura, ideo deus providit ei de bonis potioribus quam quibuscumque aliis creaturis, ut de cognitione, de dilectione, de donis. Unde et providit
hominum custodiam angelorum, providit ei regum [illegible] mundi protectionem et tutelam, quia ut dicit Augustinus non homines propter reges fecit deus
sed reges propter homines. Sed admisit hoc evenire quod hic esset [illegible] defectum, unde quod deus voluit homines dirigi per angelos et reges
ideo quod eos per se ipsum regere non posset, sed [illegible] Augustinus libro [illegible] ut angeli et reges ac alii rectores perciperent consolationem de hac
beatificatione de hoc quod essent cooperatores salutis ipsius. Voluit tamen deus per filium suum missum in carne in hominibus disponere [illegible]
spirituale regnum, ad quod innuendum dicit [illegible] Iohannes quod fecit nos regnum. [illegible] enim deus latuit in carne sive [illegible] ipsi deus
humanitatis vincendo dyabolum et auferendo ei in hominibus regnum. Nisi enim carne obumbraretur dyabolus eum non aggrederetur, inquit glosa
super illud Cant. iii: Egredimini filie Syon et videte regem Salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua, id est humanitate quam habuit a matre.
Et [illegible] dicit apostolus: si cognovissent nunquam dominum glorie crucifixissent. Aggressus est autem demon dominum, sed succubuit et amisit [illegible]
Et hic gessit [illegible] que pugnavit cum dyabolo quia in hiis consistit regnum suum et dominium in hominibus. Unde licet in hoc dictum est regnum
eius non est de hoc mundo quia non est visibile neque mundanum neque corporale, tamen est in hoc mundo super nos enim qui sumus in hoc mundo
regnat salvator mundi. Primo aggressus est eum dyabolus tunc tempore infantie [illegible] natus est [illegible] cum [illegible]
deus erat innocens humilis pauper et iam incepit austeritatem vite. Tunc pastores cognoverunt ipsum esse regem angelorum et hominum
et hoc divulgaverunt, Luce 2. Tunc gentiles visa stella cognoverunt ipsum esse regem hominibus deputatum. Unde venientes ierusalem
quesierunt dicentes: ubi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum, Matth. 2. Tunc
Symeon predicavit eum fuisse lumen promissum gentibus et missum hic ad gloriam plebis israel, dicens ipsum fuisse verum messiam promissum
in lege et prophetis. Ideo dyabolus conatur contra eum Herodem qui turbatus erat et omnis ierusalem cum illo. Sed deus fugit in egiptum
et cedendo consumavit ea per quibus perdendis dyabolus seviebat, scilicet innocentiam paupertatem humilitatem austeritatem et fidem illam quam [illegible]
puerulus plantavit in cordibus multorum. Et hic iam incepit Christi victoria per hiis per que deus debebat suum dominium in hominibus
reparare quia hoc et in processu temporis et in sermonibus et in operibus dilatabat. Secundo aggressus est eum in deserto ubi volebat eum
precipitare peccato gule et tibi delectatione sicut primum hominem decepit. Item peccato elationis et superbie propter quod ipsemet de celo
est eiectus. Item peccato avaritie quo totum [illegible] mundum solet involvere. Sed ad omnia deus devicit, adinveniendo quod [illegible] sibi subiecti
debent vincere in sobrietate et paritate in humilitate et subiectione in paupertate voluntaria, et quod per hiis virtutibus obtinendis
contra [illegible] deus bellare quia hec vicia sunt fontes de quibus perfluunt universitas viciorum. Dicitur enim Iohannis in canonica ii: Omne
quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut oculorum aut superbia vite. Tertio dyabolus aggressus est ipsum tempore quo cepit
predicare vitam exemplarem ducere et facere miracula. Nam concitavit tunc contra ipsum aliquos qui contradicerent eius doctrine
et aliquos qui impugnarent famam sanctitatis eius et alios qui miracula calumpniarentur, volens per hec ipsum fidem et
et eius imitationem et robur in omnibus annullare. Sed deus hec omnia devicit, ad ostendendum quod [illegible] doctrina militat
regno suo, que imitatio sue vite necessaria est cuilibet ei subiecto et quod quilibet suo deo volens servire et in doctrina
et imitatione debet esse fidelis non obstantibus quibuscumque calumpniatoribus. Ecce quam multa sunt que deus in humanitate assumpta
reliquit suis servitoribus omnibus adversitatibus evincendo. Solum enim hii et non alii regno eius et domino sunt subiecti.
Nec putandum quod deus et rex noster et legifer solum has operatus fuisset victorias. Multa enim adhuc sunt quibus operatus
est salutem in medio terre. Unde quarto passionis aggressus est dominum tempore passionis, quia omnes iudeos et illos quibus
bene fecerat contra eum concitavit. Unde detentus est qua detentione liberati sumus. Ligatus est qua ligatura soluti sumus.
Deturpatus est multipliciter qua deturpatione nos ornati sumus. Vilificatus est diversimode qua vilificatione honestati
sumus. Vexatus est varie qua vexatione nos pacificati sumus. Vulneratus est a planta pedis per totum corpus usque
ad verticem capitis qua vulneratione sanati sumus. Cruci affixus est qua crucifixione protecti sumus. Mortificatus est
qua morte vivificati sumus. Lanceatus est et de eius latere emanavit sanguis et aqua quibus abluimur et redempti
sumus. Ecce pugna domini pro regno in hominibus. Tunc enim evicit cum a mortuis resurrexit dans nobis omnibus
servitoribus formam ut in talibus omnibus si que nobis evenerint que ipse passus est eum imitaremur tendentes
ad hoc ut simus in novitate vite ambulantes et pacem spiritualem habemus. Quarto Gregorius in registro epistola 229 [illegible]
quod Christus [illegible] in carne sua [illegible]. Secundo [illegible] quod de toto orbe unum gregem adduxit seu congregavit. Tertio [illegible] quod
omnes qui in grege sunt in uno ovili esse voluit. Quarto [illegible] quod sub se uno pastore pascua querere constituit. [illegible]
solliciti sumus unitatem spiritus in vinculo pacis. Nulle sint amplius inter nos et deum [illegible] quas peccatis comparamus. Nulle
sint inter nos discordie quibus a grege dei spargamur. Nulle sint inter nos [illegible] quibus ovile [illegible] scindatur. Ad [illegible]
refectionis [illegible] nisi que nobis a Christo rege nostro relicte sunt, quia non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod [illegible]

Ambrosius in libro de fide [illegible] suscepta carne [illegible] potestate sua [illegible] inviolabilem [illegible] suscepta carne temptatus est
et [illegible] passus ut [illegible] temptatio vinceret [illegible] passus [illegible]
fugat [illegible] relegat [illegible] operatus est miracula [illegible] pietat [illegible]
[illegible] pro nobis [illegible] omnes [illegible] in multitudinibus [illegible] morte tua morior,
sic volneribus tuis volneror, sic [illegible] tuis [illegible] flagellis [illegible] flagellor [illegible]
[illegible] ligatus [illegible] vincula [illegible] ligat [illegible] moriendo mortem destruxit [illegible] in sepultura [illegible]

Aug. 3a moro pot dam nit dyl3 et eius regnu et xpm et eius regnu dyl3 eni est rex sup omes filios supbie xpus at
est rex om humiliu et illoru qui mites sut et mansueti Alia go pcepta dyl3 dat suis fautorib3 et alia xpus. Du dyl3 dt
Sup astra celi exaltabo soliu meu ut omes sui ad exaltaco3 anhelarent. Sz xpus omib3 qui a paradisi gaudijs expulsi
sut dt Ecce ego venio et habito in medio tui. Dyl3 dt Sedebo in monte testi in lateribus aquilonis xpus at dt Ego sum vermis
et no ho obpbriu hominu et abiectio plebis. Dyl3 dt Ascendam sup altitudine nubiu xpus at cu in for. dei esset exinanivit
semetipm formam servi accipiens. Dyl3 dt ostendens oia regna mudi Tibi dabo ptate hanc et gloriam eorum qr michi tradita sut
et cui volo do illa. xpus aut dt Non possum ego a me facere quicq3 Sz pr in me manens ipe facit opa Calicem quidem meum
bibetis. sedere aut ad dextram vl ad sinistram no est meum dare vobis. Dyl3 dt Eritis sicut dij scientes bonum et malum xpus
vo loq. no est vrm nosse tpa vl momenta que pr posuit in sua ptate. Dyl3 ut psuadet hominib3 diuina despicere
voluntate dt Cur pcepit vobis ds ut no comederetis ex omni ligno paradisi Scit enim qd in quacu3 hora comederitis
aperientur oculi vri et eritis sicut dij etc. Sz xpus ut psuadet subiectionem et obedienciam et voluntatis diuine loq. Non quod volo
ego. Dyl3 p mebra sua loq. Nullum pratum sit quod no ptranseat luxuria nra coronemus nos rosis ubiq3 relinquamus signa
letitie. Sz xpus in suis mebris pdicat dicens plorabitis et flebitis vos mundus gaudebit vos aut contristabimini. Dyl3 mentes
s' subditas doc. equalia maiorib3 tumore tumescere. socialitatem omni elacione tuffere. [illegible] condicionis se erigere et sp
culmine celsitudinis appetere. de cuius enim dt ysa. Transiuit in affectum cordis cogitaverunt et locuti sunt nequiciam iniquitatem in
excelso locuti sunt. Sz xpus veniens ad sputa ad alapas ad colaphos ad spineam coronam ad crucem ad lanceam et ad mor-
tem mebra sua amonet dicens Si quis vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me
Item Si quis michi ministrat me sequatur. Cui go dns et redemptor corda regnat humilium. [illegible] ut quilibet volens esse sub
regno suo valet sit humilis quilibet enim quoddam titulum portat opis quo ondit sub cuius sit ptate rector [illegible] ibi go
Regnum go xpi constat in virtutib3 et fidem spem ac caritatem sic p fundatum. Lex illius regni iustissima. Conplia fidelissima
promissiones que bonos respiciunt sunt immense beatitudinis. Comminaciones que malos terrent sut eterne punitionis. Talia dona
accipiunt [illegible] in illo regno dte dona spus sancti quibus virtutes remanent [illegible] beatitudinib3 et quales fructus p-
cipiunt qui beneficiunt [illegible] fructus spus qui sunt caritas pax et gaudium in spu sco. O qm gloriosum est hoc regnum qd est
regnum omnium seculorum Nullum enim fuit seculum aut etas in qua no viguisset istud regnum nec finem umqm accipiet [illegible]
luc. Regni eius no erit finis. Transfertur quidem a gente in gentem xpus enim [illegible] dicens Auferetur a vobis
regnum et dabitur genti facienti fructum eius. Videte quo hoc regnum fuit prius in psonis ut Abel enoch et aliis
et translatum est in domum et familiam Noe quem vidit deus esse iustum ex omnibus gentibus. Homo inde venit in gentem
hii patriarcha qui in cognacione Abrahe cum deus fecit promissiones multas et legem dedit [illegible]. Et ad tantum [illegible]
illud regnum multiplicatum est in hominibus qd et lex data est p moysen de faciendis et no faciendis. de [illegible] et
vindicandis et de plurib3 sacris. Sz translatum est hoc regnum xpi antiquum [illegible] in novum [illegible] apls. Translato sacerdo-
cio necesse est ut et legis translatio fiat. Nam xpo duce hoc regnum psequente superuenerunt mandata noua sacramenta efficacio-
ra. Quod quidem regnum xpi morte est liberatum [illegible] Si filius vos liberauerit vere liberi eritis et vite [illegible]
et vitas liberabit vos xpus [illegible] Sz enim xpus no resurrexisset [illegible] fides nra aut apls [illegible] ad chorinth.
[illegible] ascensione sublimatum [illegible] [illegible] que sursum sunt querite no que sup terram ubi xpus est in dextra dei sedens
que sursum sunt sapite. P sancti spus infusionem edificatum [illegible] Cum venerit paraclitus ille vos docebit oia et suggeret
Sz p aplos predicacionem dilatatum Nam in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. [illegible] et hoc
regnum translatum est a iudeis in gentes [illegible] repulistis verbum dei et indicastis vos indignos vite eterne
ecce quivimus ad gentes [illegible] Videte qd regnum hoc deficere no pt. Dividat se heresis quocunqz voluit a fide per-
[illegible] dividat se ab unitate fidei p sectas [illegible] mutua dilectione [illegible] p scandala [illegible] legis suas [illegible]
[illegible] statuere dividat se a spe eternorum confidentes in suis mendacijs nullo tempore faciet regnum [illegible] laboratum est
p [illegible] huius regni Nauicula quidem opiebatur fluctibus sz nunqm submersa est [illegible] quociens [illegible] turbabat
eius regnum [illegible] reflorvit et peruenit ad [illegible] [illegible] [illegible] propinquauit me
a iuuentute mea etenim no potuerunt michi. [illegible] no peruenit ad senectutem [illegible] potuerunt [illegible]
pugnare no cessauerunt [illegible] [illegible] propugnando [illegible] me et no [illegible] valuerunt in se
[illegible] ad [illegible] sordes tulit no in [illegible] qd [illegible] ab illo regno [illegible] et hoc p [illegible] peti [illegible]
enim [illegible] regno mixti boni et mali. Sz malis consentientes [illegible] ymo [illegible] cum xpo no colligit dispergit. [illegible] ita
regnum quo ad [illegible] desolatum est. [illegible] desolari no pt qr [illegible] in se [illegible] [illegible] grauem
ministracionem et operacionem in quibus [illegible] reperti sunt fideles. [illegible] enim [illegible] dispensatores ut fideles quis
inueniatur et si [illegible] [illegible] [illegible] xpus enim rex [illegible] loq. Euge serue bone et fidelis [illegible]

In quolib3 homine est quoddam regnum cuius racio est rex cuius regina lex est sapia cuius filius amor cuius [illegible] sunt potencie
inferiores. Talis go ho rex dr qui disponit oia sm rectam racionem qui oia ordinat et moderatur lege diuine sapie
qui omnia ponderat ut sunt et nulli rei amore inordinato afficitur nisi sm modum bonitatis eius ordinans bona minora
ad maiora maiora ad eterna. Talis namq3 homo omes vires inferiores [illegible] sunt obedire. Et [illegible] quilibet [illegible] rex dr
qr ut dt Aug. omnia regit omnia corrigit et sub rege celesti omnia refert ad diuina et ad ea que sunt eterna
Talis go quilibet rex [illegible] dr qr sedendo in solio regni sui dissipat omne malum intuitu suo. Non enim pmittit
[illegible] peccatum regnare in corpore suo no admittit [illegible] obedire carnalitatibus [illegible] pmittit [illegible] peccatum [illegible]
ho [illegible] mebra ad malum iniquitatis. Vnde dt Aug. sup Ioh. [illegible] Si insurgit ira no dat linguam ad ma-
ledicendum no dat manum ad feriendum no admittit iram [illegible] venire in mebra ymo tenet omnia mebra
ne moueantur in iniustum furentis peti [illegible] subiungit ds qr sub maiore imperatore [illegible] dominator est sui

et io firmat iram et coheret conpriam. Talibus regibus dicitur in ps. Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. Servite domino in timore et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Cum exarserit in brevi ira eius. Tales idonei sunt regnare
quia tales in sunt regnum illud de quo ait 6. Adveniat regnum tuum. Quod cum in nobis dicitur regnum dei secundum Aug. li. 83 questionum
quia adversus diabolum militantes dum donec ipse Christus ponat inimicos eius sub pedibus suis. Quod regnum Christi est in nobis
cum sit unius ut illo regno in quo perpetua pace est dignus sumus. Quod vero hoc vere non intuentur regulas dicti sapientis.
si cor flectit ad istorum inferiorum dominacionem, sepius ipsius affectus et amor mergitur in consuetudine quod plus afficiatur circa
rei unitate quam debet affici, qui aliquid plus amat quam sua bonitas requirit, qui in aqua re delectacione quesitum
et eam non respicit ubi debet respicere, tunc meretur nomen regis amittere. Secundum ystoriam Ro. 5 fecit nos regnum et sacerdotes etc.
Regnum meum non est de hoc mundo dictum salvatoris Johannis 18. Regnum eius non est de hoc mundo quia non est visibile neque mundanum neque corporale.
Actum est in hoc mundo tamen nos enim qui in hoc mundo sumus et in nobis regnat salvator mundi. Et pro isto regno disponit
et ampliacione duas sunt in hoc mundo potestates, una regalem alia sacerdotalem. Regale quidem nam Gregorius in registro
in epistola quadam regi francorum destinavit operaciones regis describit dicens. Grandem quam divinitus accepisti. Placata mente
custodi. Christianam fidem in populis tibi subditis ostende zelum tue rectitudinis in eorum conversione multiplica, subditorum mentes
exhortando terrendo blandiendo corrigendo et exempla boni operis ostendendo edifica, ut illud retributorem invenias
in celis. Cuius cognicionem et nomen dilatandis in terris. Ex qua auctoritate colligitur quod reges christianorum propter ampliacionem regni
Christi in hominibus constituuntur. Regis enim est ut idem dicit epistola 14. providere quemque ad dei cultum quemque ad ecclesiasticam
reverenciam quemque ad honorem sacerdotum demonstratur pertinere etc. Similiter officium sacerdotale constitutum est propter conservacionem
regni Christi in hominibus. Ipsi enim secundum Greg. in registro debent lapsos in peccata terrere, currentibus viam regni ostendere,
conmone peccatores ad graciam revocare. Ipsi debent ad divina scripta aspicere ut nichil dirripiendum luporum dentibus relinquatur. Ipsi eos quibus presunt debent hortari et inducere ut deum cui serviunt agnoscant ut in eo totam spem ponant
ut eum toto corde tota mente et omnibus viribus diligant ut ei omnibus modis studiose obediant. Dati sunt sacerdotes
in officium ministerii ad consummacionem sanctorum in edificacionem corporis Christi ad hoc ut eradicent vicia ut seminent doctrinam
sanam ut plantarent virtutes ut putarent a viciosis hominibus superfluitates ut eos reducerent ad renovacionem ad
regnacionem et ad reflorendum. Data namque sunt eis sacramenta in dispensacionem ad hoc omnia peragenda et consumanda. Revera
magnum hoc officium. Ipsi enim illos qui seipsos abluisserunt in mora debent hic negligentes impulsare, torpentes
stimulis amoris inquietare ut qui se ipsos non curat impendere studeat reddere quod dicitur impulsare secundum Greg. sicut habetur
in epistolis suis registri. Ex dictis patet corollarium quod sacerdos ex officio debet intendere predicacioni verbi. Patet quia predicare proprium est secundum id
Ysa. 58. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. Unde apostolis et aliis in eis precepit deus predicare et testificari quia
ipse est a deo constitutus iudex vivorum et mortuorum Act. 10. Unde ait ulterius Eutes in mundum universum predicate evangelium
omni creature. Et sap. Jero. dicit omnis vanum esse in quibus non est sermo dei, vanum dicit quod vanitatibus intendunt et
non hiis que sunt in laude dei et salute animarum. Et Aug. dicit li. po. de verbis domini, nobis pro officio competit predicare
religiosis pro se celeste magisterium docere etc. Divinis legibus obsequi et diversis diversa impendere medicamenta. Una sicut
eadem caritas sit et eadem predicacio quosdam parturit, cum aliis infirmatur, alios curat edificare, alios conveniens sit offendere.
nisi ut apostolus. Per evangelium ego vos genui. Per eam ablactamur secundum id 1 pet. 2. Quasi modo geniti lac concupiscite ut in eo
crescatis in salutem. Per eam nutrimur et vivimus quia non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Ait
Et ut dicit glosa super 1o Ozee 4. Conticuit populus quia non habuit scienciam ubi non fit doctrinacio silent homines a laude dei
a gracia accione a peccatorum confessione dei legem repellunt et sacerdocium in perpetuum amittunt. Et allegat idem propheta. Quia
repulisti scienciam repellam et ego te ne sacerdocio fungaris michi. Restat ut non habeas sacerdotes qui te doceant cultum dei
Unde dicitur Tren. 2. Repulit dominus altare suum maledixit sanctificacioni sue et tradidit in manus inimici regem et sacerdotem.
Ex quo sequitur 2o quod sacerdos non excusatur a vicio si sit ignarus in dei verbo, quia sic non predicat et transgreditur dominum preceptum
quod est officium sui iuris ut dictum est. Et ideo dicit Gilbertus in eruditorio. Cum predicare nesciunt gradum sacerdocii non usurpent. Et
Scientiam repulisti scienciam etc. quod tales non fungunt sacerdocio legitime quia non ad utilitatem populi nec ad honorem dei. Et allegat
Aug. dicens. Ignorancia sacerdotis est mors plebis. Unde de rigore iusticie repelli deberent ne officio fungerentur. Quia quo
nesciunt satisfacere subditis de necessariis ad salutem. Dicitur enim 1 pet. 3. Parati ad satisfaccionem omni poscenti vos racionem
de ea que in vobis est fide. Quia nisi sunt tales non sufficiunt ad regimen populi. // Ne tamen hoc videatur nimis durum
est advertendum quod sacerdotes ad diversa officia deputantur. Nam quidam deputantur tantum ad missarum legendarum utilitatem velut religiosi et hic tenentur scire gramaticam ut congrue proferant ut debite accentuent et adminus tenentur intelligere literaliter quod legunt.
Aliquis aut deputantur ad administracionem sacramentorum et tales ulterius tenentur scire que sunt debita materia sacramentorum quia debita forma
verborum singulis sacramentis et quis debitis ritus sacramenta dispensandi. Aliquis aut deputantur ad docendum alios ut sunt predicatores et hii tenentur esse expositi in doctrina fidei et legis et in hiis que pertinent ad correccionem exhortacionem ammonicionem
et in aliis que officium predicacionis continent. Et quia in hiis quidam deficiunt non excusantur secundum hoc semper tamen
Alii aut ad curam plebis deputantur et isti ulterius tenentur scire discernere inter lepram et lepram, tenentur scire cautelas
circa interrogaciones peccatorum et eorum circumstancias et debent scire discrecionem circa iniunctiones satisfaccionum. Ut sciant quod penitencia
est iniungenda pro capitalibus que pro aliis mortalibus et que pro venialibus valde quod debent esse experti in sciencia divina
et etiam in sciencia secundum negociorum, quia non solum debent providere subditis de spiritualibus sed etiam de corporalibus alimentis.
Et si nesciunt solvere quos difficiles que ad sciencias pertinent emergentes, sufficiat eis quod sciant que sunt communes difficiles
et quod circa eas sunt discreti ut se de eis intromittant sed a peritis superiorum. Et quod sacerdotes dicit con. tu. v. lib. 7. 4 p. a.
// Greg. in de cura pastorali Sacerdos non predicans iram dei contra se attendit. Nam sacerdos ingrediens vel egrediens
moritur si de eo sonitus non audiatur. Quia iram contra se occulti iudicis attendit. Si sine sonitu predicacionis incedit. Et non solum
doctrina verum etiam vita debet clarescere. Nam secundum Ysidorum de summo bono li. 3o. Doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine
doctrina inutilem facit. Sacerdotis predicacio operibus confirmanda est ita quod doceat verbo instruat exemplo. Nichil enim turpius
increpare, hic a noxia atque vicio se studeat mundare. Patet quod premissum unde dicit Greg. 24 mor. dicitur quod non debet
// Aug. de na. et origine anime ad renatum. Aliquid est homini fateri se nescire quod nescit
quam in deterius vel dampnabiliter mentire vel nova cauda quod temere audet defendere quod nescit.

hominum ducatum suscipere qui nescit homines bene vivendo preire et subditi idcirco ad hoc eliguntur ut aliis presint sicut per dignitatem
dignitate ita preemineant devote sanctitate et industria. Alioquin cur ceteris preferuntur qui nullorum ulla gratia ab aliis distinguuntur a ceteris
Nam revera vicia pastorum subditis sunt offendiculum et casus prelatorum suo exemplo multos a statu perfectionis deiciunt. Et
est verum quia vulnerato pastore quis curandis ovibus adhibebit medicinam, aut quo ovibus clipeo tuebitur qui iaculis hostium
sese feriendum exponit, aut qualem fructum arbor producet cuius radix ignis peste infecta est. Prelatus ergo sit ut preguardet
per quos aliorum culpa debet corrigi, inquit beatus Gregorius libro 10 moralium, renovent ergo ad constringuntur ut primus ipse corrigat et
tunc aliena reprehendit. Hec ille. Dicit ergo ad ... de summo bono libro 3 quod non debet honoris ducatum suscipere qui nescit
subiectos tramite vite melioris preire. Et est verum secundum Gregorium in de cura pastorali quia cum pastor per abrupta graditur
ad precipicium grex sequitur. Tenetur ergo quilibet vir ecclesiasticus incedere in virtutibus et pergere in caritate humilitate et
castitate. Ad caritatem hortatur apostolus ad Ephesios 3 dicens estis in caritate radicati et fundati ut possitis comprehendere
cum omnibus sanctis que sit longitudo latitudo sublimitas et profundum. Nec mirum. Hec enim est illa sine qua nichil
vel parum alia prosunt 1 ad Corinthios 13 Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non habeam nichil michi prodest
Ipsa enim sola est via qua pervenitur ad patriam. Est ergo caritas fons proprius cui non communicat alienus. Et enim est huius
mentis qua deus amatur id quod est diligit et que omnem iusticiam complet et perficit. Nam ipsa est vinculum perfectionis
propter quod beatus Petrus pre omnibus virtutibus dono caritatis homines fulciri exhortatur dicens: Ante omnia in vobismetipsis
mutuam caritatem continuam habentes 1 Petri 4. Augustinus vero super canonicam Iohannis dicit: Quicquid habes si non habes
caritatem tibi nichil prodest, et si alia non habes hanc solam habe et implesti legem quia plenitudo legis est caritas Romanos 13.
Sine enim caritate nec credere nec sperare ... est vite sed mortis ... Nam secundum Augustinum in libro retractationum
et sed licet homo per liberum arbitrium sponte cadere potuit non tamen resurgere per se sine caritate. Resurgere a peccato est a
deo restitui ea que amiserat. Sed ista non restituuntur homini per liberum arbitrium sine gratia quod patet. Nam tria per
peccatum amittit homo. Primo quandam spiritualem divini luminis pulchritudinem sicut patet per beatum Augustinum ... Iohannis primo Tenebre
eam non comprehenderunt. Secundo meritum gratie amichilatum. Tertio amittit ydoneitatem ad vitam eternam. Nullum autem horum
potest restitui nisi per caritatem sive gratiam. Et hoc intellexit Iob ... cum dixit spiritus vadens et non rediens. Nec mirum
voluntas enim hominis non est libera cum cupiditatibus vincitur non est libera ad bonum nisi liberata fuerit. Non autem liberatur
nisi per spiritum sanctum caritas in cordibus infunditur. Dicit Augustinus in epistola ad Anastasium et ... libro 20 ... 26
Cum autem data fuerit gratia incipiunt esse multa bona per illa. Nec est fructus ad bonum qui non surgit a radice
caritatis secundum eundem ibidem quia omnium bonorum mater est secundum apostolum. Nam secundum Gregorium in moralibus caritas est recta voluntas
ab omnibus terrenis penitus aversa ... contemplationis avida in omnibus se ...
finis celestium preceptorum palma victorum mors criminum vita virtutum causa bonorum meritorum premium perfectorum
sine qua nullus deo placuit cum qua nec potuit aliquis ... fructuosa in penitentibus leta in proficientibus gloriosa in
perseverantibus ... qua quicquid boni operis est viget. Hec ille. Sed heu iam modicus ... in sacerdotibus non habet caritas
sua possessionem. Unde Hugo de claustro anime dicit accessit ad ihesum petrus accessit et iudas accesserunt et iudei crucem
figentes accedunt et presbyteri sacerdotes ut ea que offerre debent in mensa domini offerunt in mensa dyaboli. Nec sciunt legem
domini sed vacantes ocio comessationibus ebrietatibus terrenis inhiant terrena sapiunt in plateis assidui in ecclesia rari
et velociores leporibus ad congregandum canes quam ad vocandum pauperes libentius porrigunt panem canibus quam pauperi
Et post subdit: Hii sunt quorum thalamus ... est ornatior mensa altari paratior scyphus calice preciosior equus
missali carior camisia alba dealbatior ... quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus. Hortatur nos sic
sicut filios ambulantes in caritate que omnes excellit virtutes 1 ad Corinthios 13. Post caritatem ad humilitatem autem hortatur
quemlibet nostrum dominus Ihesus Christus dicens Matthei 11 discite a me quia mitis sum et humilis corde. Ipse namque dominus humiliavit semetipsum
formam servi accipiens Philippenses 2. Ideo ipse non elatos sed humiles ... magistros qui exaltabuntur. Nam qui se humiliat
exaltabitur Luce 14. Et beatus ... hic suadet dicens humiliare ne exalteris ne exaltatus humilieris. Nam cum humi-
litas casum nescit hec enim ... necessaria si possidere volumus regnum dei secundum id salvatoris Matthei 18 nisi conversi
fueritis sicut parvuli id est humiles non intrabitis in regnum celorum. Sine enim humilitate audeo dicere nec virginitas marie
deo placuisset inquit Bernardus super missus est. Ad humilitatem autem nichil tam efficaciter homines inducat sicut cognicio sui ipsius
unde beatus Bernardus in meditacionibus volens unumquemque hortari ad cognicionem sui ipsius ita dicit: Integritatis tue curiosus
esto explorator et vitam tuam cotidiana discussione examina, attende diligenter quantum proficias vel deficias
qualis sis in moribus qualis in affectibus quam similis quam deo sis dissimilis, considera et stude teipsum cognoscere quia
multo melior et laudabilior es si teipsum cognoscis quam te neglecto cursus siderum virtutes herbarum complexiones
et naturas animalium cognosceres et omnium celestium scientiam et terrestrium cognicionem haberes. Hec ille. Et super cantica sermone 36 ... dicit
absque sui cognicione salvari de qua nimirum mater salutis humilitas oritur ... ad se humiliandum ...
... si se in veritate invenit tantum non dissimulet, non sit in spiritu eius dolus, sta-
tuat se ante faciem suam nec se a se ante abducat. Sicque ita se intuens clara luce veritatis inveniet se in re-
gione dissimilitudinis et suspirans misera quia iam latere non poterit quam vere misera sit nonne cum propheta clamabit
ad dominum in veritate humiliasti me. Nam quo non vere humiliabitur in hac vera cognicione sui, cum se perspicit oneratam
peccatis mole huius mortalis corporis aggravatam terrenis intricatam curis carnalium desideriorum fece infectam

tenax, curas infinitas implicatam, multis erroribus expositam, mille periculis, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus
anxiam, mille suspicionibus obnoxiam, mille necessitatibus erumpnosam, proclivem ad vicia, invalidam ad virtutes. Unde hanc
iam extollens oculos vix iam levat caput. Nonne magis conuertet in erumpna sua dum configitur spina, convertetur inquam
ad lacrimas, ad gemitus, ad planctus, convertetur ad dominum et in humilitate clamabit: Sana animam meam quia peccavi tibi.
Porro conversa ad dominum recipiet consolacionem quia pater est misericordiarum et deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulacione
etc. [illegible] Et quemadmodum [illegible] tibi venit in te timor dei et humilitas, sic [illegible] ignorancia tibi superbia.
Sic autem parit superbia tibi ignoranciam, tu tu meliorem quam sis decepta et deceptiva tua cogitacione te esse intueris.
Hoc quippe est superbia, hoc initium omnis peccati: tu maior esse in tuis oculis quam apud deum, quam in veritate. Et ideo
qui primus peccavit hoc grande peccatum, dyabolum loquor, de ipso dictum est quod in veritate non stetit sed mendax est
ab inicio, quia quod in sua cogitacione [illegible] fuit non fuit in veritate. Quid si in eo discordaret a veritate, ut bonum
se inferiorem quam putaret quam veritas haberet? Excusaret eum procul dubio ignorancia et minime reputaretur superbia,
nec tam invenirentur iniquitas eius ad odium quam humilitas fortassis ad graciam. Si enim in qualiter statu unusquisque nostrum
habeat deus cognosceremus, nec supra nec infra secedere deberemus, veritati in omnibus acquiescentes. Nunc autem quia ignoramus quia
posuit tenebras latibulum suum et sermo absconditus est a nobis, ita ut nemo sciat si est dignus odio vel amore,
iusticia tua quam perfecto [illegible] ipsius veritatis apostolum novissimum nobis locum eligamus, de quo post modicum cum honore
sursum educamur quam presumamus altiorem, unde tunc [illegible] oporteat cum rubore. Non est ergo periculum quantumcumque
te humilies, quantumcumque reputes minorem quam sis, hoc est quam te veritas habeat. Est autem grande malum horrendumque periculum
si vel modice plus vero extollas, si vel unius [illegible] in tua te cogitacione preferas, quem forte tibi parem veritas iudicat
aut etiam superiorem. Quemadmodum si per ostium transeas cuius superliminare [illegible] bassum sit, non nocet quantumcumque te
humiliaveris. Nocet autem si vel transversi digiti spacio plus quam ostium patitur mensura corporis ita ut impingas
et capite quassato collidaris. Ita in anima plane non est timenda quantalibet humiliacio, horrenda autem [illegible]
paventa vel minima temere presumpta erectio. Quam ob rem noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus,
noli uni. Quid enim scis, o homo, si unus ille quem forte omnium vilissimum atque miserrimum reputas, cuius vitam scelera-
tissimam atque singulariter fedissimam horres, et propterea illum putas spernendum, non modo pre te, qui forte iam sobrie
et iuste et pie te vivere confidis, sed etiam pre ceteris omnibus sceleratis tamquam omnium sceleratissimum? Quid scis inquam si
melior et te et illis mutacione dextere excelsi in se quidem futurus sit, in deo vero iam sit? Et propterea non
mediocrem nec vel penultimum, non ipsum saltem inter novissimos eligere locum nos voluit, sed recumbe inquit in novissimo
loco, ut solus videlicet omnium novissimus sedeas, te quam nemini non dico preponas sed nec comparare presumas. Hec ille.
Ad castitatem autem nos ammonet dominus per prophetam de sacerdotibus dicens: Mundamini qui fertis vasa domini, Ysaie 52. Nam si ministri et dis-
pensatores legalium, que graciam non conferebant sed tantum promittebant et figurabant, caste ac pure vixerunt, quia qui in
ebdomada vices sue ministracionis debebat in templo dormiebat ne uxoribus pollui possent, quanto fortius dispensatores
sacramentorum nove legis, in quibus gracia confertur et quae dant salutem, inde ac caste vivere tenentur. Unde beatus Augustinus
super psalmum 23, unde Urbanus papa 29 [illegible]: Erubescant impii et intelligant iudicio sancti spiritus eos qui in sacris
ordinibus, presbiteratu, dyaconatu, subdyaconatu sunt positi, si caste non vixerint, excludendos ab omni eorum gradu,
dignitate et officio. Nemo ad sacros ordines permittatur accedere nisi aut virgo aut probate castitatis existat,
sicut est in sexta synodo constitutum. Et beatus Gregorius statuisse legitur ut nullum ordinare presumat episcopus nisi qui se ca-
ste victurum promiserit, 32 dis. Nos. Sed timendum ne modo verificetur illud Osee 4: Et erit sicut populus sic et
sacerdos, immo forte melior est modo populus quam sacerdos, prout dicitur Ysaie 56: Speculatores illius ceci omnes. Quia si
ceciderit ignis, si concupiscencie, sacerdotes non fugient, Baruch 3°. De quibus beatus Ambrosius in quodam sermone sic ait: Christo condicati
et indisciplinata multitudine sacerdotum hodie datur [illegible] intra [illegible] sacerdotum. Nam qui debuerant
esse vicarii apostolorum et filii Petri facti sunt socii Iude et precursores antichristi. Unde beatus Bernardus in quodam sermone de conversione sancti Pauli
loquens sic inquit: Heu heu domine deus, quia ipsi sunt in persecucione tua primi, qui videntur in ecclesia tua primatum diligere, regere
principatum. Arcem Syon occupaverunt, apprehenderunt municiones et universam deinceps libere et [illegible]. Et beatus Ieronimus super Mattheum
capitulo 23: Super cathedram Moysi etc., sic inquit: Multi sacerdotes et pauci sacerdotes, multi in nomine et pauci
in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram, quia cathedra non facit sacerdotem sed sacerdos cathedram; non locus sancti-
ficat hominem sed homo locum. Qui enim bene sedit super cathedram honorem accipiet ab illa; qui male sedet iniuriam facit
cathedre. In medio enim sedes si bene vixeris et bene docueris, omnium medius eris. Si autem bene docueris et male vixeris,
tui solius. Nam bene vivendo et bene docendo populum instruis quomodo debeat vivere; bene autem docendo et male vivendo
deum instruis quomodo te debeat condempnare. Ideo quia malus sacerdos de sacerdocio suo crimen acquirit, non dignitatem. Hec ille.
Et beatus Gregorius in registro sic inquit: Causa ruine populi sunt sacerdotes mali. Quis enim populo se pro eis intercessorem obiciat
si sacerdotes qui orare debuerant graviora committunt. Hec ille. Ex quibus omnibus patet quod ecclesie [illegible] vite puritate in [illegible]
summi regis pro dispensacione gracie sacramentorum nove legis, patet per apostolum ad Titum primo dicentem: Oportet episcopum esse sine crimine, sicut
dispensatorem dei. Unde sanctus Ieronimus generaliter extendit se ad omnes dispensatores nove legis. Dicit enim in epistola ad Heliodorum:
Ne quis inquam intelligeret ad episcopum tantum sentenciam apostolum fuisse locutum, quid dyaconibus [illegible] precipiat quanto sacerdotibus
satis claret. Dicit enim: Dyacones similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucrum sectantes, habentes misterium
fidei in consciencia pura. Hii probentur primum et sic ministrent nullum crimen habentes. Ve illi qui veste non habet nupciali, et inquit
ad eum: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nupcialem? At ille obmutuit, et dicitur ministris: Tollite eum et ligatis manibus et pedibus mittite in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dencium.

Si quid [illegible] tota vita [illegible] talis [illegible] [illegible] monestat

prelati [illegible]

Unde [illegible]

Ve illi qui acceptu talentu in sudario ligatu celib luari fractibus ad tyn qd acceperat refinat. Illud indignantibus dni tusso ac clamore ferret. Serve nequa quare no dedisti pecunia mea ad mensa ut et ego veniens cu usuris coegissem i de posuisses ad altare qd fre no potas. Du eni tu ignavus negotiator de manu teneas altiq locu qui pecunia du plicare potat occupasti. Ex obvieni sic hij qui hu vit habent bonus gradu acquirit ita qui indigne ad altare du accedit dina corpis et sanguis rei erit &c. Cuf sup at bene agente pplo viniscuiq p suo merito remiat. sacerdos at p bonis omni recipiet interde sicut eni p bonis opis aurea et p acquisitae aliorum aureolam &c.

Ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen. Premissa specificatione prerogativarum ihu xpi qs vitate veritate attestacionis qr testis fidelis. Dho qs vitute invicte ptatis qr primogenitus mortuorum. Tra qs sublimitate regie dignitatis qr princeps regu terre. Qto qs munificen sue pietatis qr dilexit nos &c. Cont po ob pdicta dei filio optata attribuo gloria et laudes tu dr ipi gla s ut laudet a bonis p beneficiis collatis. Et impiu s ut timeat a malis. Vl ipi gla quia glorificat electos qs sua misericordia. Et impiu qr condepnat reprobos ppter eorum nequitia. Soli eni deo honor et gla. J ad thi po vl s glo gla in se hoc a catina. impiu qr omia pt. Et hc etualit ideo se. in secla seclorum. Et qr eternitas sit intimabilis vite tota sil et pfecta possessio ut ait boecius vo de consolacione phie. ppa ultra qualit alt fit in pla in secla seclorum. Item eme duplicat et no ait simplr in secla et ad istud ne os s augti in pgologon c 21 qs selm dr in singuli ob indivisibilem unitate. Secla in pli ob intimabilem immensitate un et de eo dr in ps anni tui no deficiat et alibi melior est dies una in atriis tuis sup milia. Et est sciend fm ipm in secla s eternitatis que dicit seclorum s tpis. Sicut eni selm tpus cotinet oia tpalia ita eternitas oia secla tempory q ille Sm hugone vo sup ecclastem in pn ht gradus quida et qr pgressiones in melius sicut cu dr talia talium selm seclorum. tantu eni selm seclorum a selo vi corelle quantu selm solid a momento et momentu a nichilo et sic pgressio in deti. sic cu dr vanitas vanitatu ut coponit ibi. Sm ipm go geminacio denot corelle ut flos florum. Finis subdit afirmacio de amen. pnt eni ait augi sup iohem ome x1 amen qr vaco dei est si phas est dica et intptat verum est eni nome hebreu et mansit no intptatu ut hono ret velamento secti. Sis dr a duo ut qs geminatione comendet. Et qr ibi papias. Et de sila modo loquendi hct p2a pet ultio. Ipi gla et impiu in secla seclorum amen. Et pt istud retorqueri vl ad oia pmissa vl ad immete dcm qr ait Ipi gla et impiu in secla seclorum. Amen. Et pt istud retorqueri vl ad oia pmissa. vl ad immete dcm qr ait ipi gla et impiu in secla seclorum amen. In hc eni sulne patuit gtuita bonitas filii dei de qua b maxime tenemur regrari eum dilexit nos et lavit &c. In hc eni sulne patuit gtuita bonitas filii dei. De qua b maxime tenemur regratiari cum dilexit nos et lavit &c. Et io qr deo regrari vl gras est actus multu comendabilis qr et eu laudare. dicere ipi gla et imperium &c. Et io qr deo regrari vl gras est actus multu comendabilis qr est honorum ppa opacio. ppter ppter augmetacio dinitatis ptestacio et necitatis nre demostracio. pmo go deo regrari est ppa opacio honorum qui ad nichil aliud vacat nisi ad deu laudandu et de collatis beneficiis ei regrandu. Et io bonu est illud artificiu adiste de quo nos in pectum oz vinci. Transitum ad curia regis adiscimur Et io bonu est illud artificiu adiste ut sciamq qualit nos domini condicio tunc tempestive. Ergo nos convenit in pnti grarum actiones adiste ut sciamq qualit nos in patria debeamus hre. ysa 41. Gaudiu et leticia invenit in ea graciaru accio et vox laudis. ppt qd aps ad romos xv nos amonet dicens unanimes uno ore honorificetis deum et prem dni nri ihu xpi. Qualis at laus ista de beat esse docet bts aug sup ps 146 dicens no solu vox tua sonet laudes dei s et opa tua concordet cu voce tua. Cu go voce cantaveris silebis aliqn vita sit canta ut nunq sileas. Negociu agis et fraudem cogitas silmisti a laude dei et qd gravius est no solu a laude silmisti s in blasphemia incidisti. Cu eni ob laudatur de bono ope tuo ope tuo laudas deum et cu blasphematur deus de malo ope tuo ope tuo blasphe mas deum et itaqz ad vicem exhortacionis cata voce corde ne sileas vita ne taceas. No cogites in negocio fraudem psallis. Cu manducas et bibis psalle no intimiscendo sonorum suavitos ad aures aptas s mode ste et frugalit et tpant manducando et bibendo qr hc dt aps sive manducatis sive bibitis sil aliud quid faciatis omia in gliam dei facite. Si go hu agis qd et manducas et bibis et ad refectionem corpis sumis reparacionem et membrorum gras agens ei qui pbuit tibi morali et fragili ista supplementorum solacia et cibus tuus et potus laudat deum. s no modu nature debitu immoderacione voracitatis excedas. Si vo vino lotus ingurgites corpus licet laudes dei ligua tua sonet vita tua blasphemat. Et cu tibi sopnus advenit et cu dormis no te excitet mala consciencia a quiete tua et inocencia sopni tui laudat deum. Si go laudas no tu lingua cautet s etiam assupto honorum psalterio qui bonus est psalmus. laudas cu agis negociu. laudas cu cibu et potu capis. laudas cu in lecto requiescis. laudas cu dormis. Qn go no laudas. pficietur go in nobis laudacio dei cu ad illa civitatem venimus qui effecti fuimus equales angelis dei qui ulla nos cor ruptibilitas ulla corpe solicitat. No fames no sitis intpo lat no estus fatigat no frigus astringit no febris deiat no mors finit. Ad illa pfectissima laude optatimus nos ista laudacione in opibus bonis. Et ideo cuctu go possimus cu dei adiutorio studeamus ut quod deum laudemus vocibus sic etiam bonis opibus collaudemus. Melius e eni tace qr deu laudare et petta comitte. Cum eni laudat deum vita sil et lingua vocibus pit et bonis opibus. Dupl ipse pnotat gram dei cum vo no prevalet deum laudare vocibus laudet bonis opibus assiduis oracionibus et scis cogitacionibus &c. Scdo devota graciarum accio est honorum a deo pceptorum augmetacio Dic eni deum maxime pnocamus ad dandum maiora si de receptis gras referamus. Un ad locu unde exeunt flumina s graciarum revertuntur ut iteru fluant. Eccles po Bn 4 s 42 sup 1o cant 2 &c. leva eius sub capite meo et dextra illius amplexabitur me qr no ait amplexatur s amplexabitur me ut noverimus pion gre accio no ingratitudine ut fiat graciarum accionem pvenit. Diste in referendo gratum no esse tardus aut segnis. Diste ad singula dona gras age. Sic v inquit qsidera que tibi apponuntur ut nq ulla dei dona debita graciarum accione frustrentur no grandia no mediocra no pusilla. Denique iubemur colligere fragmenta ne pereant i ut nulla beneficia oblivisci. Nunqd no perit qd datur ingrato

Ingratitudo inimica est anime, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ventus urens siccans sibi fontem pietatis,
rorem misericordie, fluenta gratie. Propter hoc demum sponsa mox ut gratiam de leva sensit gratias egit, non expectans
plenitudinem que in dextera est. Neque enim ubi meditata est levam iam esse sub capite suo, etiam secura est
a dextera sibi amplexandam, sed amplexabitur me inquit. Hec ille. Agricola nimirum illam terram diligentius colit et
seminat que uberius fructum reddit, et quanto ager est feracior tanto meliori semine seminatur. Sic moraliter homo
est sicut ager Dei, I Cor. 3: Dei agricultura estis. Ipse vero est sicut agricola, Joh. 15: Pater meus agricola est. Quanto ergo
persona maiorem fructum per gratiarum actionem rependit, tanto ei libentius Deus sua dona tribuit. Et ideo optimus modus
amplius impetrandi est gratias agere. Nam secundum Bernardum super Cantica: Optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum et
perpetua confessio gratiarum. Iungitur enim sibi subveniente [illegible] collatum beneficium ante oculos [illegible] assistit [illegible] Psalmo 25:
super [illegible] Quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Danti quoque [illegible] gratia ab accipiente rependitur [illegible] si gratum sentit
quod gratis accepit. Et per oppositum qui non agunt gratias de acceptis merentur privari et privari iam sentiunt, teste apostolo
Ro. 1: Cum cognovissent Deum non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus
suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Secundo gratiarum actio est quedam divine maiestatis protestatio. In hoc enim
quod Deo de hiis beneficiis regratiamur, ipsum Deum nostrum capitaneum protestamur. In cuius figura adeps cum
Deo soli offerri debuit, Levit. 3: Omnis adeps Domini est iure perpetuo. Unde et ipse volens de septem panibus
facere convivium, quod non fuit opus [illegible], sed divinum, gratias agens fregit et dedit discipulis ut apponerent turbe. Quarto [illegible]
Tertio gratiarum actio est nostre necessitatis demonstratio. Cum enim regratiamur, nostram indigentiam protestamur. Et sic [illegible]
moraliter [illegible] decime institute fuerunt et Deo specialiter dedicate. Est enim decem [illegible] finis et perfectio numerorum. Et ideo
dum nobis nonem retinemus et decimum Deo damus, nobis ipsis imperfectionem inesse fatemur et perfectionem attribuimus
soli Deo. Et hoc dum Deo de receptis gratias agimus protestamur quod nichil de nostro nunc possidemus. Materiam autem
regratiandi sumere debes de donis beneficiis que sunt potissime de opere creationis, redemptionis, conservationis, iusti-
ficationis, confirmationis et perfectionis. De opere creationis Bernardus dicit sic: Considera Deum in beneficio creationis quam [illegible]
te sic [illegible] tuo per [illegible] bonorum meorum non eges [illegible] tuo quod nichil ante promeruit qui penitus nil
fuit. Cogita quale te fecit: secundum corpus egregiam creaturam, secundum animam magis egregiam, utpote imaginem
creatoris insignem, rationis participem, beatitudinis sempiterne capacem. Considera tu homo propter quem creator enim homo
super cuncta animalia sumere destinat. Considera quoque largitatis administrationem, quanta tibi largitus est ad sustentationem
et quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ad correptionem, quanta ad delectationem. Item etiam gratias agere debes
de opere redemptionis. Illud dicitur in quodam alio sermone beati Bernardi ubi dicit: O bone Ihesu quid tibi tam morti
nos debemus, et tu solvisti nos precium et tu laus operis sine exemplo gratia sine merito caritas sine modo.
De beneficio conservationis quo nos peccatores conservat ad penitentiam gratiarum actionis magna materia sumi debet
quotiens meruit peccator ut ei penitentie tempus auferretur. Constat enim quod quotiens peccator mortaliter peccat totiens
indignus est vita quod statim sit ingratus auctori vite [illegible] aut considerare peccator quotiens in statu
damnationis [illegible] in periculo mortis fuit vel ab infirmitate [illegible] advenientem. Est enim magnum beneficium
si quis adductus suspendio et fune iam applicato ad collum vel si mutilandus membris exponitur mutilatori
si tunc talis ab aliquo liberetur, maximum beneficium esse sentitur. Quando tunc [illegible] peccator si tunc qui peccavit non
fuisset liberatus, misit ad infernum. Huius ergo liberationis beneficium semper in vendicat in amore [illegible] Cassiodorus
libro variarum dicit elephantem ingenio hominis capi posse. Cum enim se arbori incise appodiavit et arbore fracta
cadit, per se resurgere nequit. Sic homo non plus surgit [illegible] et arte iacuit belua suis gressibus restituta
mecum est beneficium. In magnum quippe beneficium recipit que sibi beneficium fecisse recognoscit, ad ipsius arbitrium
gressus movet, ipsius voluntate cibos capit, invicem manus et provisiones tendit et a nullo per futura
gratia tantum accipit quod se ipsius curam vincere posse intelligit. Si bestia certe non habens tantas gratias agit ei
qui semel lapsum ad gressum reducat, longe magis homo gratias referre tenetur illi qui pluries lapsum in infini-
tam voraginem pluries liberavit. De beneficio confirmationis tamen in esse nature quam in esse gratie [illegible] reddendo sunt.
Augustinus de sancta virginitate: Cui ea peccata sic tribuat sunt tamquam dimittantur, a quibus Deus custodit ne committantur.
Et a quo quisque ab initio pudicus permanet ab isto regitur, et quisque ab impudico factus est ab illo corrigitur,
et quisque in fine impudicus est ab isto deseritur. Occulto quidem iudicio sed non iniquo. Unde dicitur sapientie [illegible]
cum non [illegible] gratias agebant. Nam isti viri non solum de sibi dimissis gratias agebant sed et de hiis aliquo
sunt per suum adiutorium preservati. Ultima materia gratiarum actionis est consideratio perfectionis, in qua Deus electis preparavit
electis que in cor hominis ascendere nequeunt in presenti. Quis enim cogitare sufficit quanta sunt gaudia choris angelorum
interesse, cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere, presentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen Dei videre,
nullo metu affici, incorruptionis perpetue munere letari, gaudium in omne de vino [illegible] plena que et qualia preparavit
Deus diligentibus se fide non capitur, spe non attingitur, caritate non comprehenditur. Desideria enim et vota transgreditur.
Acquiri potest, estimari non potest. Secundum beatum Augustinum in enchiridion et [illegible] de trinitate Dei. Debet autem gratiarum actio
secundum conditiones habere [illegible] debeat sed debito, videlicet magnitudinem, assiduitatem, utilitatem et hilaritatem. Primo debet habere
magnitudinem. Secundo quod homo plus accepit a Deo quam aliqua alia creatura. Et ideo debet Deo magnificas gratias agere.
Natura lucis est talis quod ubi plures radii diriguntur ad aliquem solidum locum ibi maior est reflexio et maior

Bernardus: Venit celestis medicus non ministrari sed ministrare, curare infirmos non curari, salvare vilia et vilia[illegible], accipere [illegible] dare honorem, sustinere laborem, dare requiem, sumere dolorem, dare salutem, subire mortem, dare vitam. Diligo enim Deum [illegible] gratiarum largitorem, largissimum administratorem, pium consolatorem, [illegible] gubernatorem et insuper copiosum redemptorem, dilatorem et glorificatorem. Hec ille. [illegible]

splendorum multiplicatio vnde in ipsa terram maior est calor quam in medio interstitio aeris propter maiorem et densiorem ra-
diorum solarium multiplicationem Sic moraliter esse debet quo namque homo plures densiorum beneficiorum radios recepit eo per
gratiarum actionem plures radios in deum reflectere tenetur et sic in magnis periculis a deo liberati magnifice gratias
agamus ipsi Sexto debet habere assiduitatem 1 thess 2o Gratias agamus deo sine intermissione et hoc est contra quosdam qui ob horas
canonicas pro deo gratias tenentur in signum quod omnia opera nostra deberent in eius gratiarum actione finiri Septimo debet habere
vniversalitatem ut pro omnibus non solum pro placentibus et prosperis sed etiam pro adversis Ephes v Gratias agentes deo semper pro omnibus
Aristoteles 2o politicorum propter hunc finem dicit quod plato inter leges suas ordinauit quod cives se per vsum et studium consuetauerit ut fie-
rent ambidextri id est ut vtraque manu fierent ipsi vtiles ad bellandum Isto modo moraliter nos omnes debemus ut am-
bidextri fiamus ut videlicet non solum tempore prosperitatis sed etiam adversitatis contra fortunam pugnare et deo semper regratiari
sciamus Dicit Auicenna quod nullus vtrasque dextras habet non sicut vir qui vtrique vtitur Ita moraliter efficiatur
vtrique fortune equanimiter sustinere non potest sed tantum prosperitate scit vti Hoc patet in vita multi sciunt cum fortuna blan-
diuntur ad honorem dei et victoriam mundi Talis fuit apostolus qui dicebat 2 cor 2o deo gratias qui semper triumphat
nos in xpo ihesu Octavo debet habere hilaritatem sive iocunditatem ut non fiat cum tristicia aut necessitate Solinus dicit de
mirabilibus mundi quod in Allesia regione est fons semper quietus et infra ripas suos manens quietus ad cantum
vero vel ad citharam sive tybiam statim ad sonitum melodie intumescit et alueum suum excedit Fons omnis
bonitatis deus est hic ad letam gratiarum actionem statim exuberat et beneficiorum suorum aquis inundat et per
oppositum beneficia subtrahit ab illo qui debitas gratiarum actiones letificie non rependit In cuius figura dicitur 2o Regum 6
quod inter quocumque leuitas ut deducerent archam in vrbem in leticia et gratiarum actione et cantico sic gratias agebant
¶ Non quartum est imperium terrene intersectionis Aliud metalis duacionis Tertium ecclesiastice subiectionis Quartum superne gubernacionis
Primum quod turbat adversitatibus est imperium mundi vbi non est pax seu consolatio equalis Istud enim non durat quia
per mortem statim deponitur Ut legitur viii 2e pal xv Maathia matrem regis Asa ab augusto deposuit imperio et
istud est imperium quod oliua legitur refutasse quam sic alie arbores dixerunt ei Impera nobis sicut legitur Iudicum ix
quia sic oliua id est viri sancti non querunt nec ambiunt imperia huius mundi immo ipsa repudiant et contempnunt Secundum est
imperium quod dotatur morum preceptibus et istud est imperium mentis humane in quo sic ratio debet imperare et omnes alie
potentie obedire seruire et obtemperare Et istud est imperium anime vbi sic sapiens dominabitur astris et vbi homo imperat sibi ipsi
et vbi non imperat passionibus carnis et mentis Unde Seneca epistola 2e Imperare sibi maximum est imperium et regnare
sibi est quod etiam teste sacra scriptura qui dominatur animo suo melior est expugnatore vrbium Unde Augustinus libro 19 de ciuitate dei
Secundum quod deo animus recte imperat corpori in quo ipse animus vero deo subdita recte imperat libidini et ceteris viciis
Sed heu in mentibus multorum inuenitur hodie istud imperium multipliciter dissipatum quia sic in ipsis nec animus fuit deo nec
passiones et affectus fuerint animo quiniuno potius imperator animus fuit et conculcat Spiritualitas vero cum passionibus et af-
fectibus imperat atque regnat ut tunc talibus dicatur quod dictum est salomoni Ecclesiastici 47 Collegisti quasi auricalcum aurum
inclinasti femora tua mulieribus potestatem habuisti in corpore tuo dedisti maculam in gloria tua prophanasti semen tuum
inducere iracundiam ad liberos tuos et in ceteris stulticia tua ut faceres imperium bipertitum ex effrem imperare
imperium durum hic enim supponit scriptura quod propter auariciam et libidinem salomonis imperium regni israel fuit diuisum
ita quod ieroboam qui fuit de tribu effraim ibidem cum roboam regnauit In quo tunc figuraliter ostenditur quod cum
quis viciis subiacet et repletur necesse est quod mentis eius imperium diuidatur et quod ibidem concurrentes passiones
et mali impetus ducantur et quod semine bonorum affectuum prophanetur et quod sub duro motuum corona suum imperio
mens conculcet et grauetur ut dicatur tali illud thob 2o vix effugisti mortis imperium Ideo sic si imperet in
nobis deus animo animus corpori et corpus mundo ut sic animus suus petat et dicat deo 16 psalmo da imperium puero tuo
saluum fac filium ancille tue De quo Augustinus v de ciuitate dei c 26 hoc in vnoquoque iusticia est ut deus homini animus corpori
ratio aut viciis repugnantibus imperet vel subigendo vel resistendo ut ab ipso deo petatur et meritorum gratia et
peccatorum venia Patet ergo quod est imperium quod firmatur morum preceptibus Tercio dico quod est imperium quod proficit regnis et
gentibus et istud est imperium et intersectio ecclesiastica que de salute animarum procurationem habet tractare Istud est enim imperium
quod debet esse quantum ad presides strictissimum quantum ad mandata iustissimum quantum ad subditos dulcissimum quantum ad peruersos durissimum
Ista est enim veritas quod hoc prelatus vel spiritualis imperator debet esse strictissimus in iudicando ut sic sit in vinculo recta vite
et morum Unde dicit seneca in prouerbiis omnis equo animo paret vbi boni imperant Item iustissimus in iudicando
Nichil enim valet imperium sine iusticia quia aliud non est imperium sed latrocinium Unde ysa 31 Ego in deo dicent mee sunt
iuste et imperium Item dulcissimus in remittendo seu indulgendo melius enim boni imperant qui prelati benignitate
regnant Exemplum de roboam filio salomonis cum dixisset populus Minue paululum de imperio patris et serviemus tibi quod
quia facere noluit sed minas et dura verba reddidit ideo maiorem partem imperii perdidit sicut dicitur 3 Reg xii Unde contra tales
ducuntur imperantes et benignitate facere nescientes dicitur 18 Ezech 34 Cum austeritate et potencia imperabatis eis
et dispersa sunt oues mee Item debet esse loco et tempore durissimus sic contra peruersos et malos quia sic multum decet principem
vel prelatum imperiose loqui et agere et facere sic tunc Unde apostolus docet Tyt 2o Sic loquere et exhortare et argue
cum omni imperio Nemo te contempnat Istud ergo est imperium quod proficit regnis et gentibus Quarto dico quod est imperium
quod regitur eternis legibus et istud est imperium dei qui sic creaturis imperat vniuersis et dicitur imperio Unde in fine
quod qui fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri ipsi gloria et imperium in secula seculorum Amen

|| memoria primum adventus vel ad spem sublevandam, ad terrorem incutiendum ut per spem et timorem devote homines esse ... eos custodiat ... dissolvat et evanescat; spes ne eos adversa deiciat et obruat, timor vero adversus prosperitas ... ut faciat eos et prosperitas stultorum perdet eos. Et nota quod statim post descriptionem prerogativarum adventus ... adiungit primarum adventus ad iudicium ... sic apparuit quem se moriturum non ignorabat ...

Ecce venit cum nubibus et videbit eum omnis oculus et qui eum pupugerunt. Et tunc plangent se super eum omnes tribus terre. Etiam amen. Supra beatus Iohannes descripsit prerogativas variis ... in primo adventu scilicet in carnem vel in ... hic autem describit eius dignitatem et sublimitatem in secundo adventu scilicet ad iudicium ut qui per amorem primi adventus peccata non dimiserunt saltem per timorem secundi adventus relinquant, ait Hugo. Et tria sunt in ista littera: primo insinuatur adventus ... et appropinquatio in hoc quod ait Ecce venit. Iacobi ultimo: Ecce iudex ante ianuam assistit. Secundo declaratur advenientis manifestatio duplex, id est cum nubibus. Danielis vii: Ecce in nubibus celi quasi filius hominis veniens. Actuum i: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Tertio notatur advenientis evidens manifestatio, id est Et videbit eum omnis oculus vel omnis homo ait Hugo, tam malus quam bonus. Omnis enim caro videbit salutare Dei. Ysaie xl. Unde Beda: Hic qui venit occulte iudicandus veniet manifeste iudicaturus. Ideo ait psalmista: Deus manifeste veniet ... Boni videbunt ut letentur, mali ut confundantur, ait glossa, quia in iudicio apparebit in forma humana que visibilis est omnibus. Unde de bonis dicitur Ysaie xxxiii: Regem in decore suo videbunt. De malis vero subditur: Et qui eum pupugerunt, scilicet ... debuit tam iudei qui lingua crucifixerunt quam milites qui manu et Pilatus qui iudicando, non ut contempnant vel ... insultent, ait ... sed ut paveant, gemant, lugeant ac tristentur, ait Hugo. Zacharie xii: Familie ac familie seorsum. Aspicient ad me quem confixerunt. Iohannis xix: Videbunt in quem transfixerunt et hoc in glossa ... Et tunc videntes plangent omnes tribus terre, id est omnes pro desideria terrena militantes ... lugentes ait Hugo. Zacharie xii: Familie ac familie seorsum etc. ... Et tunc plangent omnes tribus terre super nobilissimam vitam illorum estimabant insaniam. Et hec super eum ... eos qui sunt ... super eum, vel quia non ... dolebunt ipso tormento ... quam repellentur a ... sed glossa. Vel quia magis dolebunt miseri quam ... in acerbissimum mederunt tormentum ait Hugo. Vel secundum ... plangent se quia precepta Dei contempserunt, tunc ... gaudium ... gehennam acquisierunt. Ysaie xviii. Et flebunt et plangent reges terre qui fornicati sunt cum ea. Ysaie lxvii: Servi mei comedent et vos esurietis et pre dolore cordis et contritione spiritus ululabitis. Luce vi: Ve vobis divitibus qui nunc ridetis quia flebitis. Iacobi ultimo: Ululate in miseriis que venient vobis. Sequitur in littera: Etiam amen, quod est verum est, verum est. Vel etiam super adverbio affirmatio, unum in latino alterum in hebraico ad maiorem confirmationem et ut credatur quod iudeis et quod gentibus ... promissa esse vera. Nota Augustinus xxx libro de civitate Dei ... iudicans que fecit Deus a principio et que facit in medio tam in bonis quam in malis, concludit iudicium futurum esse validum et certum. Iudicat enim neque Deus ab initio, qui angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus demissos ... tradidit eos ignibus tartareis cruciandos. Iudicat etiam Deus, qui primos parentes illius magni peccati perpetratores a ligno vite separavit et a paradisi gaudiis expulit, in hac vita miseriis, erroribus et crucibus plenissimam. Iudicat etiam Deus ... demonum atque hominum ut sint miseri demonibus ... iudicat de propriis operibus singulorum quecumque faciunt demones vel homines arbitrio libertatis et propria voluntatis. Nam demones petunt ne torqueantur et si eis paretur utique iuste ... iuste pro sua torquentur improbitate. Tunc et homines sepe manifeste sepe vero occulte luunt penas divinitus pro suis sceleribus sive in hac vita sive post mortem. Et Ambrosius tractans illud psalmi cxviii: Memor fui iudiciorum tuorum que a seculo sunt, dicit: Quando peccatum memoria repetit et recolligit seriem vetustatis, cognoscit quod neque peccator penam sue improbitatis evadet neque iustus equitatis sue premiis defraudetur. Et subdit: Revolvit Adam, quod ab initio Adam propter mandata celestis prevaricationem de paradiso est eiectus, inviolatum et previum sui sceleris, Abel ... sine sue ... morte occubuit. Et quod Enoch propter devotionem raptus ad celum ... malicie vivus evasit. Noe propter iustitiam diluvii victor ... superstes humani et de multis aliis ibidem prosequitur Ambrosius. Et subdit Augustinus ibidem in fine capituli ... omnibus iudiciis non magni pendere bona sive mala que videmus bonis malisque communia, et illa bona querere que bonorum atque illa mala maxime fugere que propria sunt malorum. Cum vero ad illud iudicium ultimum venerimus, non solum quecumque ab initio iudicata sunt, verum etiam quecumque usque ad illud tempus adhuc iudicanda erunt, apparebunt esse iustissima. Ibi quoque manifestabitur quam iusto iudicio Dei fiat ut nunc tam multa ac pene omnia iusta iudicia Dei lateant sensus mentesque mortalium. Ibi apparebit quod electi iuste patiebantur defectus et quod reprobi iuste floruerunt in hoc mundo. Ibi apparebit quod electi hic a reprobis multas persecutiones et opprobria iuste sustinuerunt. Ibi quoque fiet finis omnium quecumque sancti passi sunt quia usque ad hoc tempus electi Dei donum acceperunt ... ut ultionem postularent de inimicis ... impleatur numerus fratrum. Tunc namque manus Dei accipiet tempus ad iudicandum omnes iniustos homines. Tunc acuet ut fulgur gladium suum ad concidendas omnes malicias; tunc tendet arcum suum et sagittis potentibus et acutis vitam impiorum violabit. Et Bernardus in epistola ad Robertum nepotem suum: Veniet et cito veniet qui male iudicata reiudicabit, illicite inita consultabit, qui faciet iudicium iniuriam patientibus, qui iudicabit in iustitia pauperes et arguet in equitate pro mansuetis terre. Veniet pro certo tempus per prophetam minatur in persona Dei: Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Quid faciet de iniustis iudiciis qui ipsas quoque iustitias iudicabit? Veniet inquam, veniet dies iudicii ubi plus valebunt pura corda quam astuta verba et conscientia bona quam marsupia plena, quippe cum iudex ille nec falletur verbis nec flectetur donis ... propter quod et hic ... in littera dicitur Ecce venit, scilicet ad iudicium ut reddet unicuique secundum opera sua. Adventus namque Domini ad iudicium ... septimum. Nam cum salvator ... civitates in quibus fecerat multas virtutes quod ei credere noluerunt subiunxit: Verumtamen dico vobis: Tyro et Sydoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et alibi: Viri ninivite surgent in iudicio cum generatione ista et condempnabunt eam, quia penitentiam egerunt in predicatione Ione et ecce plus quam Iona hic. Regina austri condempnabit quia venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis etc. Iohannis v: ... neque pater iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum. Et statim subiunxit: Amen dico vobis quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me habet vitam eternam et in iudicium non venit sed condempnationem ut exponit Augustinus, sed transiit de morte ad vitam. Et multe alie auctoritates in corpore biblie reperiuntur de adventu filii Dei ad iudicium. Tunc vero ait venturus est ut recipiat

[left margin:] ... ...
[left margin:] exprobrat civitatibus
[left margin:] A surgent in iudicio cum viris generationis istius
[right margin:] ... ...

unusquisque prout gessit in corpore sive bonum sive malum quia ut dicit Ambrosius primo libro de officiis nichil est quo magis hoc eciam
aliis prestancior est nisi quia sine iudice auctorem putat investigandum in cuius potestate vite nostre quod nunc potestas est qui
iudici hunc sub regit intimis tenere esse reddendam racionem actuum nichil est enim quod magis proficiat ad vitam honestam
quam ut credamus eum iudicem futurum quem et occulta non fallant et indecora offendunt et honesta delectant Et preterea
quo adiecto patet ad iudicium est promissio dei et fidei subest necesse est promissorem illam impleri infallibiliter ergo
vel ad iudicium veniet / unde dicitur in libro Ecce venit sed ad iudicium postremum sive generale sicut ad iudicium secundum petrum de thar
in scripto quarti ordinatur ad discussionem iudicorum et retribucionem premiorum Et ut dicit doctor sanctus libro quarto contra gentiles capitulo penultimo
retribucio premiorum pro hiis que homo gessit in vita presenti est duplex Una secundum animam quam statim recipit ad eam anima fuerit a corpore
separata Alia retribucio est in resurreccione corporum secundum quod quidam resument impassibilia corpora et gloriosa quidam vero
passibilia et ignobilia Et prima quidem retribucio singillatim fit singulis secundum quod singuli diversim moriuntur Alia vero
fiet omnibus simul secundum quod omnes simul resurgent / Omnis autem retribucio qua diversa redduntur diversis secundum diversitatem meritorum
requirit iudicium Ideo necesse est duplex esse iudicium unum quo divisim singulis quantum ad animam redditur pena vel premium
Aliud quod sit generale In quo quantum ad utrumque reddetur omnibus simul prout meruerunt viventes in carne dicit enim
hec secundum eundem doctorem et Richardum in scripto quarti / et est singularis quedam persona / est nichilominus pars totius humani
generis Unde est persona singularis fit de ipso iudicium singulare statim post mortem in quo recipit solum in anima de lege communi
prout meruit vivens in corpore sed adhuc non premiatur totaliter quia secundum corpus non prout ad est pars totius humani generis
adducetur ad universale iudicium quod erit de toto humano genere Et primum quidem iudicium secundum beatum Thomam contra gentiles opus gubernacionis
dei quod sive iudicio non potest esse per quod unusquisque singulariter personis operibus iudicatur non solum secundum quod se competit
sed secundum quod competit gubernacioni universi tunc unius premiatio differtur pro utilitate aliorum unde ad hebreos xi.
et pene unius ad profectum alterius cedunt Quapropter necesse est aliud fieri iudicium universale correspondens alteri divine operacioni
scilicet prime rerum produccioni in esse ut videlicet sicut tunc omnia immediate a deo processerunt / ita tunc ultima completio universi dabitur
scilicet prime rerum ... unoquoque accipiente finaliter quod ei debetur secundum seipsum unde et in illo iudicio apparebit divine iusticie equitas et
rectitudo quantum ad omnia que nunc ideo latent occultantur quia interdum de uno disponitur ad utilitatem aliorum / aliter quam manifesta
opera exigere videantur tunc eciam erit universalis separacio bonorum a malis quia iam non fiet ulterius locus ut mali per bonos
aut boni per malos proficiant / propter quem profectum interim commixti inveniuntur boni malis quamdiu status huius vite
per divinam providenciam gubernatur Unde fit ut dicit Richardus quod universale iudicium divina providencia voluit esse certum futurum
ut scilicet clare ostenderetur omnibus divine iusticie profectus in suis operibus in quo eciam electi sua premia et reprobi sua supplicia
recipient complementum Augebitur enim tunc in reprobis suppliciorum adiuncta pena ipsius corporum et impletur in penis
imo reproborum enim ardens ardenti coniungetur / Ardor utriusque quadam magis vigorabitur Electorum etiam
crescet gaudium quod coniunctione corporum et completo numero beatorum Et quod promissio patet hic erit illud postremum iudicium generale
interpretatur quia ibi erit universalis omnium premiatio quia erit universalis omnibus retribucio quia universalis et generalis bonorum a malis separacio
[…] […] sit iudicium speciale de cuiuslibet hominis anima singillatim futurum vel futurorum ... aliud postremum seu generale
reddetur a Christo de omnibus simul cum veniet cum corporibus inevitabiliter affuturum patet quod dicitur Et primo Iohannis v Sicut pater
habet vitam in semetipso sic dedit filio vitam habere in semetipso et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est
Et quod de generali iudicio sit ille sermo patet per id quod ibi sequitur nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in
monumentis sunt audient vocem filii dei et procedent qui bona fecerunt in resurreccionem vite qui vero mala egerunt
in resurreccionem iudicii Et potest esse persuasiva racio quia sicut reges et principes solent assisias suas certis temporibus statuere [in quibus]
ubi causas et negotia generalia solent diffinire Sic rex regum et dominus dominancium unam magnam assisiam seu
unum magnum parlamentum et consistorium ordinavit in quo in fine temporum omnes homines iudicabuntur et in quo salutis
vel dampnacionis negocia noviter iusticie decidentur Unde dicit apostolus Act. 17. Statuit dominus diem in quo iudicaturus
sit orbem in equitate Cor. ... primum hoc quod quilibet homini duplex sit futurum iudicium non est putandum deum iudicare bis
in idipsum Ideo quia deus tanquam iudex equissimus sic iudicaturus homines duplici iudicio speciali et generali non duas infert
penas pro uno peccato sed eadem pena que ante generale iudicium non fuerat inflicta complete tunc secundum quod in iudicio
recipiet complementum iudicium enim quo modo iudicat singillatim unumquemque moriturorum vel mortuum non est omnibus
usque quaque manifestum nec reddunt totum premium nec totum supplicium quia de lege communi premiatur aut punitur anima sine
corporibus Illud vero generale iudicium erit omnibus manifestum et reddet unicuique suum premium sive supplicium complementum
cum sic totum compositum ex anima et corpore adducetur in iudicium Et ita patet quod pena animabus ante inflicta iterato non
infligetur sed quod deerat tunc superaddetur Unde dicit Naum primo Non iudicabit deus bis in idipsum nec ut heu alia tribulacio
sic non consurget duplex tribulacio Ex quibus sequitur secundo quod post generale iudicium inevitabiliter affuturum premium beatorum
aliquo augebitur et pena dampnatorum patet ex dictis / Sequitur tertio quod ad generale iudicium certe affuturum quotquot homines
obtinuerunt mortui resurgent omni sua carne ... immortalitate patet ex premissis Ratio quia aliter unum fiet quod in isto iudicio
reportabit unusquisque prout vivens in corpore gessit premium sive iniustum (?) et laborem / propterea quod dicit Iob 19 Scio quod redemptor
meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum et rursum circumdabor pelle mea et in carne mea videbo deum
salvatorem meum quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius / Que verba beatus Ieronimus in commentis agens
ut ait Eusebius sic exposuit / Si nunc morior inquiens dilectissimi filii mei tamen scio quod redemptor meus vivit et in novissimo
die de terra surrecturus sum et rursum circumdabor hac pelle mea et in ista propria carne mea videbo ipsum salvatorem
meum quem visurus sum ego ipse qui nunc loquor quem hic cernitis morientem et non alius hoc loco mei / et isti proprii
oculi mei quibus vos video conspecturi sunt / Et racio quia necesse est esse secundum exigenciam perfeccionis nature et naturalis speciei volens corrigi
quod unusquisque totus ... in propria natura ... necesse est quod idem corpus numero resurgat aliquin non esset resurreccio vera ...

[marginal note, left:] per […] in sermone […]

Ecce venit cum nubibus. Licet sacra scriptura in multis passibus suis ut visum est in precedentibus cognitive et utiliter finem presentis seculi
et adventum salvatoris ad finale iudicium pronunciet, non tamen opertum neque certum fuit tempus determinatum circiter quo
quo predicta complerentur, quamquam ex coniecturis quibusdam vehementes suspiciones etiam apud sanctissimos et doctissimos viros
et in preteritis multis retractis temporibus fuit et adhuc sit quod cito et in brevi predicta complerentur. Unde dominus querentibus discipulis
Math. 24 quod erit signum adventus et consummationis seculi, videtur eorum voto quibusdam interpositis: De die autem illa et hora nemo
scit neque angeli celorum nisi pater solus. Addit autem Marcus neque filius, ad comprehendendam maiorem clausuram secreti. Sed cum
dicit: De die illa et hora nemo scit, non excluduntur maiores partes et diversa temporis ut menses et anni et ebdomade
et decades aut centenaria annorum, ac si diceret quisquam: licet sciri non possit dies et hora, tamen mensis vel annus vel ulterius
sciri potest. Sed hoc non, quia hic ponitur minime partes temporis pro quocumque determinato tempore, ut sit sensus: De die et hora illa,
id est de quocumque tempore determinato, nemo scit. Unde Augustinus: Ego autem dico neque mensem neque annum adventus eius posse
sciri, neque in qua ebdomada annorum vel qua decade, tamen dici possit atque diffiniri, inter illos septem annos
aut decem aut centum vel quolibet maiori vel minori numero. Similiter in die ascensionis domini interrogantibus discipulis dixit:
Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. Act. 1. In quibus verbis ut ait Augustinus xviii°
de civitate dei omnium de hac re calculantium digitos resolvit et quiescere iubet. Quod enim apostolis querentibus
noluit indicare, nec aliis revelabit. Unde omnes isti qui tempus predictum invenire voluerunt hactenus fallaces
sunt inventi. Quidam enim ut dicit Augustinus ibidem dixerunt ab ascensione domini usque ad ultimum eius adventum quadrin-
gentos annos posse compleri, alii quingentos, alii mille, quorum falsitas patet et plurium eorum patebit qui adhuc
computare non cessant. Dictum est eis cum eorum Augustinus in libro 83 questionum quod etas ultima humani generis que incipit ab
adventu domini et usque in finem seculi perdurat quibus generationibus computetur incertum est, sicut etiam senectus que est
ultima etas hominis non habet determinatum tempus secundum mensuram aliarum etatum, cum quandoque sola tantum teneat tempus quantum
relique omnes etates. Ratio autem huius incertitudinis a doctore sancto in 4to sententiarum assignatur in hunc modum, quia determinata
mensura futuri temporis sciri non potest nisi altero duorum modorum, scilicet vel per revelationem vel per rationem naturalem. Et quidem per
rationem naturalem sciri non potest mensura determinata durationis mundi, quia finis mundi et resurrectio mortuorum erunt simul et cessatio
motus celi. Quod autem ex motu celi accipitur mensura omnium que determinato tempore mensurantur et que per rationem naturalem futura
previdentur. Manifestum est quod etiam duratio mundi accepta est secundum motum celi et finis eius consideratur; ex motu autem
celi non potest cognosci finis eius, quia cum sit circularis, habet secundum suam naturam quod possit durare in perpetuum. Unde naturali
ratione tempus quod erit usque ad iudicium investigari non potest. Similiter nec per revelationem, quia omnis revelatio ordinatur ad aliquam
utilitatem. Revelatio autem huius finis non multum esset utilis neque necessaria, quia certitudo redderet homines tepidos et
magis remotos, quos incertitudo debet sollicitos reddere et paratos ad occurrendum Christo. Secundum quod ipse dominus ait Math. 24:
Vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Et Luce xii°: Et vos estote parati quia qua hora non pu-
tatis filius hominis veniet. Ex quibus verbis Christi plures false opiniones excluduntur et aliqua ficta que per se adducuntur
huiusmodi calculantes. Posuerunt enim quidam tantundem post incarnationem Christi debere durare mundum quantum ante ipsius incarnationem
duraverit, fundantes se super verbo Abacuk 3°: Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud. Similiter illud dictum in
persona Christi Ezechie verbum quod legitur Ysa. 38: Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.
Sed hec sententia manifeste repugnat intencioni Christi, quia cum apostolis et doctoribus et omnibus etiam notum non est tempus quo
mundus duravit ante Christi incarnationem, si post tantundem debet durare, utique nota esset predicta duratio eius, quod est
contra predicta. Nec ergo dictum prophete intelligendum est de medio annorum mundi, sed de medio annorum vite humane que communiter
durat usque ad septuaginta annos. Unde medium annorum huius vite est tempus circiter xxxv annos, in quali etiam
etate Christus mori voluit, et non in senectute nec in principio annorum sub manu Herodis, sed in medio annorum, scilicet in
virili etate, utpote qui morte sua debellaturus erat viriliter aereas potestates. Et conformiter intelligendum est hoc dictum:
Ego dixi in dimidio dierum meorum etc., quia Christus in etate virili moriens statim descendit ad portas inferi
et confregit atque liberavit vinctos sanctos patres qui erant in lacu in quo non erat aqua. Si vero cui hec sententia
non placet, si vellet pervertere dictum prophete ad medium annorum mundi resolvere, tunc ne contra predictam sententiam
videatur insistere, dicendum erit quod ibi medium annorum non accipitur per equalitatem precedentis et subsequentis temporis,
sed per interpositionem, quia licet humana destructio per peccatum sit in principio temporis perpetrata, tamen eius reparatio non debuit
statim post fieri nec etiam usque in finem temporis retardari, sed in medio illorum temporum erat fienda. Sic et
in manu non solum magnus digitus qui distat equaliter ab omnibus dicitur medius, sed quilibet inclusus est medius per
interpositionem. Secundum quem modum etiam beatus Gregorius dicit Christum media nocte surrexisse, cum tamen resurrexit in aurora,
sequens modum loquendi prophete in persona loquentis in persona Christi resurgentis: Media nocte surgebam etc.
Et quamvis predicta per certitudinem ut dictum est sint ignorata, tamen ex coniecturis quibusdam verisimilibus oritur
suspicio vehemens in cordibus deum timentium et considerantium qualitatem temporis presentis, quod dies iudicii cito et in brevi
sit ventura. Sic enim sensi quendam legere: nemo mortalium quantumcumque diu vivens et faciens id quod est in eo scit se
per certitudinem odio dignum vel amore coram deo, et tamen timet vel sperat ex quibusdam signis inde coniecturis. Sic
licet finem mundi quoad tempus vel diem determinatum nemo sciat per certitudinem, quantum tamen ex coniecturis et
ex signis datis a domino et ex sanctis scripturis elicitis et adductis visis timendum est ne sint in ianuis. Sicut
et ipse dominus dixit apostolis per similitudinem: Videte ficulneam et omnes arbores cum iam producunt ex se fructum, scitis quia
prope est estas. Ita et vos cum videritis hec fieri, scitote quoniam prope est regnum dei. Luc. 21. Et ut Matheus scribit 24:
Scitote quia prope est in ianuis. Unde ut intentum prosequar et ne videar aliquid ex me dicere, cum non sim propheta
nec filius prophete, toto posse laborabo infallibilem veritatem sacrarum scripturarum insistere. Et ut habetur ex multis perstringam aliqua

Preterea quomodo sine caritate nichil deo est acceptum, et ita neque ad vitam eternam proficiunt. Absque dubio ergo quicumque in peccato
mortali decedunt, nec fides nec opera misericordie eos a pena liberabunt pro quantumcumque spacio. Nec contra hoc est illud quod dicit glosa
Ambrosii super 1 Thimothei: Pietas ad omnia valet, ubi dicit: Summa disciplina christiane in misericordia et pietate est, quam aliquis sequens,
etsi lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit, non autem peribit. Unde beatus Thomas dicit quod ibi beatus Ambrosius loquitur de lubrico
veniali peccato, a quo aliquis post penas purgatorias, quas dicit vapulaciones, per opera misericordie absolvitur. Vel aliter beatus Ambrosius de
lubrico mortali peccato, tunc dicit quod homo in hac vita exercens per opera misericordie ad penitentiam disponitur, et ita non peribit. Salvator suos fra
gilitate in terra madidit, sed si per penitentiam non resurgit, tunc quantum glorificat se et in deliciis fuit tantum dabitur ei de luctu
et tormento. Dicit qui maiora bona egerunt maiorem beatitudinem participabunt, cuius beatitudinis nos participes faciat Ihesus Christus.
Gregorius 32 Moralium exponens illud Job: Nol [illegible] [illegible] me in furore tuo, dicit: Ipse in extremo iudicio in semetipso incommutabilis ma
nens nulla vicissitudine ac mutabilitate variatur, sed tamen electis ac reprobis nequaquam sub specie consimili incommutabiliter ostendetur,
quia et tranquillus iustis et iratus apparebit iniustis. Celeste enim constanciam intra semetipsos deferent, unde eorum mentes eque vim
respiciet, sed non equaliter modificabitur, quia et istis, id est electis, enim benignum ostendet ante acta iustitia, et illis, scilicet reprobis, turbidum
culpa. Quorum pavorem quis explicet, cum coniuget miseros et intra se culpas cernere et ante se iratum iudicem videre. Hoc
intus quotidie in nostre vite patris agitur, ut de qualitate venturi iudicis mortalium corda doceantur. Nam cum duo ad iu
dicium pergunt, alius innocentie consciens, alius culpe ante [illegible] suam, adhuc tacente iudice utrique conspiciat, et tamen tempore
debitor [illegible] [illegible] sic iram hoc ipsum iudicis plenarium suspicatur. Quam iram sibi non denuntiat perturbacio iudicis,
sed recordacio pravitatis, quia etsi adhuc vocem foris sua non clamat, intus iam [illegible] consciencia accusat. At contra iustus aliquis
decurrens vultum conspicit, sed intus de testimonio bone recordacionis hilarescit, et quo apud se quod metuat non habet, omne quod erga
semetipsum est blandum videt. Hoc itaque loco, furor domini dicit, non perturbacio divine mentis, sed super peccantes male [illegible] questios
apparuit iuste vindicte. Quamvis enim eum tranquillum iusti videant, quia tamen servientes se ab illo non dubitant, eum in suis
moribus perturbatum putant, hec ille. Et Ambrosius super 1 Petri dicit: Memor sum iudiciorum tuorum a seculo domine et consolatus sum, quoniam
tamen verum est hominis ut se divinorum iudiciorum sentire consoletur. Turbida enim sunt etiam humana iudicia, quanto magis divina. Unde
ad Hebreos 10 dicit: Horrendum est incidere in manus dei viventis. Et nunc quos vides multos seculo intendentes festinare ad iudicium
et moras odisse, reos autem refugere, pavere et differre et mestificari dum fuerit constitutum et conclusum quia datur quod celeste
iudicium letus expectat et vocat eum beatum et eternum assignat, quod dat enim sibi regnum celorum, angelorum consorcium, coronam que
repositiva bonorum meritorum, consorcium de reprobis. Et quod hiis omnibus procedens videtur quoniam sunt quod [illegible] ad iudicium generale veniet
tenebrosus quia dicit: In [illegible] videbit eum omnis oculus, visio potest esse duplex: una corporalis que fit per visum corporalem et per species receptas
sensui exteriori se offerentes et vero visui reputatas. Et isto secundum sensum corporali duplex aliquid sentitur: uno modo per se, alio modo per accidens.
Per se quidem sentitur id quod per se passionem potest inferre sensui corporali. Per se autem passionem potest aliquid inferre aut sensui uni, aut sensibus
aut sensibus communiter [illegible] [illegible], hoc autem hic sensus infert passionem sensui, dicit sensibile proprium, sicut color respectu visus et sonus respectu auditus. [illegible]
[illegible] at sensibus communiter sensibilia [illegible] organo corporali non potest in eo aliquid recipi nisi corporaliter, cum omne quod recipitur in aliquo, sit
in eo per modum recipientis, et ideo omnia sensibilia inferunt passionem sensui communiter, sensibilia secundum quod habent magnitudinem, et ideo magnitudo et omnia
quantitatem consequentia ut motus, quies, numerus et figura dicuntur sensibilia communia per se. Per accidens autem sentitur illud quod non infert passionem sensui
neque communiter sensibilibus neque communiter hic sensibilibus, sed coniungitur hiis que per se sensui inferunt passionem, sicut Sortes et filius et alia [illegible] [illegible]

que possunt cogitari in vel intellectu in potentia aut virtute cogitativa in homine existentia aut in aliquo alio. Huiusmodi autem tunc species
potior dicitur sentire quam patrius. quando eo quod ipse sentitur vis apprehensiva cum est illud cognitum ipse cognoscibile
statim sine dubitatione et discursu apprehendit sicut videmus ad vivum quod hic qui loquitur, qui autem aliter se habet, non dicitur species
videre etiam patrius. Secunda alia est visio per intellectum seu intellectualis que attribuitur potentie intellective. Et hec potest esse duplex.
Quedam non perfecta, que alio vocatur enigmatica, de qua 1 Cor. 13: Videmus nunc per speculum in enigmate. Alia perfecta
que dicitur visio faciei seu facie ad faciem, de qua dicit apostolus ibidem: Tunc autem, scilicet tempore suo, videbimus facie ad faciem. Et hec
fiet tunc quando nuda essentia sine aliquo fantasmate vel aliqua similitudine immediate intellectui se representabit. Conclusio prima: Animi
electi post resurrectionem erunt perfecte glorificati, non tamen oculo seu aliquo sensu corporali poterunt divinam essentiam contemplari.

Probatur, quia omnis potentia partis sensitive est actus organi corporalis. Actus autem proportionantur rei cuius est actus. Unde nulla sensitiva potentia
potest se extendere ultra corporalia. Deus autem est incorporeus, unde nec sensu nec imaginatione potest videri sed solo intellectu lumine glorie
insignito. Et libro 3 contra gentiles c. 29: Veritas apostoli: Deum videmus nunc per speculum et in enigmate, tunc autem facie ad faciem
dicit quod hic corporali modo nephas est intelligere ut in ipsa deitate corporalem faciem ymaginemur, cum deus sit incorporeus. Neque
ita sit possibile ut nostra corporali facie deum videamus, cum visus corporalis qui residet in facie nostra non nisi rerum corporalium possit
esse. Erit igitur facie ad faciem deum videbimus quia immediate eum videbimus, sicut hominem quem presens est facie ad faciem videmus. Sic ergo
patet quod deus nullo modo potest videri visu corporali vel aliquo alio sensu sentiri tamquam per se visibile nec hic in via nec in patria,
quia ut dicit beatus Thomas in scripto 4 sentenciarum d. 49 q. 2 a. 2: Si a sensu removeatur id quod est sensui magis [illegible], non erit sensus
et similiter si a visu removeatur id quod est visui magis visum, non erit visus. Cum igitur sensus visus magis [illegible] sensibus percipiat
magnitudinem et visus magis est talis sensus percipiat colorem, impossibile est quod visus percipiat aliquid quod non est color neque
magnitudo nisi sensibus dicitur per accidens. Cum igitur visus et sensus sint futuri idem specie in corpore glorioso non poterit esse quod divinam
essentiam videat sicut visibile per se. Videbit tamen eam sicut visibile per accidens. Eo quod ex una parte visus corporalis tantam
gloriam dei inspiciet in corporibus et precipue glorificatis et maxime in corpore Christi. Et ex alia parte intellectus tam clare vi-
debit deum quod in rebus corporaliter visis deus percipietur sicut in locutione percipitur vita. Ita quod tunc intellectus noster non
videbit deum ex creaturis sed videbit eum in creaturis corporaliter visis. Et hunc modum quo deus corporaliter possit videri
ponit Augustinus in fine de civitate dei libro ultimo capitulo ultimo dicens: Valde credibile est sic nos visuros mundana tunc
corpora celi novi et terre nove ut deum ubique presentem et universa possidentem et ipsa corporalia gubernantem clarissima
perspicuitate videamus, non sicut nunc invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, [illegible] ut aspicimus,
non creditur nunc sed videmus. Ex intellectu sunt auctoritates scripture vel doctorum que dicunt sanctos in patria videre deum corporeis oculis,
quod hic est vel fiet de patriarchis, ut ex dictis. Commentarium illud Job ultimo: Nunc autem oculus meus videt te, dicitur intellectualis de oculo
spirituali de quo dicit apostolus ad Ephesios 1: illuminatos habere oculos cordis vestri. Ad secundum illud Job 19: In carne mea videbo
deum salvatorem meum, non intelligitur quod per oculos carnis deum sint visuri, sed quod existentes in carne deum videbimus oculo mentis.
Ad tertium patet quod in scriptura dicitur quod aliqui sancti viderunt deum ut Ysaias, Jacob vel quibus aliquis, non est intelligendum quod viderunt essentiam
dei que est omnibus viatoribus occulta, sed quod viderunt aliquas formas vel corporales vel ymaginarias per quas manuducebantur
in dei cognitionem. Et hoc fiebat ministerio angelorum quorum illuminatione confortabatur intellectus prophete ad perveniendum in aliqualem
divinorum cognitionem ex apparentibus formis. Et quia angelus non intendebat ducere ad sui cognitionem, sed in cognitionem dei,
ideo in [illegible] visione non dicebatur angelus apparere sed deus, ex cuius persona apparebat angelus et ex cuius virtute efficaciam
habebat ad illuminandum mentem prophete. Et hec vocatur theophania id est dei apparitio in scriptura. Quandoque tamen et angelus dicebatur
ille qui apparebat propter ministerium quod exhibebat. Unde beatus Stephanus dicit angelum qui moysi apparuisse describitur modo
angelum modo deum nominat: angelum quia potius loquendo deserviebat, deum quia intus presidens loquenti efficaciam tribuit. Hec
sanctus Thomas [illegible]. Sic visio Jacob fuit ymaginaria et corporalis Genesis 32, cum dicit deum vidisse facie ad faciem,
quia figura in qua apparuit ei deus est ab eo visa facie ad faciem etc. Conclusio 2a: Licet beati sensu corporali non possunt
divinam essentiam intueri, tamen intellectu lumine glorie insigniti poterunt eandem limpide contemplari. Prima pars probata est. Secunda probatur
[illegible] primo Johannis 3: Cum apparuerit similes ei erimus, et videbimus eum sicuti est. Item glosa super illud 1 Cor. 15:
Cum tradiderit regnum deo et patri, dicit: Ubi scilicet in patria essentia patris et filii et spiritus sancti videbitur, quod solis mundis
cordibus dabitur, que est summa beatitudo. Et probatur ratione beati Thome libro 3 contra gentiles c. 51: Cum impossibile sit desiderium naturale esse
inane, quod quidem esset si non esset possibile pervenire ad divinam substantiam intelligendam quod naturaliter omnes mentes desiderant, necesse est dicere
quod possibile sit substantiam dei videri per intellectum et a substantiis intellectualibus separatis et ab animabus nostris. Modus autem huius visionis est
quod divina substantia non potest videri per intellectum in aliqua specie creata, unde oportet si divina essentia videatur quod per ipsam met essentiam
divinam intellectus ipsam videat, ut sit in tali visione divina essentia idem quo videtur et quod videtur. Hoc declaratur in
prima parte summe q. 12 ar. 2: Ad visionem tam sensibilem quam intellectualem duo requiruntur, scilicet virtus visiva et unio rei vise
cum visu. Non enim fit visio in actu nisi per hoc quod res visa quodammodo est in vidente. Et in rebus quidem corporalibus
apparet quod res visa non potest esse in vidente per suam essentiam sed solum per suam similitudinem, sicut similitudo lapidis est in oculo
per quam fit visio in actu, non autem ipsa substantia lapidis. Si autem esset una et eadem res que esset principium visive virtutis et que
esset res visa, oporteret videntem habere ab illa re et virtutem visivam et formam per quam videret. Manifestum est autem quod deus
est auctor intellective virtutis et ab intellectu videri potest. Et cum ipsa virtus intellectiva creature non sit dei essentia,
relinquitur quod sit aliqua participata similitudo ipsius qui est primus intellectus. Unde et virtus intellectualis creature lumen quoddam
intellectuale dicitur quasi a prima luce derivatum, sive hoc intelligatur de virtute naturali sive de aliqua perfectione gratie vel glorie super-
addita. Requiritur igitur ad videndum deum aliqua dei similitudo ex parte potentie visive, scilicet lumen glorie confortans intellectum
ad videndum deum, de quo dicitur in psalmo: In lumine tuo videbimus lumen, in lumine scilicet glorie videbimus lumen divine essentie.
[illegible] creaturis indiget divini luminis influxu ad hoc quod deum videat per essentiam. Ratio: Non enim est possibile quod ad
illum divine visionis modum aliqua creata substantia ex virtute propria possit attingere. Deus enim in infinitum est superior natura, non potest

[illegible] beatificabitur non solum quantum ad animam sed etiam quantum ad corpus, ergo non solum intellectus sed etiam in carne deum videbit et oculis glorificatis [illegible] beatitudo [illegible] et [illegible] non [illegible] corpore [illegible] quadam redundantia [illegible] in corporibus [illegible] deum videbit in [illegible] creaturis et precipue in corpore Christi.

inferior non consequitur nisi per actionem superioris nature cuius est proprium, sicut aqua non potest esse calida nisi per actionem ignis. Vide autem. Deum per essentiam est proprium nature divine. Operari enim secundum speciem formam est proprium talis operantis, ergo non intellectualis creatura potest videre per ipsam divinam essentiam nisi deo hoc faciente. Iudiget ergo intellectus creatus aqua divini luminis influentia ad hoc quod deum videat per essentiam. Secundum ... nunquam ultra semper ergo divina visio continuatur, nunquam ab ea deficiet, secundum deum in perpetuum contemplabuntur. Ideo beatus Thomas libro 3 contra gentiles capitulo 62. Si quis videre desinit quod prius videbat, aut hoc est quia facultas ei videndi deficit ut cum aliquis moritur vel cecatur vel aliquo aliter impeditur, aut quia non vult amplius videre, sicut cum aliquis avertit visum a re quam prius videbat, vel quia obiectum subtrahitur. Et hoc quidem verum est sive de visione sensibili sive de intellectuali visione loquamur. Substantie autem intellectuali videnti deum non potest deesse facultas deum videndi, neque per hoc quod esse desinat cum sit perpetua, neque per defectum luminis quo deum videt cum lumen illud incorruptibiliter recipiatur secundum conditionem et recipientis et recipientis. Neque potest ei deesse voluntas talis visionis fruendi, eo quod in illa visione percipit esse suam ultimam felicitatem, sicut non potest non velle non esse felix. Neque etiam videre desinet per subtractionem obiecti, quia obiectum illud quod est deus semper eodem modo se habet, nec elongatur a nobis nisi inquantum nos elongamur ab ipso. Impossibile est ergo quod illa visio dei qua beatos facit unquam deficiet. Hoc est quod in psalmo dicitur: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Circa hoc notandum primo quod ... sicut est quod in psalmo ... consummatio intellectus non sit finis ad hoc ut deum videat non tamen ut sua virtute deum videre possit sed per lumen glorie infuso et omni velamine remoto scilicet culpe et creature, nobis quoque ut deum videat per essentiam ... lumine glorie non illustretur ... ipsam enim ... lumen glorie erit ei sive visionis impedimentum. Apocalypsis 22 capitulo. Circa ...

Ego sum alpha et o, principium et finis, dicit dominus deus qui est et qui erat et qui venturus est omnipotens. Posita specificatione progenitoris Ihesu Christi secundum humanitatem ... in adventu ... hic quantum potest describitur sublimitas sue maiestatis filii dei secundum naturam divinam. Et dicitur in hoc primo potentia principiorum ... consummatorum ... dicit dominus etc. Ait ergo: Ego sum alpha et o. Ubi secundum Haymonem ... quod angelus qui hic Iohanni ostendebat personam dei in se habebat. Nemo et ipse Iohannes quod hic dicit nobis. Tale est et quod Paulus ait: An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus 2 ad Corinthios ultimo. Et David in psalmo: Attendite populus meus legem meam. Et subdit Haymo: Apud grecos hebreos et latinos a est primum elementum secundum quod apud nos est a, hoc est apud grecos alpha et apud hebreos aleph. Porro o finalis est elementorum apud hebreos ... scilicet othomega. Et quia deus est principium et finis, principium a quo omnia sumunt initium et finis in quem cuncta tendunt, ideo hic dicit: Ego sum alpha et o, quasi diceret: ego sum primus et ultimus. Propter quod componens ait principium et finis, principium sine quo ... finis vero post quem nullus ut ait Haymo. Et de hoc in glosa Ysaie 43: Ante me non est formatus deus et post me non erit. Vel aliter secundum Haymonem, principium quia in principio erat verbum, finis quia verbum caro factum est Iohannis primo. Secundum ... per litteras significatur eternitas dei immutabilis et intimabilis et que per istas et que per unam grecam et aliam latinam ... quod littera se comparat seu exprimitur quia ab ipso emanat omnis sapientia que litteratos facit et sapientes, et omnis sapientia petenda. ... enim sapientia a domino deo est et cum illo fuit semper et est ante evum, Ecclesiastici primo. Unde et alpha interpretatur petere et significat sapientiam esse a deo petendam Iacobi primo: Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo. Item quia filius est verbum patris ... exprimitur sicut per litteras vocales non mutas vel liquidas. Hec per unam grecam et aliam latinam ad denotandum quod deus non est acceptor personarum in vocatione barbarorum sive incorporalis fuit missus ad oves que perierunt domus Israel, cum ... secundum quod vocat ad fidem et gentibus sine acceptione personarum Actuum 10. In veritate comperi quia non est acceptor personarum deus, sed in omni gente qui timet deum et facit iustitiam acceptus est illi. Supposito autem quod alpha sit littera greca et quod o sit finalis littera hebreorum ut hic dicit Haymo, tunc dicendum quod preposuit litteram grecam et postposuit hebream ad denotandum quod primo fuit multiplicatio credentium ex gentibus que per grecos significantur, et in fine erit conversio iudeorum ad fidem quia reliquie Israel salve fient. Romanos 11: Nolo vos ignorare fratres mysterium hoc ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia cecitas ex parte contigit in Israel donec plenitudo gentium intraret et sic omnis Israel salvus fieret, et tunc dicendum quod convertet corda patrum ad filios Malachie ultimo et Luce primo. Secundum Ioachim vero per alpha que est littera triangularis figure significatur trinitas personarum, per o que est rotunde figure significatur unitas essentie. Et ideo convenit exprimens trinitatem in personis et unitatem in essentia. Dicit: Ego sum alpha et o, principium et finis. Et recte ait principium. Ut enim ait Tullius libro primo de ... principii nulla est origo et alia a principio oriuntur. Talis est deus. Unde ... de civitate dei ... est causa et principium et vita omnium. Et Augustinus de civitate dei libro ... deus est principium nature, veritas doctrine, felicitas vite, creaturarum omnium auctor, intellectus dator et amator, quo bene vivit consumator, sine quo natura non subsistit, nulla doctrina instruit, nullus usus expedit. Unde et filius ait de se Iohannis 8: Ego principium qui et loquor vobis. In principio creavit deus celum et terram. Sic ait glosa in psalmo: Ille ipse est finis. Ut enim ait Augustinus contra Iulianum libro ... finis est propter quod est faciendum. Sed ipse omnia propter semetipsum operatus est Proverbiorum 16. Item finis et complementum scilicet ... primo celi et terre. Sed de ipso dicitur Genesis 2: consummatio ... ipse est. Unde ipse filius fuit finis legis, finis mortis, finis omnis predicationis. Dicitur consummationis vidi finem, ait psalmus ... omnium consummatione ... finis est qui ab omnibus desideratur, ait Boetius 3 de consolatione philosophie ... finalis est ipse deus sive dei filius secundum ... desiderabilis enim ... et novissimum ... Et quia filius dei qui erat principium sive verbum in principio, factus est homo et ideo ipsum principium factum est finis et ita perfecta facta est consummatio ... consummationis et abbreviationis, dicit deus exercituum faciet Romanos 9: Verbum consummans et abbrevians in equitate etc. Sed dicit: Cum deus sit causa efficiens formalis et finalis, quare non ait hic quod sit forma, sicut ait quod sit principium et finis? Respondeo: tres cause concurrunt in unam et forma et finis eadem numero 2 physicorum. Ipse vero deus idem est principium effectivum omnium et formativum omnium et completivum, quoniam ex ipso enim et per ipsum et in ipso sunt omnia Romanos 11. Item ipse primus et novissimus. Ysaie 4 et ultimo. Similiter Ysaie 44: Ego primus et novissimus. Et quia deus est principium, igitur ab ipso sive a sua gratia inchoativa ... omnium et formanium. Et quia ipse est finis ad ipsum debemus tendere. Et hec est recta, nam rectum est quod non distat ab extremis. Ipse est qui operatur velle et perficere in nobis, Philippenses 2. Sine eius cooperatione et auxilio impossibile est nobis bene velle vel facere secundum ... libro 2 capitulo 31. Non quod sufficientes cogitare ... ex nobis tamquam ex nobis 2 Corinthios 3. Ipso ergo inspirante datur intellectus Iob 32. Ipse auctor ... omnia ... libro ... capitulo 28.
Deus est principium omnium productum in quo et a quo et per quem et ad quem sunt omnia. Genesis primo: In principio creavit deus celum et terram. ... esse principium incorporalium. Cum enim in artibus ... sicut non habet deum per principium nunquam potest ad finem debitum pervenire. Et ideo dicitur infra ... hec dicit Amen qui est principium creature dei. Volens enim sue bonitatis ... creaturas esse participes ... ipse creavit et instituit ... a summo creato per media pergens usque ad infimum, ut tollit ... pertendens ...

Est namque finis omnis mali ... ipse enim est agnus qui tollit peccata mundi ... Est etiam finis legis ... Est etiam finis omnium ... consummata sapientia ... Est etiam finis ... omnia finis ... ut ... gloria ...

prima luce qui puramus a puncto lucido aut quia maiorum ordo quod veritate esse utraque rationali creature scilicet angelice et humane quedam scala ascendendi
et perveniendi ad creatorem suum per inquisitionem et cognitionem veritatis. Angelus quidem a priori per cognitionem vespertinam hoc est per cognitionem rerum in proprio
genere. Hominibus vero per studiosam inquisitionem veritatis a posteriori quod innuimus metaphorice [illegible] quia ut in principio libri physicorum in processu
cognoscitivo veritatis innata est nobis via procedendi ab effectibus nobis notioribus ad causas occultiores. Angeli vero [illegible]
ad cognitionem eorum vespertinam quia [illegible] sunt ex causa quod omnium effectuum ex quo procedunt inchoando vel acquirendo cognitionem eorum in proprio
genere que vespertina vocatur, vel altius quam habent in verbo que vocatur matutina. Patet igitur modus progressionis et emanationis creaturarum
ab eterno principio qui in forma cuiusdam scale descendit a summo in deorsum ut mortales studio veritatis solicito per ipsam gradatim conscendant
in suum creatorem et tandem inveniret in summitate totius latitudinis creaturarum ut creatura a deo egressa per modum reciprocationis redire in eundem
ut unum fiet quod hic dicit Ego sum alpha et o etc. Atque verificaretur illud [illegible] dicebat fortis summe creatura et loquebatur in corpus scilicet
manifestando per speciem et magnitudinem deum a quo processit. Unde sicut patet sapientie xiii. A magnitudine et specie creature cognoscibiliter poterit
horum creator videri. Anima enim hominibus quamvis lapsu primo obtenebrati sunt remansit naturale desiderium inquirendi et cognoscendi maxime
summum in entibus unde beatus Augustinus in libro primo confessionum dicit: domine quia fecisti nos ad te inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Ideo
cum deus creavit mundum et tradidit ipsum homini [illegible] plures filiorum Adam ab initio propter admirationem de mundo et de apparentibus
in ipso studiosi facti sunt, inceperunt ergo variis studiis et multiplicibus considerationibus deum querere describendo perscrutando et
investigando universitatem creaturarum de eo. Quorum quidam ob hoc consideraverunt quia [illegible] sub ratione unius vel multitudinis ut arismetrici. Quidam sub
ratione mensure et magnitudinis ut geometri. Quidam sub ratione consonantie proportionis et ordinis ut musici. Quidam sub ratione motus et
mutabilitatis ut naturales philosophi. Quidam sub ratione absoluta perfectionis et quiditatis ut metaphysici. Quidam ascenderunt in predicta scala
creaturarum usque ad orbes celorum et ibi steterunt et examinaverunt ut astrologi. Quidam solum ad concavum orbis lune pervenerunt ut qui
tantum corruptibilia consideraverunt. Quidam vero solum in terra remanserunt ut qui intellectum suum in mundanis et terrenis occupaverunt ut filii
hominum seculi. De istis exemplum possumus, unde Genesis 28 vidit Iacob scalam stantem super terram cuius cacumen tangebat celos et angelos as-
cendentes et descendentes per eam et dominum innixum scale. Ad literam propositum per gradus huius scale potest intelligi orbes totius sphere universi
quorum primum est aqua [illegible] aer etc. usque ad concavum celi et per angelos potest intelligi philosophi qui per considerationem ascendebant et descendebant
in hac scala [illegible] ut omnes predictos creature perscrutatores. Soli veri philosophi naturales et metaphysici ascendentes via inquisitionis
in dicta sua scala invenerunt dominum innixum scale atque ipsum quamvis a longe et obscure in summitate eiusdem esse conspexerunt
et quasdam quidem dei perfectiones et conditiones. Unde dicit Hugo libro de sacramentis parte 3 in principio: Ab initio deus sic notitiam suam ab homine
temperavit ut sicut quid esset nunquam poterat comprehendi sic quod esset nunquam poterat ignorari. [illegible] progressum humanum [illegible] processum esse
debuit divine cognitionis a dei benignitate premissis quam multiplex distinguere potest secundum distinctionem rerum que deo conveniunt. Quedam enim sunt deo
et creaturis omnibus communia ut entitas unitas bonitas. Quedam deo et creaturis rationabilibus sicut sapientia iustitia prudentia. Quedam vero
sunt sibi soli propria ut esse trinum, esse omnipotentem, esse creatorem etc. Per istas ergo de deo cognoscendas secundum ordinem proposita sunt et
est humano generi triplex scala particularis, prima tota creatura universalis, secunda creatura rationalis, 3a scriptura divinalis. In primis duabus scalis
humanus intellectus ascendens solum pervenire potuit ad conditiones que deo et creature et earum debilitati et tenuitati convenit. Ideo
opus erat tertia scala scilicet divinalis scripture que intellectum altius elevaret ad cognoscendum singulares et proprias dei conditiones
nulli creature communicabiles scilicet esse omnipotentem creatorem etc. que conditiones innuuntur in textu cum dicitur Ego sum alpha et o principium et finis.
Has vias perveniendi ad dei cognitionem sic complectens beatus Augustinus 5 de trinitate c. 1 dicit: Non ero segnis ad inquirendam substantiam dei
sive per scripturam eius sive per creaturam que utraque nobis ad hoc proponitur intuenda ut ipse queratur ipse diligatur qui et illam inspiravit
et istam creavit. Ex quo dicto patet quod omne studium humanum atque sciendi et cognoscendi statutum ad hunc finem tendere debet ut
deus vere cognoscatur perfecte diligatur recte colatur et plene sibi obediatur. Ad hoc enim rationalis creatura facta est [illegible] in principio
Et ulterius conveniens est hoc quia ipse est principium et finis. Principium productivum et consumativum omnium. Secundum enim ordinem effectuum oportet esse
ordinem causarum eo quod effectus suis causis proportionati sunt. Unde oportet quod sicut effectus proprii reducuntur in causas proprias, ita id quod est commune in effectibus
propriis reducatur in aliquam causam communem. Sicut super particulares causas generationis huius vel illius est sol universalis causa generationis. Et rex est universalis causa
regiminis in regno super prepositos regni et etiam urbium singularum. Omnibus autem commune est esse. Oportet ergo quod super omnes causas sit
aliqua causa cuius sit dare esse. Prima autem causa deus est. Oportet ergo omnia que sunt a deo esse. Unde dicitur Iohannis primo: Omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nichil. Et in psalmo: Qui fecit celum et terram mare et omnia que in eis sunt. Ex quo sequitur correlarie quod deus res
in esse produxit ex nichilo precedente. Nam unumquodque materia per formam superinducta agit ad aliquam speciem operari ergo ex materia
preexistente superinducendo formam quocumque modo est agentis ad aliquam determinatam speciem. Tale autem agens est agens particulare.
Cause enim causatis proportionales sunt. Agens ergo quod requirit ex necessitate materiam preexistentem ex qua operatur est agens particulare.
Deus autem est agens sicut causa universalis essendi ut dictum est. Ergo ipse in actione sua materiam preexistentem non requirit. Ex hoc autem confutatur
error antiquorum philosophorum qui quia actionibus particularium agentium se videbant ad actionem preiacere supponebant hoc operatum omnibus quod communis [illegible]
nichil fieri posse quod quidem in particularibus agentibus verum est. Ad universale autem agentem quod est totius esse activum cognitionem non pervenerant quia
nichil in actione presupponere necesse est. Triplex est enim modus productionis alicuius quod aliquo scilicet aut de sua natura ut est generatio aut de aliena
ut est factio aut de nulla et talis appellatur creatio. Cum ergo omnis actus nobilis includitur in omnipotentia, deus autem est omnipotens ut dicitur in libro,
oportet ei attribuere hos tres actus scilicet productionis de sua substantia vel natura et de aliena et de nulla. Omnipotens quippe est totum effectum producere
sine alterius cause indigentia. Non ergo ad operandum indiget materia. Causa ergo potest operari de nulla substantia. Ergo de nichilo. Dicitur tamen
quod de nichilo aliquid fieri potest tripliciter intelligi. Uno modo ut dicat [illegible] cause materialis sicut cultellus fit de ferro. Alio modo ut dicat [illegible] cause efficientis
ut opus fit de artifice. Et istis duobus modis de nichilo nichil potest fieri. Tertio potest accipi ut dicat [illegible] ordinis etc. adhuc potest
dupliciter intelligi aut ut dicat ordinem nature solum ut de materia informi sit formata etc. philosophi qui dicunt et ponunt mundum eternum nichilominus
ipsum dicunt a deo creatum in materia informem de nichilo factum. Cum enim totum esse suum habeat a deo non est solum hoc a se ipso unde et in nichil
de se tenderet si sibi relinqueretur. Unumquodque vero naturaliter prius est quod habet a se ipso quam quod ab alio. Unde unumquodque quod a deo factum est
prius naturaliter est esse de nichilo quam esse aliquid. Alio modo potest intelligi ut dicat ordinem durationis ut de mane fit meridies etc. Dicunt
theologi et fides catholica mundum creatum a deo id est cepisse esse aliquid postquam fuerat nichil etc. Intelligitur illud Genesis 1: In principio creavit
deus celum et terram id est omnia alia facta sunt ex nichilo celum et terra id est continens et contentum. Vel in principio id est in filio quod est principium de principio.
Sic patet [illegible] est principium sive principio secundum Augustinum [illegible] appropriatur vero principium effectivum filio vero ratio principii exemplaris in quo artifex operatur.
Consequenter in littera ponitur huius confirmatio cum dicitur dicit dominus deus id est angelus ex persona dei. Dominus deus et in hoc sublimitas vel maiestas
convenientie innuitur. Qui est et in hoc immutabilitas permanentie. Et qui erat et in hoc eternitas convenientie. Et qui venturus est omnipotens
et in hoc [illegible] et auctoritas potentie. Ideo enim dicitur omnipotens quia quicquid vult potest. Augustinus 21 de civitate dei c. 7: posse autem aliquid dicitur
dupliciter aut simpliciter et proprie a potentia que est in ipso ut Achilles potest vincere Hectorem aut large et improprie a potentia que est ab alio

ut hector pt vinci ab achille Primo d̄r posse id cui9 p̄n̄m actiu est in ipo Secūdo illud cui9 p̄n̄m passiuu est in eo Primo posse d̄r
quis simpr potens. Scdo vo quis d̄r potens sm vocē. tn meli9 pt dici impotes sm rem Tercio go deus ht po͞az actiuā ve͞r
oīm. cognitiue d̄r omps quis nichil possit recipe ul pati Et ꝯ sicut est poa actiua tn nā pt invenire poa passiua in qua agat
ꝟ oipoc actiue in deo nā possit invenie oipoa passiua go sicut ponit in deo oipoa Sed q aor ſ[illegible] ht de poa de se impfca
que ht pfici suo actu. ſꝫ dei poa de se pfca est ut nllo actu suo pficit vn et ſi nq esset effectus et nā poa passiua ipm recipies
nō ideo mi9 esset pfca Ite dices q̄m nō pt oīa que posse po͞c est nō pt ve dici oips. ſꝫ deus nō pt ambulare comedere
loqui q tn posse po͞c est Sed ſꝫ dico. quedā ſt po͞c in inferiorib q esset impo͞r in superiorib vt sursum. in eme est nobilis
loqui q tn posse po͞c est. ſꝫ in vcit pfecte esse ignobilis. vt pt dici q isti
ignobilis in hore. sic mota in his que sunt p motu pfca nobilis est. ſꝫ in reb pfect esse ignobilis vl pt dici q isti
actq amblac ꝛc dupr p̄nt ad sua suppta qpari vl ut ad corp et ht est nobilis. et ptinet ad poaz actiuaz. vl ut ad subm
et ht est ignobilis et ptinet ad poaz passiuaz. sic nō qpant ad deu Sꝫ an possit mala Sed pene nō culpe ꝛc
dei aut omnipoa pt go mlt appare p̄o q pt humiliare psumptuosos. sic patuit de holofne supbissimo. qui tn ad magnā hm
litatē dei omnipoa est deductq vn d̄r iudith xvi dns at oips nocat eū et tradidit eū in manu femine Scdo pt delico
sos amaricare. q ſꝫ illi qui in delicijs et mūdi pspitatib nutriunt. p dei omnipotēciā sepe ad infinitē amarē deducuntr Ruth i
vocate me mara ht est amara q valde amaritudie replevit me oips Tercio q pt fortificare defectuosos Ad dei enī
omnipotēciā ptinet defectuosos et debiles in vtutib roborare vn ecclīa q2 confirmat dns omps stabilis in glā Quartū eius
oipoa pt apparere in bonoꝝ ampliacoē. Gen 3? Ego deus omps cresce et multiplicare te faciā Ite in maloꝝ repssi
oue pt dns qi vir pugnator. omps nom eius Ite in iraꝝ mitigacoē Gen xx dns deus omps faciat eū vob
placabilem ſꝫ ioseph fratrib Item in cuctoꝝ gubnacoē. Hest xiij. dne rex omps in dicōe tua cuncta ſt posita et nō est
qui possit resistere voluntati tue Item penaꝝ qplacoē ibid xvi hac diem merorꝭ et luctq omps deq vtit in gaudiu
Ite in mstoꝝ qsuacoē Job 8. nuc omps subudit qd iustū est. Item in votoꝝ exaudicoē ibid si diluculo qsurrexis
et omnipotētē fuis deprecatq statim euigilabit ad te et pacatū reddet habitacōe iusticie tue Ite in iustoꝝ ptecoē Job xxij Erit
omps cōt hostes tuos ſꝫ te defendēdo Item in cuctoꝝ pscienciā Job xx ab omnipotēte nō ſūt abscondita tpa Item
in stoꝝ inspiracoē Job 32 Inspiracio omnipotētis vivificabit me Ite in om̄ī munificēcia Eccli i vnq est altissimq creator oīm
omnipotēs rex potes et metuēdq nimis Ite in solemni iudicacoē que ſꝫ fiet in iudicio gnali Job xx nec omnipotēs
subuertet iudiciu et 27 omps singloꝝ causas intuebitr Ite in oppssoꝝ liberacoē 2a mach 2 2 omps et cunct qui
liberat isrl Item in btoꝝ pmiacoē vn anīa bta tūc poterit dici illud Job xxij sup omnipotētē delicijs affluens ꝛc
Et qmis dei omnipoa ſit ita sūma q aīaz et corpq pt saluare et corpꝫ pdere in gehēna. tn ab impijs nō formidatr
ut tunctr. ut ipsi9 timore quiesciū aut cessant a peccatis vn ipi videntr dice illud Job xxi Quis est omps ut sumas
ei et aut quid nobis pdesset ſi adorauim9 illū et xxij qi nichil possꝫ facere omps estimabat illū Ista at ꝑpe pnt dici
de supbis et psumptuosis. quib videtr q nichil possꝫ eis nocere ita q de quolꝫ tali d̄r Job xv tetendit adusus deū manū
suā et cōt omnipotētē roboratq est. Ergo in moribq hoīes carnales deū q nō videt corpalr. quoꝫ ad ht pueniut ut
eciā deū nō esse suspicantr vn sc̄ptū est dixit insipiens in corde suo nō est deq dupe enī plus appetut hoies sine hoib
quos videt corpalr. q deo quē nō videt p ome qd faciut ad fide ocloꝝ tendut. et q in deo oclos corpis tendere
nō pnt. ei obsequia pbere ul despiciut. ul ſi cepint fatigantr ꝛc. Dubitaos deut scire q ipe dns deus qui est et
qui erat pn̄ ſu vbū in p̄n̄o. et ipe venturq est omps q ſumq et hō ſeus. qui est venturq iudex viuoꝝ et mortuoꝝ
et tūc reddet vnicuiqꝫ iuxta opa sua. q habūdant facietibꝫ supbia. hūilib vo gaudiū
et tūc reddet vnicuiqꝫ iuxta opa sua. q habūdant facientibꝫ supbia. hūilibꝫ vo gaudiū.
et cū redderit tūc sciunt. Job 21. Greg mor xv. nesciut eū impiq mala q facit nisi p eꝫ malis iam punire cepit vn et p
ypua d̄r et tūc sola vexacio intellectū dabit auditui Tūc naqꝫ intelliget qd audiuit cū se iam p cotempta vexari doluit
hic eciā p asinū balaam de semetipo d̄r. nūc xxiiij dixit hō cui9 obturatq est oclq. dixit auditor sermonū dei qui visionē
omnipotētis intuitq est qui cadit ꝛc apiuntr ocli eius. Asinū quippe cōt istas pbuit. ſꝫ post in pena vidit qd prius cōtempl
pta cōmisit Electi at q ne pereant debeat puidet. eis videt ocli an culpā patet. Iniquus vo pꝫ culpā oclos apit. quando
post culpā iam in pena sua qspiciat q malū debuit vitare qd fecit. de cui9 talib iam tūc sua d̄r Job 21 videbunt ocli eius
interfectōē suā et de furore omnipotētis bibet. Greg Quia ſi in hac vita post culpā suā vide voluisset de omnipotētis furore pꝫ modū
nō biberet. ſꝫ qui hic audit oclos a respectu ciuis illic declinare nō valet penaꝫ dampnacōis ꝛc. B thō in p̄a pte q 48 ar 3

q est

Quia est vbiqꝫ Iere xxiij celū et terram ego impleo. ſꝫ p essenciā poaz et pnciaz. Sꝫ quō ht qspiciq qst qolibꝫ q in reb vrāus
esse dicit Rex enī d̄r esse p suā poaz in toto regno suo lꝫ nō ſit vbiqꝫ pns. p pnciā vo suā d̄r aliquid esse in omnib illis que
in qspectu ipi9 ſt. sic omnia q ſt in aliqua domo dicit pncia alicui. qui tn nō est sm suā sbaz in qualꝫ pte domq. Sm vo sbaz ul
ēnciā d̄r aliquid esse in loco in quo eius sbā ht. ffuerūt g aliqui ſ manichei qui dixerut dīue ptati subiecta esse spualia et icorrup
tibilia. vo et corpalia subiecta esse dicebāt ptati qtrarij pn̄ij. Cōt hos oꝫ dicere q deq ſit in omnib p suā poaz inqꝫ oīa eius ptati
subdūtr. ffuerūt at alij qui lꝫ crederūt oīa subiecta esse dīue ptati. tn dīnā puidēciā usqꝫ ad ht corpalia inferiora nō extendebāt
ex quoꝝ psona d̄r Job xxij circa cardines celi pābulatr. nec nra qsiderat. Cōt hos oꝫ dicere q est in omnibꝫ p suā pnciaz q oīa nuda

q̄ri x

et apta ſt oclis eius. ffuerūt et alij qui licet dicerent oīa subiacere ad dīnā puidēciā. tn posuert nō oīa immediate esse a deo creata
ſꝫ q immediate crearet pmas creaturas et ille crearent alias. Sꝫ cōt hos oꝫ dicere q ſit in omnib p essenciaz inqꝫ adest omnib ut causa
essendi. Sic g est in omnibꝫ p poaz inqꝫ oīa eius ptati subdūtr. et in omnib p pnciaz inqꝫ oīa nuda et apta ſt oclis eius.
est in omnibꝫ p essenciaz inqꝫ ut deq est adest oibꝫ ut causa essendi. sic go deq est in oibꝫ p essenciaz nō quidē realr q ſit
de essencia reꝝ. ſꝫ p suā essenciaz q sbā sua adest omnibꝫ dans esse et vtute et spaciū ꝛc et d̄r esse in oī loco ut dans ei esse
et vtutē locatiuaz. et replet oīa loca p ht q dat esse locatis omnibꝫ que replet loca. Qt d̄r incorpalia nō ſt in loco vni est
p qtactū quātitatis dimēsiue. sic corpa. ſꝫ p qtactū vtutis. Ibi et qui venturq est omps. Sm sctm thoma in p̄a pte q 25 ar 2
Omnes qfitentr oēs deū esse omnipotētē. ſꝫ rōnē oipotēcie difficile vr assignare. dubiū enī esse pt quid qpheudatr sb ista distribucoē
cū d̄r deū oīa posse. Sꝫ ſi quis recte qsidet. cū poa dicatr ad possibilia. cū deq d̄r oīa posse. nil eciā intelligit q q possit oīa possibilia
et ob ht omps d̄r. possibile at dupr d̄r. sic dicit in vo methe vno p respectū ad aliquā poaz. sic qd subditr huāe po͞c d̄r esse hoi
possibile. nō at pt dici q deq dicatr oips eo q pt oīa que ſt possibilia nature create q dīna oipoa in plura extendit. Si at dicatr
q d̄r oips q pt oīa que ſt possibilia sue po͞c. erit circulacio in manifestacōe oipo͞c. Sꝫ enī nō erit aliud q dicere q deq est oips q
pt oīa que pt. Relinqtr go q deq est oips q pt oīa possibilia absolute qd est alt modq dicendi possibile. d̄r at aliquid absolute possibile ul impossibile
ex hītudie terminoꝝ possibile quidē q pdicatū nō repugnat subo ut sortē sedere impossibile vo absolute q pdicatū repugnat subo ut hoiem esse asinū
Est at qsidandū q cū vnumqꝫ agens agat s̄ile. vnicuiqꝫ po͞c actiue ridet possibile ut obiectū pprium ſꝫ rōnē illi9 actq in quo fundatr poa actiua.

sicut potentia calefactiva refertur ad omne calefactibile et ad proximum obiectum. Esse autem divinum super quod ro[illegible] potentie divine fundatur est esse infinitum non limitatum ad aliquod genus entis sed prehabens in se totam entis perfectionem unde quodlibet potest habere rationem entis continetur sub possibilibus activis absolutis / re [illegible] quod omnipotens / nichil enim opponitur rationi entis nisi non ens. Hoc autem scilicet non ens repugnat rationi possibilis absoluti vel rationi possibilitatis absolute que non subditur divine omnipotencie quod implicat in se esse et non esse simul / hoc autem omnipotencie non subditur non propter defectum potencie sed quia non potest habere rationem factibilis neque possibilis [illegible] sub divina omnipotencia non continetur quod non potest habere possibilem rationem unde quicquid dicitur quod non potest fieri quod [illegible] deus non potest ea facere / nec hoc est contra verbum angeli dicentis non erit impossibile apud deum omne verbum / illud enim quod contradiccionem implicat non potest esse verbum quod nullus intellectus potest illud capere. [illegible] de deo dicitur quod omnipotenciam suam parcendo maxime et miserando manifestat quod ultimum quod potest dicit aliquid est parcere et misereri sed aliquid est multo maius quam parcere et misereri sicut creare alium mundum vel aliquid huiusmodi / non ergo est omnipotens deus quod omnipotencia dei maxime in parcendo et miserando quod per hoc ostenditur deum habere summam potestatem quod libere peccata dimittit. Eius enim qui lege superioris astringitur non est libere peccata condonare vel quod parcendo hominibus et miserando perducit eos ad participacionem boni infiniti qui est ultimus effectus divine virtutis vel quod effectus divine misericordie est fundamentum omnium divinorum operum nichil enim debetur alicui nisi propter id quod datum est ei a deo non debitum / in hoc autem maxime divina omnipotencia manifestatur quod ad ipsam pertinet prima institucio omnium bonorum.

Ego iohannes frater vester et particeps in tribulacione et regno et paciencia in Christo Ihesu fui in insula que vocatur pathmos propter verbum dei et testimonium Ihesu Christi. Fui in spiritu in dominica die. Et audivi post me [illegible].

audiret et cerneret, et tamen aspectu et auditu iustus dicitur, quia iniquorum vita non delectando iusti aures atque oculos sed feriendo
tangebat. Sic Paulus discipulorum vitam glorificat et glorificando confirmat dicens: In medio nationis pravae et perversae, inter quos lucetis
sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes. Sic per Iohannem angelo Pergami ecclesiae attestatur dicens: Scio ubi habitas, ubi est
sedes Sathane, et tenes nomen meum et non negasti fidem meam. Ecce pene omnia percurrendo cognoscimus quod bonus non fuit
quem malorum pravitas non probavit. Ut enim ita loquar, ferrum mentis nostrae nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit
aliena lima pravitatis etc. Unde ergo in commendationem istius episcopi dicitur Apocalypsis ii: quod non potes sustinere malos. Respondeo: Contingit
non sustinere malos multipliciter. Uno modo ex bono zeli fervore quo arguuntur vel emendentur vel expellantur servato ordine iuris,
et sic [?] est intelligenda, et de hoc commendantur sancti in scriptura, et contrarium est culpabile in prelato. Unde ait apostolus 2 ad Tim. 4o: Argue,
obsecra, increpa etc. Propter hoc enim angelus Pergami corripitur infra eodem capitulo quod habuit in diocesi sua tenentes doctrinam Balaam
et nicolaitarum. Sic enim dicit ei: Habeo adversum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balach mittere
scandalum coram filiis Israel edere et fornicari. Ita habes et tu tenentes doctrinam nicolaitarum etc. Secundo contingit non sustinere
malos quo ad societatem conversationis vel quo ad cohabitationem, et tunc est distinguendum, quia aut est periculum subversionis vel infectionis ab eis,
et tunc non sunt sustinendi sed contemnendi. Aut est spes conversionis eorum, et tunc sunt supportandi quamdiu non inficiunt et quamdiu est spes de
eorum conversione. Unde Gregorius super illud Ezech. 2o: Cum scorpionibus habitas, dicit: Unum est pro quo societas malorum debet
vitari, ne si corrigi non valent, ad imitandum trahant, et cum ipsi a sua malitia non mutantur, eos qui eis coniuncti fuerint pervertant.
Unde Paulus ait i Cor. 15: Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Et Proverbiorum xxii: Noli esse amicus homini iracundo neque ambu-
les cum viro furioso, ne forte discas semitas eius et sumas scandalum animae tuae. Dicit enim: Perfecti viri perversos proximos
non debent fugere, quia et eos saepe ad rectitudinem trahunt, et ipsi ad perversitatem numquam trahuntur. Infirmi autem eorum societatem debent
declinare perversorum, ne mala quae frequenter aspiciunt et corrigere non valent delectentur imitari. Sic enim verba pravorum audiendo
quotidie sumimus in mente, sicut flando aerem respirando trahimus corpore, et sicut aer malus assiduo flatu corpus inficit,
ita mala verba frequenter audita inficiunt animam, ut [?] delectatione pravorum operum assidui [?] languoris [illegible].
Et alia et alia ratione mali non sunt sustinendi et tamen aliqui sunt supportandi. Alii tamen mali de quibus loquitur hic, sicut heretici, nullo modo
sunt sustinendi, quia sunt latrones qui non intrant per ostium sed ascendunt aliunde, Ioh. 10. Et Ro. ult.: Rogo vos fratres ut observetis
eos qui dissensiones et offensiones praeter doctrinam quam vos didicistis faciunt, et declinate ab illis. Huiusmodi enim non Christo Domino serviunt
sed suo ventri, et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Et 2 Cor. 6: Quae conventio Christi ad Belial? Et
Mt. 7: Attendite a falsis prophetis etc. Iohannes in canonica sua: Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum
nec ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi ave, communicat operibus illius malignis. Circa quod quaeritur utrum infidelibus sit communicandum.
Respondeo secundum doctorem, scilicet Thomam, 2a 2ae q. 10: Infidelium quidam sunt qui numquam susceperunt fidem, sicut gentiles et iudaei. Alii sunt infideles qui
quandoque fidem susceperunt et eam profitentur, sicut heretici et apostatae. Quandoque dicimus: communio alicuius personae interdicitur fidelibus dupli-
citer: uno modo in poenam illorum vel illius cui communio fidelium subtrahitur; alio modo ad cautelam eorum quibus interdicitur ne aliis communicent.
Primo ergo in poenam non interdicit ecclesia fidelibus communionem infidelium qui nullo modo fidem susceperunt, scilicet paganorum
vel iudaeorum, quia non habet de eis iudicare spirituali iudicio sed temporali, in casu cum inter Christianos commorantes aliquam culpam commit-
tunt et per fideles temporaliter puniuntur. Sic enim ecclesia non habet iudicium in infideles, scilicet quo ad poenam spiritualem eis infli-
gendam, sed tamen iudicium super eos quo ad temporalem poenam infligendam, ad quod pertinet quod ecclesia quandoque propter aliquas speciales culpas
subtrahit aliquibus infidelibus fidelium communionem. Idem 2o: Isto modo sed in poenam interdicit ecclesia fidelibus communionem illorum infi-
delium qui a fide suscepta deviant, vel corrumpendo fidem sicut heretici, vel etiam totaliter a fide recedendo sicut apostatae. Propter
quod in utrosque horum excommunicationis sententiam profert ecclesia. Sed quantum ad secundum modum, scilicet ad cautelam eorum quibus interdicitur, est distin-
guendum secundum diversas conditiones personarum et negotiorum et temporum. Si enim aliqui sunt firmi in fide, sic quod ex eorum communicatione cum infidelibus
conversio infidelium magis possit sperari quam aversio fidelium a fide, non sunt prohibendi infidelibus communicare qui fidem non sus-
ceperunt, scilicet paganis vel iudaeis, et maxime si necessitas urgeat. Si autem sint simplices et infirmi in fide, de quorum
subversione probabiliter timeri possit, prohibendi sunt ab infidelium communione, et praecipue ne magnam familiaritatem cum eis
habeant vel absque necessitate eis communicent. Unde dicitur Deut. 7o: Dominus praecepit: Non inibis cum eis foedus, nec misereberis eorum,
neque sociabis cum eis coniugia. Quod vero praecepit de illis gentibus quarum terram ingressuri erant iudaei, qui erant ad ido-
latriam proni, et ideo timendum erat ne per continuam conversationem cum eis alienarentur a fide. Et ideo subditur ibidem: quia seducet filium
tuum ne sequatur me. Unde Gregorius [?] super illud Ezech. 2o: Increduli et subversores sunt tecum et cum
scorpionibus habitas, dicit: Cumque mali essent, hi qui sunt increduli, subversores minime fuissent. Cuncta enim ipsi si increduli
vel caelestis regni praemia vel gehennae esse supplicia non crederent, in suis pravitatibus dimissi a fide et opere etiam alios
subverterent, ut regnum quod ipsi appetere nolunt nec alii assequantur. Hi namque cum teneritudine conspecta bona incipere
et mala iam declinare cognoverint, modo irridendo quod in caelis promittitur, modo despiciendo quod de omnipotentis Dei suppli-
ciis inferni minatur, modo laudando bona temporalia et delectationes praesentis saeculi callida persuasione pollicendo, defi-
ciunt mentes innocentium, quorum quia vitam perditi invident, si quos possunt a vita revocare ad mortem trahunt, laetantur
in pravitatibus suis, exsultant in alienis, minus sibi [?] poena sua non sufficit, qui agunt ne soli moriantur. At si fortasse
iustum quempiam talis iam virtutis invenerint ut contra loqui non praesumant, quia subversores esse non possunt, statim
scorpiones fiunt. Scorpio enim palpando incedit, sed cauda ferit, nec mordet a facie sed a posterioribus nocet. Scor-
piones ergo sunt homines blandi et [illegible] videntur malitiosi, qui bonis quibus in facie non resistunt /

Difficile quippe est ut non impingat, incorruptum manere qui corrupto sociatur. 23 q. [?] [illegible] ipsi quoque sunt perversi. Una enim ovis morbida
gregem inficit. Et 24 q. 3 dicit: Resecandae sunt putridae carnes et ovis scabiosa a caulis repellenda est, et scintilla ignis contemnenda /
ne tota domus massa et corpus ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Et subdit: Arrius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim
oppressus est, totum orbem eius flamma populata est. 24 q. 3 Resecandae. / Aut est spes conversionis eorum et sunt supportandi quamdiu etc.
Eccli. xi: Ab scintilla una augetur ignis et ab uno doloso augetur sanguis.

sed mores ut recesserint derogat, alios quos volunt infirmant, quamvis per verba dimittunt, mortifera infic(iunt) occulte non desinunt.
Scorpiones ergo sunt qui blandi et innoxii in facie videntur sed per dorsum portant ubi venenum infundat. Quia enim in occulto feriunt
quia mortem latenter inferunt. Unde contra eos per psalmistam dicitur: Circumdederunt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis. Apes enim
in ore mel habent, in aculeo caude vulnus. Et omnes qui lingua blandiuntur sed latenter ex malitia feriunt apes sunt, quia
loquendo dulcedinem mellis proponunt sed occulte feriendo vulnus inferunt. Isti vero falaces exarserunt sicut ignis
in spinis quia per flammas detractionum non iniquorum vitam comburunt, sed si que eis inesse potuerunt peccatorum spine concremant.
Dicitur ergo: increduli scilicet dicto subversores sunt insanabiles perniciosi, scorpiones autem cum fortibus et robustis quibus etsi in facie contra-
dicere non presumunt, ex occulto tamen vulnus detractionis inferunt. Increduli quippe sunt subversores et scorpiones sunt, quia et audita
ea que Dei sunt non credunt et eos quos prevalent a bonis moribus subvertunt, et quos inflectere non valent occultis machi-
nacionibus feriunt etc. Certum enim est quod nondum que eum pertinet dicitur: increduli et subversores tecum sunt etc. nobis complexi medica tamen
perfecti quos sepe tedet vivere dum nolunt cum malis habitare. Querimus enim cur non omnes boni sunt qui nobiscum vivunt,
mala proximorum ferre nolumus. Omnes sanctos iam debemus esse distinctos dum esse nolumus quod ex proximis portemus. Hac re luce
clarius patet dum malos portare renuimus consultum adhuc ipsi de bono minus habemus. Neque enim perfecte bonus est, nisi
qui fuit et cum malis bonus etc. Unde vero est per quo vitari societas debeat malorum, ne si fortasse corrigi non valent etc.
Et quia illos non sunt expellendi, proprie perpitiant id quod ipso commendat episcopus ephesinus a secreti investigatione et iusta ac regulari
convictione dicit: Et temptasti eos qui se dicunt apostolos id est a Deo missos. Apostoli enim idem est quod missi, ait Augustinus super Iohannem, omne quod
et non sunt, sed in rei veritate licet dicant se esse eorum professione. Ait etc. Surgent pseudochristi et pseudoprophete. Dicit Haymo
(Tempore Iohannis surrexerunt falsi apostoli id est heretici, Marcion et Ebion et Cherinthus in Asya, volentes corrumpere rectam fidem et predi-
cantes Christum hominem purum secundum divinitatem. Qui utique falsi apostoli erant. Apostoli enim interpretantur missi, sed isti non erant a Christo missi
sed a dyabolo, transfigurantes se in apostolos Christi, a quo et se missos dicebant, cum non veritatis sed falsorum dogmatum essent de Christo
Deus per prophetam dicit: Ipsi veniebant cum ego non miserim eos. Dicit ergo: Temptasti eos qui se dicunt apostolos esse et non sunt,
id est probasti fidem illorum et doctrinam. Temptationes enim due sunt, sed hic temptatio ad probationem pertinet, sicut et Danielis primo: Tempta
nos diebus x. Sic et ecclesia sancta quotidie temptat id est probat corda singulorum ut qui rectam fidem non tenent aut corrigantur
aut ab ecclesie societate priventur. Sic ecclesia sunt heretici. Isti enim scilicet Hebion et ceteri antequam comparaverunt occulti erant,
sed probati sunt tam ab Iohanne quam ab angelo illius ecclesie. Et quia per successores doctores reperti sunt, dampnati sunt anathemate sicut ceteri
Sibertus Sabellius Fotinus et ceteri latentes qui non possunt inter sinum ecclesie innotescerant latebant quousque ab ecclesie pastoribus
probaverunt. Unde subditur: Et invenisti eos mendaces, scilicet non solum lingua vel falsa doctrina sed simulatoria vita. Licet enim men-
dacium sit falsa vocis significatio cum intencione fallendi, ut ait Augustinus libro de mendacio, tamen non solum est mendacium oris sed et
operis, et magis est mendacium operis quam locutionis, ait Augustinus libro de vita ... ambr. in sermone de passione: profiteri se esse ...
vel clericum et hunc ordinem contra facere mendacium est. Et maxime sunt dampnandi mendaces in doctrina fidei de quibus loquitur
Iacobi 3o: Nolite mendaces esse adversus veritatem. I Iohannis 4: Probate spiritus si ex Deo sunt. Et quia illos falsos apostolos persequebatur
ipsum episcopum tam secreti et ei multa mala ingerebant, id quod commendatur a longanimi persione persecutionum ab eis illatarum
dicit: Et patientiam habes scilicet in malis que ipsi inimici ingerunt, ait glossa, et Haymo: quia ideo patientiam hoc tolerando corporis pertulistis.
Unde de qualitate patientie dicitur Hebreorum x: Patientia nobis necessaria est. Et quia patientia debet esse ordinata scilicet propter Deum non propter lucrum suum
vel commodum vel premium, ideo subditur ad commendationem ipsius: Et sustinuisti propter nomen meum, non propter terrenam gloriam, ait Haymo.
Beati enim qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, Matthei v. Et quia patientia debet esse perseverans et continua, ideo subditur: Et non de-
fecisti, scilicet sed usque in finem perseverasti. Quia enim perseveravit usque in finem hic salvus erit, Matthei x. Unde Gregorius: In moribus in fine
tentas ut Iob post hoc faciebat Iob quanto dicebat. Dicit Haymo: incassum bonum agitur si ante terminum vite deseratur, quia frustra velociter
currit qui prius quam ad metas venit deficit. Ideo dicit de apostolis Luce 22: Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis.
Contrario dicitur Ecclesiastici 2: Ve hiis qui perdiderunt sustinentiam, quod amici Iob ipsi Iob imponebant dicentes: Venit super te plaga
et defecisti, Iob 4. Valde ergo commendandus fuit iste episcopus in perfectis iniquis ... Iste ... defecit hic patientiam
perfectam, et enim actus quem perfectum opus habet Iacobi primo. Patientia enim est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum
et difficilium voluntaria ac diuturna perpessio, ait Tullius secundo rethorica libro primo. Et dicit esse firma et solida non minuatur
ut tediosa de premii dilacione, ideo ait: Tribulationem patiaris tua. Item debet esse rotunda non testificans de malis temporalibus, ideo post
et patientiam habes. Item debet esse intencione recta et ordinata, sustinendo propter nomen Dei et iustitiam eius, ideo ait: sustinuisti
propter nomen meum. Item debet esse sine defectu continua, et ideo ait: Et non defecisti. Sic quidam de quibus in predicatione defecerant

Sed habeo adversus te pauca quod caritatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris
et age penitentiam et prima opera fac. Sin autem venio tibi cito et movebo candelabrum tuum de loco
suo nisi penitentiam egeris. Secunda pars. Operative partes in qua posita multiplici commendatione subiungit modica increpatio-
ne dicens: Sed habeo adversus te pauca, scilicet de quibus eos arguendus, quod caritatem primam reliquisti. Per hoc
beatus Iohannes prudentiam spiritualis et ordinatum modum in corrigendo primo commendat, deinde increpavit primo quia palpavit postea
pupungit. Sic enim docet beatus Gregorius xx Moralium super finem dicens: Predicatores iusti in ipsis quos corrigunt cum ex parte alia
forte aliquid bone operationis invenerint, ad abluendas verba contra dispensatione descendunt. Ecce Paulus Corinthios
docens eos quos in culpa divisionis aspiciens corruptos est dicens: Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei que data est
vobis in Christo Iesu quia in omnibus divites facti estis in illo. Multum perfecto laudat quos in Christo divites in omni
dicit. Et ecce adhuc blandimenta multiplicat dicens: In omni verbo et in omni scientia, sicut testimonium Christi in vobis confirmatum est,
sed acsi ope pergisset quod doctrina dictaverat et mox in laudis consummacione subiungit: Ita ut nichil vobis desit in
ulla gratia expectantibus revelationem Domini nostri Iesu Christi. I Corinthiorum I. Subdit beatus Gregorius dicens: Quo te Paule vestis tot favoribus
iam quo tendas exprima. Et ecce Paulo post sequitur scilicet capitulo eodem: Obsecro autem vos fratres ut idipsum dicatis omnes et
non sint in vobis scismata. Significatum enim est michi de vobis fratres mei ab hiis qui sunt Cloes, quia contentiones inter vos sunt,
de quibus contencionibus Paulo post subdidit dicens: Cum enim sit inter vos zelus et contencio nonne carnales estis et secundum hominem
ambulatis? Ecce in corde audientium quam blanda sermonis manu tactus districte increpationis vulnera apposuit. Prius

(Margin: se c. 3o)

Venerabilis domine doctor [illegible] magi-
stro [illegible] apud [illegible]
[illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] pariter. Et [illegible]
[illegible] vale [illegible]
Iohan[illegible] Costa[illegible]

nach superborum brachia student per blandimentorum vincula religare ut primo potius vulnus superbie sue corrigendum
manet. Exinit perfecto in vicinitatis et que laudari debuisset. et que argui. Pus itaque medicus prius sana medica
que circa vulnus erat laudando palpavit et primo putridum sinum vulneris ferendo tetigit. Ad quem in statu predicatoribus
ad utrumque aptum doctrine regula ponitur sim ut et vera facientes mitigat et prava audientes abscidat. Et circa hoc sit in ipso etc.
Eadem sumpta et eadem fere verba post eius sua glosatione hoc pro pe pus super exemplum de Eze quos in omni verbo et in omni scientia laudat
utrat quibus nichil deesse in ulla gratia dixerat paulisper loquens ad increpandum levitatem vicinas domus erga seipsos reprehendit
Et quorum prius salute postmodum vulnera patefacit. Pus etenim medicus vulnus scandi videt. Sed eger timenda esse appropiat.
sub palpat et subito percussit prius blanda manu lavans posuit et primo sic increpationis fecit. Nisi enim verecunde
malicie fuerit palpando reprehensione ita ut ex aliis rebus audiat quod in consolatione sumat per increpationem pertinget ad de-
precationem cadit. Et circa hoc Sic et iste episcopus quia in multis erat laudandus et in quibusdam increpandus et quia multum gravatus erat
persecutionibus pseudo apostolorum ideo ne desperaret ipsum prius laudat in quibus erat laudabilis et deinde increpatione subiungit
Et etiam ut docet quod magis est insistendum commendacioni quam increpacioni sicut ideo extendit laudem parce vituperii precautus.
Et etiam ut doceat quod magis commendacioni ... habeo adversum te pauca scilicet de quibus te arguendum scilicet quod caritatem primam reliquisti. Et dicit
premissa ergo commendatione dicit habeo adversum te pauca scilicet de quibus eos arguendum scilicet quod caritatem primam reliquisti. Et dicit
[illegible] premissa ... origo totius mali est ipsum malum ut aliqua bona reputanda sunt sine caritate I Cor XIII. Si caritatem
non habuero nichil sum. Videtur quod male premisit habeo adversum te pauca quia relinquere caritatem non est paucum. Item si Gregorius ... quia
ipsi tamen premisse adversum aliquid non est modicum sed multum. Et glosa ait: hic habeo aliquid adversum te scilicet quod tamen tue
ipsi tamen premisse ... ut pro tunc Rudeos prius quod ille episcopus cum studebat in primis ad eo perfectus fuit quod ex caritate in eo fervente solicite laborat
ergo ut patet. Incidere prius quod ille episcopus cum studebat in primis ad eo perfectus fuit quod ex caritate in eo fervente solicite laboravit
circa de salute persecutorum suorum adversarium. Postea vero repatus laboribus et tedis non tantum laboravit. Unde beleguaris ...
in initio ferventes fuerunt sed processu temporis tepescunt sicut Matthei XXIIII refrigescet caritas multorum qui sunt plures statue Nabuchodonosor
cuius caput erat aureum, pectus argenteum, tibie ferree, pedum quedam pars ferrea quedam fictilis Danielis II. Et ideo ait hic
eum reliquisse caritatem primam, quia in caritate accepta minus fervide vivat et quod neglegebat ait rebarbus. Unde non
quod caritas dicitur multis modis. Uno modo dicitur habitus infusus forma inherens voluntati quo mediante voluntas elicit perfectum actum meritorie di-
lectionis in via et premiatorie in patria. Aliter tenet speciem per similitudinem quod est vita meritata sed spiritus sanctus movens voluntatem ad
actum dilectionis sed magister non tenet. Secundum Romanos V. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et caritas
est amor boni secundum Augustinum de trinitate c. II. Secundo caritas dicitur motus interior seu affectus sequens sicut quod dicit Augustinus libro tertio de doctrina
christiana c. X caritas est motus animi ad fruendum deo propter se et proximo propter deum. Tertio dicitur caritas ipsum opus quod est secundum quod
dicitur quod unde caritate tua I Cor XIII. Certamini caritate fraternitatis invicem diligentes. Quarto dicitur fervor seu ardor ipsius
caritatis Romanos XII spiritu ferventes et ... et in caritate crescat et perficiatur. Unde ut caritas vera magis ac magis habundet
et hiis duobus ultimis modis loquitur hic de caritate scilicet quod reliquerat opera prima. Unde sequitur: et prima opera fac vel quod
reliquerat fervorem quem prius habuerat non quod dimiserit vel amiserit ipsum habitum caritatis. Ad sensum unde quod glosa loquitur
de contra large supposito. Patet dicit disparitate vel quod non dicit ordinationem ad finem intentum. Unde patet quod sit arguendi tepescere
ab operibus virtutum vel a fervore caritatis in operando in quorum persona dicitur Iob XXIX quis mihi tribuat ut sim iuxta menses
pristinos secundum quos custodiebat me. Id est aliquando mensis pro perfectione ponitur. Sic propheta ait et erit mensis ex mense perfectio, id est
erit in requie quibus nunc perfectio erit in operatione. Reminiscamur ergo perfectionis pristine redeuntes ad memoriam quanta
predicacionis vestre collectis manibus reportabamus. Nunc et si cognoscimus nos defecisse ingemiscamus et dicat unusquisque mecum ... de ... 20
Set contra videtur quod caritas semel habita non possit amitti. Si enim amittitur non amittitur nisi per peccatum. Sed ille qui habet caritatem non potest
peccare dicitur enim I Iohannis III. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit quia semen ipsius in eo manet et non potest peccare quoniam ex
deo natus est. Caritate autem non habent nisi filii dei. Ipsa enim est que distinguit inter filios regni et filios perditionis ut dicit Augustinus
in XV de trinitate. Ergo ille qui habet caritatem non potest eam amittere. Preterea dicit Augustinus in VIII de trinitate quod dilectio si non est vera non est
dicenda dilectio. Et sicut ipse dicit in epistola ad Iulianum comitem caritas que deficere potest numquam vera fuit. Ergo nec caritas fuit.
Ergo si caritas semel habetur numquam amittitur. Tertio Gregorius dicit in omelia Penthecostes quod amor dei numquam est ociosus. Operatur
enim magna si est. Si desinit operari non est caritas. Set nullus operando magna amittit caritatem. Ergo si caritas insit potest amitti.
Respondeo secundum doctorem sanctum II secunde q. XXIV. Per caritatem spiritus sanctus in nobis habitat. Triplex ergo possumus considerare caritatem. Uno modo ex parte spiritus
sancti monentis animam ad diligendum deum et ex hac parte caritas inpeccabilitatem habet ex virtute spiritus sancti qui infallibiliter operatur
quodcumque voluit. Unde impossibile est hec duo simul esse vera quod spiritus sanctus velit aliquem movere ad actum caritatis et quod ipse caritatem
amittat peccando. Nam donum perseverantie computatur inter beneficia dei quibus certissime liberantur quicumque liberantur ut dicit Augustinus
in libro de predestinatione sanctorum. Alio modo potest considerari caritas secundum propriam rationem. Et sic caritas non potest nisi id quod pertinet ad caritatis
rationem. Unde caritas nullo modo potest peccare sicut nec calor potest infrigidare et ut etiam iniusticia non potest bonum facere secundum Augustinum libro de sermone
domini in monte. Tertio potest considerari caritas ex parte subiecti quod est vertibile secundum arbitrii libertatem. Potest autem considerari comparatio caritatis ad
hoc subiectum et secundum rationem universalem qua forma comparatur ad materiam et secundum specialem rationem qua comparatur habitus ad potenciam. Est autem de ratione
forme quod sit in subiecto amissibiliter quando non replet totam potencialitatem materie sicut patet in formis generabilium et corruptibilium
quia materia horum sic recipit unam formam quod remanet in ea potencia ad aliam formam quasi non repleta tota materie potencialitate
per unam formam et ideo una forma potest amitti per acceptionem alterius. Sed forma corporis celestis quia replet totam materie potencialitatem
ita quod non remanet in ea potencia ad aliam formam inamissibiliter inest. Sic igitur caritas patrie quia replet totam potencialitatem
rationalis mentis in quantum scilicet omnis actualis motus eius fertur in deum inamissibiliter habetur. Caritas autem vie non sic replet
potencialitatem sui subiecti quia non semper actu fertur in deum. Unde quando actu in deum non fertur potest aliquid occurrere per quod caritas amittatur.
Habitui vero proprium est ut inclinet potenciam ad agendum quod convenit habitui in quantum facit id videri bonum quod ei convenit, malum autem quod ei
repugnat. Sicut enim gustus diiudicat sapores secundum suam dispositionem ita mens hominis diiudicat de aliquo faciendo secundum suam
habitualem dispositionem. Unde et Philosophus dicit in III Ethicorum quod qualis unusquisque est, talis finis videtur ei. Ibi ergo caritas habetur
inamissibiliter ubi id quod convenit caritati non potest videri nisi bonum scilicet in patria ubi deus videtur per essentiam que ipsa essentia bonitatis

et ideo caritas patriae non potest amitti. Caritas autem viae in cuius statu non videtur ipsa dei essentia bonitatis esse causa boni, potest amitti, et hoc est quod dicit 2° in vita caritate praedita amisisti seu reliquisti. Ad primum ergo dicendum quod amor illa loquitur secundum proprietatem spiritus sancti, cuius inspiratione apte homines redduntur quos ipse movet quando ipse voluit. Ad secundum dicendum quod caritas quae deficere potest, quia ipsa non est caritas vera; caritas non est, hoc cum esset sic licet in suo amore haberet quod ad tempus amaret et aliquo tempore postea desineret amare, quod non esset vere dilectio. Sed si caritas amittatur per mutabilitatem subiecti, contra propositum caritatis quod in suo actu includitur, hoc non repugnat veritati caritatis. Ad 3m dicendum quod amor dei semper magna operatur in proposito quod pertinet ad rationem caritatis, non tamen semper magna operatur in actu propter conditionem subiecti. Sic ait prosperus in libro de vita activa et contemplativa: caritas est, ut mihi videtur, recta voluntas ab omnibus terrenis ac praesentibus prorsus aversa, iuncta deo inseparabiliter et unita, igne quodam spiritus sancti a quo est et ad quem refertur incensa, inquinamenti omnis aliena, corrumpi nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia quae carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, divinae contemplationis avida, in omnibus semper invicta, summa bonarum actionum, salus morum, finis caelestium praeceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, sanctarum mentium anima, causa meritorum bonorum, sine qua nemo placuit, cum qua nemo potuit peccare, fructuosa in paenitentibus, laeta in proficientibus, gloriosa in perseverantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus, ex qua quicquid est operis boni viget. Et infra: haec enim virtus, scilicet caritas, quae pertinet spiritus sancti monetis vel conditio eius secundum propriam rationem non autem sed vitae quo ad eius statum conditio eius, quae pertinet subiectum, quod est vertibile in via secundum arbitrii libertatem quo quidem liberum arbitrium et si non inclinetur ad peccatum nisi per aliquem motum ad peccandum, caritas autem secundum rationem suam actu concludit omnem motum ad peccandum, tamen quod contingit quandoque quod caritas actu non agit et tunc potest intervenire aliquis motus ad peccandum, cui si consentiat, caritas amittitur, etiam per unum actum peccati mortalis. Ideo quod unum contrarium per aliud contrarium superveniens tollitur. Omnis autem actus peccati mortalis contrariatur caritati secundum propriam rationem quae consistit in hoc quod deus super omnia diligatur et quod homo se totum ei subiciat, omnia sua in ipsum referendo. Est ergo de ratione caritatis ut sic diligat deum quod in omnibus ei se velit subicere et praeceptorum eius regulam in omnibus sequi. Quicquid enim contrariatur praeceptis eius, manifeste contrariatur caritati, unde de se habet quod caritatem excludere possit. Et si quidem caritas esset habitus acquisitus ex virtute subiecti dependens, non oporteret quod statim per unum actum contrarium tolleretur. Actus enim non directe contrariatur habitui sed actui. Conservatio autem habitus in subiecto non requirit continuitatem actus, unde superveniente contrario actu non statim excluditur habitus acquisitus. Sed caritas cum sit habitus infusus dependet ex actione dei infundentis, qui sic se habet in infusione et conservatione caritatis sicut sol in illuminatione aeris, et ideo sicut lumen statim cessaret esse in aere si aliquod obstaculum poneretur illuminationi solis, ita etiam caritas statim in anima amittitur cum aliquod obstaculum ponitur influentiae caritatis a deo in animam. Manifestum est autem quod per quodlibet peccatum mortale quod divinis praeceptis contrariatur ponitur obstaculum infusioni praedictae, quia ex hoc ipso quod homo eligendo praefert peccatum divinae amicitiae quae requirit ut dei voluntatem sequamur, quibus est ut statim per unum actum peccati mortalis habitus caritatis perdatur. Unde dicit Augustinus 8° super genesim ad litteram quod homo deo sibi praesente illuminatur, absente autem continuo tenebratur, a quo non locorum intervallis sed voluntatis aversione recedit. Ad 3m: quamvis aliae virtutes theologicae, puta fides et spes, non excludantur per unum actum peccati mortalis, imo remaneant informes, tamen caritas non potest remanere informis, uno peccato mortali perpetrato. Ideo quod caritas importat unionem quandam ad deum, non autem fides neque spes. Omne autem peccatum mortale consistit in aversione a deo, secundum Augustinum, et ideo non omne peccatum mortale contrariatur fidei vel spei, sed quaedam determinata peccata per quae habitus fidei et spei tollitur, sicut per omne peccatum mortale habitus caritatis. Unde patet quod caritas non potest remanere informis cum sit ultima forma virtutum, ex hoc quod respicit deum in ratione finis ultimi etc. Secundum philosophum 8° ethicorum non quilibet amor habet rationem amicitiae, sed solum amor qui est cum benevolentia, quando scilicet sic amamus aliquem ut ei bonum velimus. Si autem rebus amatis non bonum velimus, sed ipsum eorum bonum velimus nobis, sicut dicimus amare vinum aut equum aut aliquid huiusmodi, non est amor amicitiae sed cuiusdam concupiscentiae. Ridiculum enim est dicere quod aliquis habeat amicitiam ad vinum vel ad equum etc. Sed nec benevolentia sufficit ad rationem amicitiae, sed requiritur quaedam mutua amatio, quia amicus est amico amicus. Talis autem mutua benevolentia fundatur super aliqua communicatione. Cum igitur sit aliqua communicatio hominis ad deum secundum quod nobis suam beatitudinem communicat, super hac communicatione oportet aliquam amicitiam fundari, de qua quidem communicatione dicitur 1 ad corinthios 1: fidelis deus per quem vocati estis in societatem filii eius. Amor autem super hac communicatione fundatus est caritas. Unde patet quod caritas est amicitia quaedam hominis ad deum fundata super communicatione beatitudinis aeternae. Haec autem communicatio non est secundum bona naturalia sed secundum dona gratuita, quia ut dicitur ad romanos 6: gratia dei vita aeterna. Unde et ipsa caritas excedit facultatem naturae. Quod autem excedit naturae facultatem non potest esse naturale neque per potentias naturales acquisitum, quia effectus naturalis non transcendit suam causam. Unde caritas neque naturaliter potest nobis inesse neque per vires naturales est acquisita, sed per infusionem spiritus sancti, qui est amor patris et filii, cuius participatio in nobis est ipsa caritas creata. Ideo vide

Gregorius omelia xi prima parte super ezechielem 3° fili hominis speculatorem dedi te domui israel, loquens de qualitate doctoris, ait: In ore doctoris magna debet esse cura atque consideratio locutionis. Pensare etenim debet quid cui, quando, qualiter, quibusque loquatur. Si vero unum horum deficit, locutio apta non erit. Scriptum quippe est secundum genesim x in translatione lxx: si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti. Ubi nimirum translationis huius, si bonum egeris, recipies, sin autem male, statim peccatum tuum in foribus aderit. Recte autem offerimus cum bono studio bonum opus agimus, sed recte non dividimus si hoc discretionis in bono opere postponimus. Considerare etenim debemus quid loquamur. Et in hoc paulus voce sermo vester semper in gratia sale sit conditus, et 1 ad corinthios ... Si enim qualiter, quid et quibus dicatur non vigilanter aspicitur, valde periculosum est. Videndum etenim mentes si quas forte culpas admiserint, leniter arguende sunt, quia si asperius increpentur, franguntur potius quam erudiantur. Alterum mentes aspere atque impudentes si increpatae leniter fuerint, ad maiores culpas ipsa lenitate provocantur. Ideo bonum in corinthios egregio praedicatore dixit, qui cum charismatos cognosceret per amorem partem in scismate divisos eorum valde consulens locutionem per gratiarum actione et laudibus coepit dicens: Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei quae data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita ut nihil desit vobis in ulla gratia exspectantibus revelationem domini nostri Iesu Christi. Subdit ergo: obsecro te paule sed iam

nichil deest eis cur eis scribendo fatigaris cur in longinquo positus loqueris. Subdit: Per semet ipsum rogo fratres. Quid eos laudat et eis gratiam affuit datam, factos in omnibus divites in omni verbo et in omni scientia, Christi testimonium id est quod de Christo moriendo et resurgendo testatum est in corpore vita confirmatum esse perhibet, et nichil eis deesse in ulla gratia testatur. Cur eos rogo credat quod paulo post corripiat quos ita laudat. Nam paulo post subiungit et dicit: Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri Jhesu Christi ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. Cum enim potuit tantam perfectionem tam quam laudabilibus scisma surripere? Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Cloes quia contentiones inter vos sunt. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicat ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephe, ego autem Christi. De quibus contentionibus paulo post etiam subdit: Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? Ecce quos in omni verbo et in omni scientia laudaverat, quibus nichil deesse in ulla gratia dixerat, prolixius loquens ad increpandum leniter venientes diversos erga se ipsos reprehendit. Et quia prius salutem premisit postmodum vulnera patefecit. Peritus etenim medicus vulnus secandum videns, quod egrum timidum esse conspiciens diu palpat et subito premit. Prius blandam manum laudis posuit et postmodum ferrum increpationis fixit. Nisi enim verecunde mentes fuerint palpando reprehensione vitant quia aliis verbis audiant quod in consolatione sumant. Per increpationem protinus ad desperationem cadunt. Sed numquid mentitus est Paulus ut prius eis nil deesse in omni gratia diceret, quibus postmodum dicturus erat veritate deesse? Absit hoc cum de illo talia vel desipiens credat. Sed quia erant inter Corinthios quidam omni gratia repleti et erant quidam in pravis favoribus confisi, cepit a laudibus perfectorum ut modesta increpatione ad reprehensionem pertingeret infirmorum. Et nichil quod ad medicinam cordis a medicina corporis usu discens. Nam cum ferendum vulnus medicus aspicit prius ea membra que circa vulnus sana sunt palpat ut postmodum ad ea que vulnerata sunt leniter palpando perveniat. Cum ergo Paulus perfectos in Corinthiis laudat, sana membra medicus imo vulnus tetigit. Cum vero infirmos de divisione reprehendit, vulnus in corpore pressit. Videamus tamen hunc ipsum qui tanta modestia atque mansuetudine ad corripiendos Corinthios ducitur, qualiter contra Galathas qui a fide discesserant erigitur. Nulla enim modestia paterne premissa, nulla locutionis dulcedine prerogata, eos quos a fide discessisse cognovit ab ipso epistole sue exordio increpando redarguit. Nam premissa salutatione sic cepit: Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in Christi gratiam, criminibus etiam in aperta increpatione post etiam subiungit: O insensati Galathe, quis vos fascinavit? Sciebat etenim dominus noster apta esset increpatione premisse ullo modo malum cognovissent quod egissent. Nam sepe hii qui impudentes sunt tantum se pressisse sentiunt quantum de ipsis que fecerint increpantur, ut maiores suas culpas estiment quas maior increpatio castigat et quas velut obiurgari viderint, maiores esse deprehendunt. Unde necesse est ut sic sermo predicantis cum auditorum debeat qualitate formari, ne aut verecundis aspera aut impudentibus lenia loquatur. Cum autem minorum sit hic verbi dei erogator faciat, cum etiam agricola qui semen in terra mittit prius terre qualitatem perpendit quibus seminibus apta videatur, et postquam qualitatem terre perpenderit, tunc semina spargit. Sic etiam in Apocalypsi facit beatus Iohannes scribens episcopo Ephesi et aliarum [illegible] tamen autem. Nam cum episcopus Ephesi fuit in multis commendabilis in paucis autem vel in se vel in suis subditis corrigendus, id premisit commendationem et subiungit increpationem. Sic etiam fecit in aliis scribendo episcopo Sardis, semper sue commendationi aliqua adiecit correctionem, dicens: Scio opera tua quia nomen habes quod vivas et mortuus es. Scribens angelo Laodicie: Scio opera tua quia neque frigidus es neque calidus. [illegible] vero habes pauca nomina et ut continuat glossa. Istud quod hic dicitur, potest ad subditos referri. Unde habetur sic continuat Ricardus superius locutus est sanctis, nunc loquitur reprobis qui ut dictum est super dicte in presenti vita boni et mali sunt inmixti. Ita quin eos alloquitur sermo divinus, habeo modicum adversum te id est adversus reprobos qui sunt in te, pauca scilicet reprehensibilia. Glossa: peccata subditorum ascribit prelatis qui negligentes fuerint circa correctionem eorum. Nam et Heli sacerdos licet bonus fuit in se tamen dampnatus est quia filios suos non correxit ut habetur 1 regum 2 de primo Heli. Similiter caritatem tuam primam reliquisti id est subditi tui quos tua neglegentia. Ecce reprehenditur et punitur prelatus propter peccata subditorum. Unde numerorum 25 dominus dixit ad Moysen: Suspende cunctos principes contra solem in patibulis qui peccaverunt populi. Iste Glossa Gregorius: Homines si hoc attenderent principatus non appeterent. Caritatem primam id est fidem dei et dilectionem sicut habuisti et subdidisti te delectationibus, secularibus et terrenis. Sic mulier deserit primum virum amorem et iungit se adultero. Dum enim a concupiscentia caritas dei inchoata repellitur, protinus cupiditas secularis introducitur, fit quod modo miserabili ut vix ad mediam illa sancti dei dilectio redeat cum hec mentem plene possederit. Ezechielis 3 dixit dominus ad Ezechielem: Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel et audies de ore meo verbum et annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris non annuntiaveris neque locutus fueris ut avertatur a via sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Gregorius super omelia in quibus verbis quid nobis innuitur quid solicite cogitandum, nisi quod ubi subditus ex culpa prepositi moritur, debetur quia a preposito et iniungitur admoneatur, ut prepositus sua culpa est qui verba vite non audiens ex sua culpa moritur subditus. Impio enim mors debetur, sed et a speculatore via vite intimanda est et eius impietas increpanda. Si vero speculator taceat ipse impius in iniquitate sua morietur, quia impietatis eius meritum fuit ut digna non essent ad que speculatoris sermo fieret. Sed sanguinem eius dominus de manu speculatoris requirit, quia ipse hunc occidit qui eum tacendo morti prodidit. In quibus utrisque pensandum est quantum sibi connexa sunt peccata subditorum atque prepositorum, quia ubi subditus ex sua culpa moritur, ibi is qui prepositus est quia tacuit reus mortis tenetur. Et in 20 quod liber actus apostolorum: sub sanguine suo predicator egregius quia dicebat

act xx

Mundus sum a sanguine omnium, non enim subterfugi quominus annuntiarem vobis omne consilium dei. Si enim non annuntiasset mundus a sanguine non esset, sed quia omne consilium dei annuntiare studuit ab eorum sanguine mundus fuit. Hoc id est per ea plene sanguis morientis de manu speculatoris requiritur qui peccantibus subditis culpe preposita sunt, tacuit reputatur. Propter quod ego dum in sermonibus hec attendens sermonem propero ad plebem inponens. Quotiens tamen pro verbis quod pro mea salute in verbis est aqua divinalis aspera predicatione confidentes quos perciperem debetis et patienter accipere, quia predicatio aspera egrotis medicata prodest et sanis ornata conponit. Non est enim hec quod pro [illegible] nobis speculator domui Israel dedi te. Et ideo quotiens vobis aqua dura pro salute anime vestre dico, conscientiam meam apud deum absolvo. Timeo enim Heli sacerdotis

exemplum qui audiens filios suos adulteria committere noluit eos aut cedere aut a commissione suspendere sed tantum leniter admonebat

unde una die dum multi de populo interficerentur duo filii eius occiduntur et archa testamenti capitur et ipse de sella cadens mortuus est

Ergo quantum malum sumptum est propter negligentiam sacerdotis. Et ideo dicit quod timeo fratres ne vobis importunum et frequenter clamare compellit [illegible]

Et ut ibi. Memor esto itaque. Ista est tertia particula partis secunde in qua ponitur ad penitentiam consultoria admonitio dicens Memor esto

unde id est de qua altitudine vel fastigio cecideris. Ut enim ait Leo cum cadit ab alto cadit sed tunc obicit quod amplificat casum ut [illegible]

quod est contra peccata. Sciendum quod loquitur de casu largo sicut Proverbiorum 24 septies in die cadit iustus. Vel loquitur ad reprobos in ecclesia ut [illegible]

Non enim est possibile quod a gratia recidit quem ita laudat Iohannes sed a quodam statu fervoris in quo prius fuerat antequam temptaretur.

Tunc karissime dicit memento unde cecideris id est a qua gratia separatus sis qui prius in conspectu splendore sanctitatis fulgebas. Et glossa dicit memor

esto unde cecideris scilicet a consortio fidelium quod est intelligendum ut prius. Et hoc in mitiori recogitatum Ecclesiastici 11 in die bonorum ne

immemor sis malorum sed sine hoc scilicet illud semper peccator debet frequenter meditari unde cecidit peccando et ubi et per quid

unde id est a quo statu vel dignitate quia a celo ubi erat spe cogitatione et motu. Item a favore dei et consortio angelorum et a primo [illegible]

ubi quia in terram ubi nichil cogitat nisi terrenum postquam adhesit in terra venter meus. Per quid quia per modicum impulsum venti superbie

vel modicam temptationem ipse [illegible] cecidit quasi folium unius. Unde Ysaie 14 Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris corruisti

in terram qui vulnerabas gentes. Item dicitur peccatori Baruch 3 Quid est Israel quod in terra inimicorum es inveterasti in terra aliena

coinquinatus es cum mortuis deputatus es cum descendentibus in infernum. Et sequitur causa quia dereliquisti fontem sapientie. Item dicitur Ieremie 2

Vide vias tuas in convalle et scito quid feceris. Item sequitur in littera Et age penitentiam scilicet affectu indeficienti plangendo commissa

peccata. Iob ultimo Auditu auris audivi te et sequitur Ideo me reprehendo et ago penitentiam. Hic autem penitentia secundum magistrum in quarto distinctione [illegible]

est gratia seu virtus qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus et odimus et plangenda iterum committere nolumus. Et accipitur

ista descriptio ex dictis doctorum. Dicit enim Ambrosius quod penitentia est mala plangere et plangenda iterum non committere. Et Gregorius [illegible]

penitere est ante acta peccata flere et iterum flenda non committere. Et Augustinus libro de penitentia dicit penitentia est quedam dolentis vindicta

puniens in se quod dolet commisisse. Et iste diffinitiones sanctorum bene videntur esse ordinate. Nam in qualibet istarum diffinitur penitentia per

genus obiectum et actum. Nam in diffinitione data per magistrum tangitur genus penitentie cum dicitur virtus, obiectum cum dicitur commissa mala, et actus in tertio

respectu. Sed in diffinitione data per Augustinum tangitur genus cum dicitur dolentis vindicta, actus cum addit puniens, obiectum cum addit in se quod [illegible]

Et licet utraque diffinitio sit bona tamen data per Augustinum multum est melior quia magis dat [illegible] quia penitentia non est [illegible] sed vindicta

Sed quod penitentia non includit planctum vel dolorem de peccatis commissis cum [illegible] assumit utraque diffinitio. Ambrosius quod stultum est dolere

de peccatis preteritis. Item Ambrosius quia magis videtur esse stultitia dolere de hoc quod impossibile est aliter se habere. Sed impossibile est et contradictionem

implicat preteritum non fuisse. Dicimus factum preteritum potest intelligi dupliciter. Uno modo prout est preteritum. Alio modo prout derelinquit preteritum

effectum. Modo dato quod aliquis sit [illegible] de preterito primo modo tamen non est vindicta de preterito secundo quia si effectus talis est deplorabilis

et dolorosus prudens est non stultus qui dolet de tali preterito ut relinquet in isto preteriti malo. Sed nunc ita est quod peccatum quamvis

sit preteritum tamen per ipsum peccator incurrit triplex malum scilicet anime maculam dei offensam et obligationem [illegible] quorum prudens homo

sed multum dolere de peccato preterito tempore commisso. Possumus etiam dicere quod licet prudens non doleat de eo quod impossibile est aliter se habere

voluntate absoluta potest tamen hoc facere voluntate conditionata puta sic dolet quod si non esset factum ipse amodo non faceret. Cuius

signum est quia se ultra de hoc cavere proponit quantum in se est. Ex quo patet quod si esset possibile redderet factum non esse [illegible]

Sed quod penitentia esse dolorosa. Unde Bernardus Dole quia creatorem tuum offendisti cuius legem celestia et terrestria [illegible] confessa [illegible]

tu solus peccatis recusas. Dole dolore acerrimo quia patrem offendisti qui te nutrivit [illegible] fecunditate [illegible]

Dole dolore acerrimo quia tantum benefactorem contempsisti qui dolorem pro te sustinuit ne dolorem [illegible] amplius sustineas [illegible]

Sed ergo dolor iste sit amore dei et desiderio eterne glorie cum ut ait Augustinus libro de vera et falsa penitentia sunt quos penitere penitet

propter supplicia futura. Displicet enim latum peccatum qui pati penam sed vero desit vindicta veniet ad crimina. Subdit

Ista penitentia non est ex fide procedens sterilis inutilis et sicut una hoc non purgat conscientiam nec lavat crimina in hac [illegible]

spes venie nec expectatio indulgentie. Subdit huic concordat qui consistens in morte non amore boni sed ut fugiat [illegible]

vel incommodum [illegible] Subdit sed quis de tali penitentia securus [illegible] et ad veniam de ista non contendit [illegible]

prohibit. Sed autem dolor apud penitentem lacrimis ostendi. Nam ut ait Ysidorus libro de summo bono nichil prius [illegible] culpam agnoscit

ut defleat. Nam secundum Augustinum libro de penitentia vera penitentia ad baptismi puritatem consistentem conatur adducere. Vere enim penitens

quamcumque sordem post purificationem contraxit [illegible] quod abluat saltem lacrimis mentis. Subdit sed pater durus est cuius mentis [illegible]

dolorem cordis nequit carnis declarare. Sed sciat se culpabiliter durum qui deflet [illegible] corporis vel anime mortem et

dolorem peccati non ostendit in lacrimis. Non est autem ut quis [illegible] se non habere fontem lacrimarum [illegible] doloris temporalium

Quare ergo penitet cum peniteat. Sed autem penitentia adeo esse dolorosa ut etiam dolor nunquam finiatur ut ait Augustinus [illegible]

Sed enim apostolus post baptismum commissa [illegible] plorent nobis super fiducia potius quid restat nisi plorare. Est enim penitentia

[illegible] in se ulciscendo quod committit peccando. Ille namque digne penitet qui se vindicat quod commisit et dolet

ut se puniat [illegible] Sed vero penitentia finitur quando relinquitur de venia [illegible] tandem gaudeat et spes de gratia

ubi enim finitur dolor deficit penitentia [illegible] dolor custodiat [illegible] se doleat et de dolore gaudeat. Hic autem

quidam sustentatur a penitentia [illegible] et sic finabitur [illegible] ut se doleat quamquam peccatum commissum ad

non orat pro peccato se usque ad mortem agere penitentiam [illegible] ut se doleat [illegible]

meditatio veniat. Unde dicit Ysidorus de summo bono [illegible] per penitentiam [illegible] peccatorum sine metu tamen hoc esse non debet quia pro

satisfactio [illegible] perpetrat iudicio non [illegible] prudentie [illegible] misericordia dei est occulta [illegible] necesse est. Neque

enim [illegible] penitente habere de peccatis securitatem. Nam securitas negligentiam parit. Negligentia autem sepe incautum ad vitia [illegible]

reducat. Unde Bernardus dicit in littera penitentiam age scilicet affectu indeficienti plangendo commissa peccata. Et sequitur in littera Et prima opera fac

id est [illegible] Matthei 3 facite dignos fructus penitentie. Nam secundum [illegible] peccatis [illegible] summopere cogitandum est ut qui se

Respondeo secundum eundem doctorem ubi supra questione [illegible]. In operibus virtutum duo sunt attendenda scilicet id quod fit et modus faciendi. Contingit autem id factum quod fit secundum aliquam perfectam virtutem fieri etiam non solum ab habente parvam virtutem sed etiam ab non habente virtutem sicut ab non habente iustitiam potest fieri aliquod opus iustitie. Sed si attendatur modus faciendi ille qui non habet virtutem non potest operari sicut ille qui habet. Nec ille qui habet parvam sicut ille qui habet magnam qui operatur faciliter prompte et delectabiliter quod non ita facit ille qui caret virtute vel qui parvam habet. Sic ergo dicendum est quod hoc opus quod est offerre se martirio et martirium sufferre potest facere non solum caritas perfecta sed etiam imperfecta et quod plus est etiam ille qui caritate caret secundum illud apostoli i Corinthiorum xiii Si tradidero corpus meum ita ut ardeat caritatem autem non habeam etc. Sed caritas perfecta facit hoc prompte et delectabiliter sicut patet de Laurentio et Vincentio qui in tormentis hilaritate gaudebant. Hoc autem non potest facere caritas imperfecta vel etiam ille qui caritate caret. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Tunc ibi Ecce missurus est diabolus etc. Ponitur adhortatio ut non habeant passionis et mortis timorem ostendit autem diabolum illarum tribulationum esse auctorem dicens Ecce missurus [illegible] possit cum Christus ille quereret quid qui vel unde passurus sit tribulationes. Et dicens videlicet Ecce sum bonum vel in proximo vel in futuro tempore missurus est diabolus ex vobis in carcerem. Diabolus enim instigator tentator vel deceptor [illegible] secundum [illegible] capitulo [illegible] Tamen missurus est per se suggerendo et per suos satellites videlicet tyrannos scilicet Neronem et alios. Et scilicet Christo vobis [illegible] secundum Haymonem liquido iam claret diversas in uno angelo personas alloqui. Premisit enim divina vox quod ad unum loquens Nichil horum timeas que passurus es. Nunc vero adiungit tamen ad multos Ecce missurus est diabolus ex vobis. Et addit in carcerem etiam quod quidam tamen dicat apostolus loquens de sanctis Hebreorum xi Lapidati sunt secti sunt in occisione gladii mortui sunt quia ergo hic nominat carcerem tamen videtur enim divinitate nominare. Respondeo secundum Haymonem et glossam quod nomine carceris intelliguntur omnes passiones tribulationum quas sancti perpessi sunt a diabolo per membra sua diversis modis eos cruciantur recludens in carceribus ac variis afficiens tribulationibus. Quod autem non ait missurus est diabolus vos in carcerem sed ex vobis non ad omne corpus angeli pertinet quod constat ex sanctis et reprobis sed illos tamen dat intelligi qui ex illatis tribulationibus victores consistunt. Dicit ergo Ecce scilicet missurus est diabolus modo dicto scilicet per membra sua ex vobis in carcerem id est in diversis afflictionibus. Ut temptemini id est per temptationem probemini sicut aurum in igne probatur. Ecclesiastici xxi Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio. Vel ut temptemini id est ut purgemini a rubigine peccatorum. Proverbiorum xxv Aufer rubiginem de argento et egredietur vas purissimum et per temptationes victores effecti coronemini secundum illud Iacobi i Beatus vir qui suffert temptationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Et habebitis tribulationem x diebus. Secundum Haymonem per x dies quibus etiam tribulantur omne presens tempus intelligitur in quo decalogi mandata sunt necessaria et potentium. Sicut enim ubi gerenda mittes quibus imperator milites contra hostes eos omni genere armorum munit sic deus omnipotens mittens electos suos ad bellum in hunc mundum contra demones vel perversos homines decalogi mandatis eos instruxit quibus muniti possunt eis resistere et quia decalogum habent ratio in promptu sunt parati. Recte ergo dicitur habebitis tribulationem diebus x ac si dicatur nolite querere in bello vite presentis requiem quia contra temptamenta mundi sive aperta sive occulta x preceptis tanquam milites armamini. Neque enim gaudendi locus est ubi vita hominis temptatio est. Ricardus autem dicit ut Beda in originali decem temptationes ad persecutiones gentilium refert et putat a Nerone Cesare usque ad Dyocletianum [illegible] quo sit ipse viderit tamen hoc dicit. Potest autem et hic denarius numerus aliter intelligi. Cunctis enim legentibus liquet tribus temptationibus primo [illegible] primum hominem a serpente in paradiso temptatum ac superatum quibus etiam tribus modis [illegible] secundum hominem temptato succubuit id est avaritia vana gloria et cupiditate. Contra quas [illegible] temptationes [illegible] diminutat etiam septenarius autem numerus ad presens tempus refertur quod septem diebus volvitur. Tamquam in omni tempore vite huius trina ista temptatio non potest deesse in quibus tota vita potissimum obtinet principatum. Et quia presens mortalis vita per septem dierum circula volvitur recte x dierum numero presentis temporis tribulationes exprimuntur. Hac enim trina temptatione septem diebus applicita denarius numerus adimpletur. Dicatur igitur electis habebitis tribulationem x diebus acsi diceretur usque presens vita finiatur que per vii dies evolvitur contra diversas temptationes que in tribus suum maxime obtinent principatum certamen habebitis. Vel secundum Augustinum in originali per x dies totum tempus intelligitur quia denarius est numerus perfectus in quo populus per multas tribulationes intrat in regnum celorum. Vel per x dies id est in multos ut finitum ponatur pro infinito. Genesis [illegible] Circumvenisti mercedem meam x vicibus. Et Iob xix En decies confundistis me [illegible]

[illegible]

[illegible]

Ista tamen probacio non est quod intencio diaboli qui non intendit tribulatorum bonum sed quod intencio dei qui quod malis fit elicit bonum 2 quod
sevicia tyrannorum eliciunt pacienciam et coronam martirum. Unde dicit Augustinus de civitate dei libro 18 capitulo 51 [illegible] princeps impie civitatis [illegible] babilo-
nice adversus pugnante in hac vita civitate dei [illegible] ipsa commonendo nichil ei nocere permittitur cui proculdubio et rebus prosperis consola-
cio ut non frangatur adversis et rebus adversis exercitatio ut non corrumpatur prosperis [illegible] provideatur [illegible] ita temperatur utrumque
ab alio ut in psalmo illa voce non aliunde cognoscatur exorta secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificaverunt
animam meam. Hinc est et illud apostoli spe gaudentes in tribulacione pacientes Romanorum 12. Et paulo ante dicit quippe verus katholicus
nec [illegible] malo suo possunt mali [illegible] ut utitur et malis bonum et diligentibus enim deum omnia cooperantur in bonum Romanorum 8. Inimici enim omnes ecclesie
quolibet errore cecati vel malicia depravati si accipiunt potestatem corporaliter affligendi exercent pacienciam si tantum male sentiendo
adversantur exercent eius sapienciam ut autem eciam inimici diligantur exercent benivolenciam aut eciam beneficenciam sive suadibili doctrina
cum eis agatur sive terribili disciplina. Et sic tribulacio ornamentum [illegible] dicit. Et habebitis tribulacionem per dies [illegible] Nicolaus lira refferendo ad eccian [illegible]
cum eis agatur sive terribili disciplina [illegible] forte tantum durat persecucio sive [illegible] ecclesie. Refferendo
per decem dies [illegible] per [illegible] multis modis [illegible] ~~applicando ad precepta decalogi [illegible]~~
ac ad tribulacionem ecclesie generaliter sic potest exponi [illegible] non ullus visus est vel videtur non amplius eciam passuram
Augustinus libro 18 capitulo 52. Licet [illegible] quidem temere puto esse [illegible] numerum sit ab antiquo [illegible] quidem computant
persecuciones usque ad tempus antichristi quod quam iam passa est ecclesia [illegible] numerum fit ab antiquo primam quidem computant
a Nerone que facta est secundam a Domiciano a Traiano terciam quartam ab Anthonio a Severo quintam sextam a Maximino
a Decio septimam octavam a Valeriano ab Aureliano nonam decimam a Dyocleciano et Maximiano. Plagas enim egiptiorum
quam [illegible] fuerint antequam exire inde inciperet populus dei putant ad hunc intellectum esse referendas ut novissima antichristi persecucio
illud videatur undecime plage qua egipcii dum hostiliter sequerentur hebreos in mari rubro populo dei transeunte
perierunt. Sed ego per illas res gestas in egipto istas persecuciones prophetice significatas esse non arbitror [illegible]
putantur [illegible] illa singula singulis comparata videantur non prophetico spiritu sed coniectura mentis humane
que aliquando ad verum pervenit aliquando fallitur. Et postea facit multas instancias de variis persecucionibus aliis ab istis puta sub
Herode Juliano Valente fratre Valentiniani [illegible] Valens fuit occisus. Rege gothorum [illegible] persecucione in persidem [illegible]
[illegible] non videtur esse diffiniendus numerus persecucionum quibus exerceri oportet ecclesiam sed rursus affirmare
aliquas futuras a regibus preter illam novissimam de qua nullus ambigit christianus non minoris est temeritatis [illegible] in medio
relinquimus neutram partem [illegible] astruentes sive destruentes sed tantum ab affirmandi quodlibet horum audacia presumptione
revocantes. Illam sane novissimam persecucionem que ab antichristo futura est quam presencia sua ipse extinguet ihesus sic enim
scriptum est quod interficiet eum spiritu oris sui et evacuabit illuminatione presencie sue 2 Thessalonicenses 2. Vel [illegible] ut per x [illegible] refe-
rantur ad x regum persecuciones ut sit sensus habebitis persecuciones per dies x id est tempore quod fuerunt sub x principibus romanis qui
signantur per bestiam que habebat cornua x Daniel 7. Unde dicit hanno [illegible] ut beda in originali [illegible] ad x persecuciones
[illegible] et putantur a Nerone cesare usque ad Dyoclecianum [illegible] videntur [illegible] dicit Augustinus libro 18 capitulo 52.
[illegible] aliter potest ista tribulacio intelligi applicando eam ad precepta decalogi [illegible] per x dies quibus eciam tribulacionem [illegible]
Job 19 En decies confunditis me [illegible] per [illegible] ad tempus eciam [illegible] verba referuntur liquet quod magnum
est eius gaudium [illegible] decalogi precepta [illegible] decies [illegible] confundunt [illegible] precepta decalogi
[illegible] delinquunt et tociens bonum confusionem faciunt quociens in suis actibus divinis verbis obsistunt. Et notandum quod non dicit habebitis
sed habebitis in quo notatur quod omnibus tribulatis loquitur generaliter. Item dicit diebus et non noctibus quod bonum tribulacione illuminatur et
videt bona que fiunt per eam ysaie 26 In tribulacione murmuris doctrina tua est quod ubi mali murmurant boni illuminantur et docentur.

Tunc ibi Esto fidelis – postquam predixit persecucionem futuram hic consequenter hortatur ad perseveranciam in bono adiungendo eciam premii
promissionem [illegible] Esto fidelis [illegible] ita dicit quod habebitis tribulacionem [illegible] quecumque contingat esto fidelis id est firma perseverancia in fide.
Vir enim fidelis multum laudabitur proverbiorum 28. Et ecclesiastici 21 In tempore tribulacionis permanet fidelis. Igitur esto fidelis id est firma fide
vel perseverancia in fidelitate quam deo promisisti in baptismo 1 Corinthiorum 16 vigilate state in fide viriliter agite. Esto fidelis deo sicut uxor
viro ut nulli alteri adhereas Osee 2 Sponsabo te michi in fide. Sicut sumus [illegible] et res eius bene colligas custodias et dis-
penses hinc [illegible] est fidelis [illegible] 1 Corinthiorum 4 hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Item sic amicus
amico ut eum omni tempore diligas et in tempore necessitatis non delinquas. Ecclesiastici 6 Amicus fidelis fortis protectio qui invenit illum invenit
thesaurum. Quod amico fideli nulla est comparacio et non est digna ponderacio auri et argenti contra bonitatem fidei illius. Et hoc debes
facere usque ad mortem sed inclusive quod eciam propter mortem non debet quis fidem prodere sed mortem pocius sustinere quam fidem abnegare
[illegible] usque ad mortem eciam permissi Romanorum 8 Quis nos separabit a caritate christi tribulacio etc mors etc. Certus sum quod neque mors etc.
[illegible] hic commendat apte ad quod decem dies protungat quod ad omne tempus exigitur fides electi [illegible] hoc autem dicit
et generaliter omni ecclesie et specialiter unicuique fideli [illegible] hic est quod dicitur in evangelio [illegible] perseveravit usque in finem hic salvus
erit Mathei 10 et 24. Esto itaque fidelis usque ad mortem et inter multas pressuras inter innumeras clades [illegible] victorie triumphum
attende. Corona enim hic dicitur [illegible] super [illegible] dicit qui fuit mortuus et vivit. [illegible] noli fidem regis relinquere
quia si meam toto belli tempore dimicaveris post mortem meam coronaberis id est regnandi sorte accipies. Nunc enim est tempus decertandi
tunc autem coronandi. Unde subditur. Et dabo tibi coronam vite id est eciam gloriam pro premio quod sub premium fiat. Nomine corone propter inor-
[illegible] propter vite regalis excellenciam propter triumphalem victoriam propter inestimabilem indeficienciam et propter eius undique affluenciam.
Corona enim ipse est regum sive pontificum et victorum et est circularis ut sine principio et sine fine et undique cingit caput et io
[illegible] erit [illegible] ysaie 28 In die illa erit dominus exercituum corona glorie et sertum exultacionis residuo populi sui. Et eiusdem
62. Et eris corona glorie in manu domini et dyadema regni in manu dei tui. Jacobi 1 Beatus vir qui suffert temptacionem
quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Et ad Timotheum 2 Non coronabitur nisi qui legittime certaverit. Et ad hoc nos hic hortatur
tolerancia namque triumphorum corona eterna pugna modica merces immensa pena levis gloria inestimabilis [illegible]. Quandoque in
persona inferiori sed deficientium in persecucione dicit Job 19 Abstulit coronam de capite meo super quo Gregorius libro 19 moralium capitulo 9
dicit Sicut caput prima pars est corporis ita principale interioris hominis meus est corona victorie premium est quod desuper ponitur
ut qui bene certavit remuneretur. Coronam ergo multi adversitatibus pressi mente in etate perdiderunt in eis scita eciam quasi

coronam de capite amittit. Corona quippe in capite est superna remuneratio in mente. Et sunt plerique qui dum adversitatibus [illegible] affliguntur, superna premia cogitare negligunt, ad perfectionem victorie pervenire non possunt. Hii talibus itaque coronam de capite auferunt, quia supernum et spirituale premium de cogitatione mentis tollunt, ut potiora iam tranquilla appetat et etiam premia que cogitare consueverat non requirat. Sed Christus precipit quod vincere in persona ista dicit: Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite, scilicet vitam eternam vel i. florem semper virentem, qualis non est corona mundi de qua Sap. 2. Coronemus nos rosis antequam marcescant, i. florem mundano arte pictum, Ysa. 28. Ve corone superbie ebriis Effraym flori decidenti. Rose sunt flores de quibus fit corona mundana, scilicet divicie temporales delicie carnales et honores seculares, de quibus Ier. 48. Date florem Moab quia flores quidem ullius sensus fructum. Hanc coronam dat mundus suis fautoribus, sed pariter dat Christus suis victoribus, et tunc ego bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, de reliquo reposita est michi corona iusticie quam reddet michi Dominus in illa die iustus iudex, 2. ad Thimotheum 2o. Filius scriptorum simul et vitam coptam quam Deus daturus est hiis qui fidem suam numquam dimittaverunt. Per hanc coronam eternus est constanter. Et sequitur epistole conclusio.

Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit non ledetur a morte secunda, et cetera. Posito exordio et narratione ponitur conclusio epistole, et ibi duo: primo audiendi dicta exhortatio et modi audiendi insinuatio. Secundo perfecte audiendi et audita observandi promissio, ibi: Qui vicerit. Primum ad primum dicit: Qui habet aures scilicet corde vel intellectus audiat, i. intelligat, quid spiritus dicat ecclesiis. Non audiat quod dicat dyabolus Gen. 3. Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dii scientes bonum et malum. Contra illos qui volunt habere vel semper vivere. Ieronimus: Qui semper studet sic et numquam vivere. Non audiat quod mundus dicit Sap. 2o. Venite fruamur bonis que sunt et utamur creatura tamquam in iuventute celeriter. Vino precioso et unguentis nos impleamus et non pretereat nos flos temporis et cetera. Nec audiat quod caro dicit, Ysa. 30. Comedamus et bibamus, cras enim moriemur. Sed audiat quod spiritus dicat ecclesiis. Est ecclesia malorum de qua ps. Odivi ecclesiam malignancium, et huic spiritus dicit arguendo et comminando, Ioh. 16. Cum venerit ille spiritus veritatis arguet mundum de peccato et de iusticia et de iudicio. Est et ecclesia iustorum de qua Mat. 16. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et huic spiritus dicit consolando et erudiendo. Ps. Audiam quid loquatur in me Dominus quoniam loquetur pacem in plebem suam. Est et 3a ecclesia beatorum de qua ps. Laus eius in ecclesia sanctorum, et huic loquitur omnia sua secreta revelando, sicut dicit ipse Ioh. 15. Vos autem dixi amicos meos quia omnia que audivi a Patre meo nota feci vobis. Secundum ad secundum dicit quod spiritus dicat ecclesiis subdit omnibus perfecte audiendi et audita observandi promissio. Qui vicerit, scilicet temptationem dyaboli, carnis incentiva, mundi persuasiva, impetum persecutorum et cetera, non ledetur a morte secunda, i. dampnatione perpetua. Autem Hayno dicit quod tres sunt mortes, scilicet carnis qua anima a corpore separatur. Et peccati sive culpe qua Deus ab anima disiungitur. Et eterne dampnationis qua anima perpetuo cruciatur. Videtur quod debuisset dixisse a morte tercia, non a secunda. Et ad istud dicendum quod de hiis agit tantum duobus que vocantur de morte, scilicet peccati et eterni supplicii, nam ista mors que est carnis non est dicta mors comparatione aliarum duarum, sed et sopor vel dormicio, dicitur 1 Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus. Mors itaque prima que ledit peccatum est. Huic itaque que ledere possit nulla alia nisi eterna dampnatio succedit. Ideo post missa prima que non ledit illa debuit vocari secunda que post peccatum ledit. Dicit ergo: Qui vicerit non ledetur a morte secunda, i. qui mortem peccati in hoc tempore animas necessitate superaverit, ad lesionem eius que post hanc et animas et corpora sine fine cruciat non perveniet, que mors semper occidit et numquam ad interitum pertingit. De qua in ps. dicitur: Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. In lesionis enim verbo inferiorum debet intelligi corruptio. Ledi enim non potest nisi quod corruptioni subiacet, et ideo ait: Non ledetur a morte secunda. De hac dicit Augustinus in Enchiridion c. 93: Quia infelix mori non sinitur, ubi mors ipsa non moritur. De hac dicit Augustinus 19 De civitate Dei in fine: Quia mors secunda dicitur quia nec anima ibi vivere dicenda est que a vita Dei alienata erit, et corpus eternis doloribus subiacebit, ac per hoc ideo durior, quia morte finiri non potest. De hac dicit idem Augustinus 21 De civitate Dei c. 3: Mors prima animam nolentem pellit a corpore, mors secunda animam nolentem tenet in corpore. Infra 21: Pars illorum in stagno et sulphure ardenti quod est mors secunda, scilicet tam corporis quam anime. De hac dicit Leporius: Dicitur per hoc: Qui peccat in me ledit animam suam. Notandum lepra quamdiu anima est in corpore sanabilis est, sed ut Sap. 1. Sanabiles fecit naciones orbis terrarum. Sed postquam exiit a corpore fit insanabilis. Ysa. 27. Ablata est messis in die hereditatis et dolebit graviter. Et Ierem. 30. Plaga inimici percussi te castigatione crudeli. Quid clamas ad me super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tue dura facta sunt peccata tua. Fecit hoc tibi. Pro qua mors hec adversis ledit tum propter penarum acerbitatem, Apoc. 21. Ite maledicti in ignem eternum, tum propter penarum acerbitatem, diuturnitatem et perhennitatem. Ps. Tu Deus deduces eos in puteum interitus. Propter enim quod dicit deduces, notatur diuturnitas penarum quia de pena in penam ducentur. Unde Iob 24. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium. Propter autem quod dicit in puteum notatur perhennitas, quia inde exire non possunt qui semel illuc ceciderint. Qui vicerit ergo non ledetur a morte secunda. Curat hic sanari a lesione prime mortis et ostendat samaritano plagas suas qui curabit eas infundens vinum compunctionis et oleum consolationis, Luc. 10. 3 Reg. 8. Si quis cognoverit plagam cordis sui et expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in celo in loco habitationis tue et propiciaberis. Et Augustinus dicit: Ne vix est pane infatuationis inter que plagis corpus a quo recessit anima et animam a qua recessit Deus non plangis. Esto fidelis usque ad mortem et cetera.

Sermo beati Augustini in libro De fide ad Petrum: Sine fide nulla potest prodesse immo nec esse conversio, apostolica quidem auctoritas dicit quod sine fide impossibile est placere Deo. Fides namque est omnium bonorum fundamentum. Fides est humane salutis initium. Sine hac nemo potest ad filiorum Dei numerum pertingere, quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquam iustificationis gratiam consequitur, nec in futuro vitam possidebit eternam. Et si quis hic non ambulaverit per fidem, non perveniet ad speciem. Sine fide omnis labor hominis vacuus est. Tale quippe est ut sine vera fide quisquis velit Deo per contemptum sceleris placere, quale si quisquam tendens ad patriam in qua se scit beate esse victurum relinquat itineris rectitudinem et imprudens sectetur errorem, quo non ad beatam civitatem perveniat, sed in precipicium cadat, ubi non gaudium pervenienti datur, sed cadenti interitus infertur. Hec ille. Propterea quod per fidem est initialis preparacio mentis dispositiva, tum quod per fidem est effectualis operacio salutis inductiva, propter quod non immerito dicitur huic episcopo: Esto fidelis usque ad mortem. Primum patet quia fides katholica est virtutum initium et universe salutis fundamentum, quo qua tota spiritualis edificii consurgit pulcritudo. Unde Augustinus: Omnem pulcritudinem super locavit sicut in radice arboris nulla pre sui apparet pulcritudinis species, quicquid tamen arbor habet pulcritudinis et decoris, hoc totum ex ipsa radice consurgit. Sic ex humilitate fidei quicquid initii quicquid rectitudinis anima susceptiva est ex ipsa tamquam ex fundamento procedit. Cum generat Dominus Lincolniensis dicto suo 100. In radice namque fidei qui incisi sunt virtutum flores nondum in se plene formati. Ibi namque quedam est pictura florum qui maturi erunt in [illegible]

ubi iustus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. Et beatus Gregorius in moralibus c. 23 exponens illud Job primo: Cum quadam die filii et filie
eius comederent et biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, dicit: In electorum corde post bonorum sequentium sapientia nascitur atque hec per
donum spiritus quasi primogenita proles profertur, que profecto sapientia nostra fides est, propheta attestante qui ait: Nisi credideritis non intelligetis,
Ysaie vii. Tunc enim vere ad intellectum sapimus cum cuncta que conditor dicit credulitatis nostre fide premimus. In domo ergo fratris primogeniti convivantur
filii, cum virtutes relique epulantur in fide, que si non prima in corde nostro gignitur, reliqua quecumque bona esse non possunt etiam si
bona videantur. In domo fratris primogeniti convivantur filii, cum virtutes nostre in habitaculo fidei sacri eloquii cibo satiantur; sicut scriptum est:
Sine fide impossibile est placere deo. Tunc ergo virtutes nostre veras epulas vite sumunt, cum initium fidei sacramentis incipiunt. Et idem:
Sicut super fundatum fabrica, sic super fidem opera constituuntur. In hoc ergo summe cavendum est ne pro tali radice tales quasi fundatos umbra
eius aut pulchritudo teneat, pro eo quod non omne quod speciem aut pulchritudinem profert fidei, soliditatem eius atque firmitatem tenet.
Pertinet de quibusdam speciebus declarans beatus Gregorius dicit: Sunt quidam oculos suos aperientes in fide, sed non videntes in opere; intus etiam
positi pia spe, sed quod etiam invenit impia conversatione, de quibus scriptum est: Vidi impios sepultos qui cum adhuc viverent
in loco sancto erant et laudabantur in civitate quasi iustorum operum. Multos etiam peste ypocrisis pravitatis obsessos ipsa tranquillitas
ecclesiastice pacis abscondit, quos dum ventus persecutionis aura pulsaverit, mox de area velut paleas tollit. Secundum
ideo Romanis vocatione significatur: quia pro nomine sublimitatis exaltatio ... fideles videri appetunt, et pro eo quod alios hoc
vocari cernunt ipsi non videri fideles erubescunt, sed esse negligunt quod dici gloriantur. Veritatis intime ad decorem
sumunt visionis exterius. Et qui ante supernum iudicem intus conscientie infidelitate consistunt, ante oculos humanos professione facta
[illegible] palliantur. Tertio caveant quam pleno consensu nomine ne tam debili et instabili veritatis fundato, sed si volunt
esse veri Romani, necesse est quod fidem cordis ore confidenter confiteantur. Secundo quod fidei meritis fructus operum consequantur. Tertio quod fides super
vehementi temptatione non vincatur. Quod innuit in littera cum dicit: Esto fidelis usque ad mortem. Primum probat fidei fulgorem, secundum fidei
virorem, tertium fidei vigorem. Primum quod spectat ad fidei fervorem est quod fidem cordis ore fidenter confiteantur iuxta doctrinam apostoli
ad Romanos x: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Unde Christus Luce xii ait: Omnis qui me confessus
fuerit coram hominibus. Cum mens ypocrite non confitetur coram hominibus non prodest ei quod corde credat in Christum, nam radix confessionis
fides est cordis, confessio autem oris fructus est fidei. Sicut ergo quando radix in terra est viva necesse est ut producat aut fructus
aut folia; si vero non produxerit intelligitur sine dubio quod radix corrupta est. Sic quando fides in corde est integra necesse est
ut germinet confessionem in ore. Si sufficit Christo quod cognoscis eum et si confessus eum non fueris coram hominibus, sufficit et tibi cognitio eius
etiam si non confessus fuerit te coram angelis dei. Si vero non sufficit tibi cognitio eius, nec tibi sufficit fides tua. Si enim sufficeret fi-
des cordis, deus creasset tibi cor tantum; unde autem creavit tibi et os tuum, ut quod corde credis ore confitearis. Et hoc in eius signum
cum apostoli essent fructuosissime fidei, loquebantur variis linguis magnalia dei, Act. 2. Petrus etiam et Iohannes prohibiti ne loquerentur
in nomine Ihesu iudeis dixerunt: Non possumus que vidimus et audivimus non loqui, Act. 4. Petrus etiam interrogatus a Christo quem
dicerent esse filium hominis, pre ceteris respondens ait: Tu es Christus filius dei vivi, plenam faciendo confessionem de humanitate Christi atque
divinitate; que confessio quam laudabilis quam gloriosa vere fuit dominus ostendit cum dixit: Beatus es Symon bar Iona quia caro et sanguis non re[velavit tibi]
et ego dico tibi quia tu es Petrus, id est confessor vere fidei, et super hanc petram, id est huius veritatis firmitatem, edificabo ecclesiam meam. Mt 16.
Non tamen quod secundum doctorem sanctum in 2a 2e q. iii ar. 2: Ea que sunt fidei necessaria ad salutem cadunt sub precepto divine legis. Confessio autem fidei
cum sit quoddam affirmativum non potest cadere nisi sub precepto affirmativo. Unde confessio est de necessariis ad salutem, quomodo potest cadere sub pre-
cepto affirmativo divine legis. Precepta autem affirmativa non obligant ad semper, etsi semper obligent. Obligant autem pro loco et tempore et secundum
alias circumstantias debitas secundum quas oportet actum humanum limitari ad hoc quod sit actus virtutis. Sic ergo confiteri fidem non semper neque
in quolibet loco est de necessitate salutis, sed aliquo loco et tempore, quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus deo vel etiam
utilitas proximis impendenda, puta si quis interrogatus de fide taceret et ex hoc crederetur quod vel non haberet fidem vel quod fides non
esset vera, vel alii per eius taciturnitatem averterentur a fide. In huiusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis. Unde communis fidem
aliis patefacere spectat ex officio illis qui alios habent in fide instruere; tamen in casu necessitatis ubi fides periclitatur quilibet tenetur fidem
suam aliis propalare vel ad instructionem aliorum fidelium sive confirmationem vel ad reprimendum infidelium insultationem; sed aliis temporibus
instruere alios homines de fide non pertinet ad omnes fideles. Et si turbatio infidelium oriatur ex confessione fidei manifesta absque
aliqua utilitate fidei vel fidelium, non est laudabile in tali casu fidem publice confiteri. Unde dominus dicit Mt. vii: Nolite sanctum
dare canibus neque margaritas spargere ante porcos ne conversi dirumpant vos. Sed si utilitas aliqua speretur fidei vel necessitas
adsit, contempta turbatione infidelium, debet fidem publice confiteri. Unde dicitur Mt. xv quod cum discipuli dixissent domino quod pharisei
audito eius verbo scandalizati sunt, dominus respondit: Sinite illos, scilicet turbari, ceci sunt et duces cecorum. Secundum probat fidei virorem,
est quod fidei meritis fructus operum consequantur, quia fides sine operibus mortua est, Iacobi 2. Unde Christus super ait: Omne [illegible] sicut enim
lampas ex oleo non succenditur sed ab igne, per oleum tamen nutritur, et nisi oleum ei subministratum cito extinguetur, sic et
fides nostra non ex operibus succenditur sed ex verbo dei secundum apostolum Ro. x, per bona tamen opera nutritur, et nisi bona ei subministrentur
opera cito deficiat et extinguitur. Sic olim fide viva, ut dicit beatus Augustinus in quodam sermone de passione, non solum virorum sed et
mulierum, postremo puerorum et puellarum mira et innumerabilis sanctorum relucebat multitudo. Sic Petrus apostolus fidem quam corde
tenuit opere ostendit, cum ut inquit Strabus [illegible] super ait: Cum Christo in monte ascenderet inter primos primus ascendit, solus in
passione sequitur, et Petrus negationis quod repentino timore commiserat lacrimis suis amaris abluit etc. Tertium probat fidei
vigorem est quod fides supervenienti temptatione non vincatur. I Ioh. v: Hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Et Christus [illegible] super
omne [illegible] sicut enim mulier quamdiu admonita non fuit a malis hominibus non bene cognoscitur utrum sit casta; sed si admonita
castitatem viro suo servaverit, tunc vere casta laudatur. Sic fides nostra non bene cognoscitur nisi cum venerit antichristus [illegible] quis dicat
cum in adventu eorum constans in fide permanserit. Hic tamen vere fidelis laudabilis erit. Sic de quibusdam pro fide tribulatis
si non deficiunt dicit ad Hebr. xi: Et hii omnes testimonio fidei probati inventi sunt. De talibus ait dicit beatus Augustinus exponens illud psalmi

nimis confortatus est principatus eorum. Ecce modo electo deo carnem domat, spiritum roborat, demonibus imperat, virtutibus exornatur, precia contempnit, eterna patria voce et moribus predicat, mori potest sed flecti nequit. In ipsa etiam passione qua crederet morte animis videte quantum fuerat culmen mentis. Et unde hoc quia nimis confortatus est principatus eorum. Tale audiant fuerunt machabei qui elegerunt potius mori quam legem dei prevaricari 2 mach. 7. Tales apostoli qui digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati act. 5. Tales et petrus qui dixit paratus sum tecum in carcerem et in mortem ire luc. 22. Det igitur omnipotens deus ut sic et nos unanimes in fide et fides in nobis ut et in ore appareat et in opere floreat et in temptacione [illegible] et habitum vas intuale [illegible] ad quod invitamur a dño cum dicitur esto fidelis usque ad mortem. Quod fuit primum dixi hoc quia per fidem est effectualis operacio salutis. Iustitia [illegible] fideliaque per dilectionem operatur vicia corrigit virtutes [illegible] et ducatum ad celestia prestat [illegible] vicium est in nobis ex [illegible] triplici radice scilicet ignorantie infirmitatis vel industrie ut notat magister in 2° di. 22 et [illegible] 21 [illegible] modo [illegible] est quod vicium [illegible] modo in nobis admittitur quia aut ignoranter aut infirmitate aut studio peccatur. Per ignorantiam peccabat paulus qui dicebat blasphemus sum persecutor et contumeliosus sed misericordiam consecutus sum quia ignorans feci in incredulitate. Per infirmitatem peccavit petrus qui robur fidei quod a christo conceperat vox unius puelle concussit et deum quem corde tenuit ore negavit. Per industriam vero peccabant illi de quibus ipse [illegible] dicebat si non venissem et locutus eis non fuissem peccatum non haberent nunc autem viderunt et audierunt me et patrem meum [illegible]. Contra hanc triplicem radicem peccati triplicem habemus radicem fidei qua vicium tollitur et virtus inseritur. Contra radicem ignorantie habemus fidem preceptorum qua vicium cognoscitur ut vitetur. Contra radicem infirmitatis habemus fidem signorum qua [illegible] pascitur et roboratur. Contra radicem industrie habemus fidem promissorum ut bonum appetatur et malum deseratur. [illegible] in sermone de [illegible]. Deus tamquam bonus medicus dedit precepta quibus obstinatus reformatur [illegible] amissa. Ut vero de preceptis faceret fidem adhibuit signa. Ut autem totam audacter utilitatem promisit [illegible]. Est ergo fides alia preceptorum alia signorum alia promissorum id est qua creditur deum qua creditur in deum et qua creditur deo. Per fidem preceptorum creditur in deum credendo autem in deum est deum sic in deum sperare et toto eum corde amare. Per fidem autem signorum creditur deum qua [illegible] et omnia potest. Per fidem autem promissorum creditur deo quia quicquid promittit [illegible] implet. [illegible] promittit autem [illegible] et [illegible]. Et dabo tibi coronam vite [illegible] [illegible] etc.

Et angelo ecclesie pergami scribe. Hec dicit qui habet rumpheam ex utraque parte acutam. Scio ubi habitas ubi est sedes sathane et tenes nomen meum et non negasti fidem meam et in diebus illis antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos ubi sathanas habitat.

Tercia pars principalis talis, 2 in qua ponitur preceptoria admonitio de [illegible]. Ecclesie metropolis asie scilicet pergami. Et dividitur in 3 partes secundum [illegible] scilicet in exordium narracionem [illegible]. Ibi scio ubi habitas et [illegible] in prima introducuntur tres persone scilicet suscipientis epistolam, describentis id est scribe, et mittentis scilicet precipientis id est christi [illegible]. Dicit ergo et angelo [illegible] ecclesie superdicte. Et angelo id est episcopo pergami ecclesie scribe sicut et aliis scripsisti. Pergamus autem interpretatur dividens cornua et significat ecclesiam illam in qua dividuntur cornua sanctorum id est virtutes a cornibus impiorum id est ab arrogantiis eorum. Unde ps. Cornua peccatorum confringam et exaltabuntur cornua iusti. Spiritualiter tamen secundum quosdam per hanc ecclesiam significatur status ecclesie tempore hereticorum quorum cornua [illegible] [illegible] sed intelligentia scripturarum que sunt [illegible] rumphea bis acuta. Unde [illegible]. Rumphea est gladius bis acutus. Gladius autem nomine scriptura [illegible] quia gladius veteris et novi testamenti utraque parte acutus dicitur quia [illegible] illic resecat peccata cogitationis. Vetus quippe testamentum dicit si quis adulterium fecerit morte moriatur. Nobis vero dicit christus qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo et multa huiusmodi similia de quibus [illegible] vel [illegible] utraque parte acutus dicitur quia sicut gladius biceps carnem dividit et membra a membris separat ita gladius verbi separat bonos a malis. Unde dominus dicit luc. 12 non veni pacem mittere sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum etc. Sic eciam verbum dicitur ex utraque parte acutum quia et simplices per historiam et perfectos instruit per allegoriam. Hebr. [illegible] Et gladium spiritus quod est verbum dei. Hebr. 4 vivus est sermo dei et efficacior omni gladio ancipiti. Vel scriptura potest dici rumphea bis acuta quia ad [illegible] alios [illegible] alios [illegible] ut enim ait [illegible] de vera religione [illegible] fidem flagitat racio [illegible] preparat. Ipsa autem medicina id est sacra scriptura que divina providencia et ineffabili beneficencia gentis [illegible] pulcritudine [illegible] [illegible] autem in [illegible] fidem flagitat racio [illegible] preparat. Vero ad intellectum [illegible] [illegible] racio penitus deserit cum [illegible] et [illegible] summa est ipsius [illegible] veritatis [illegible] et [illegible] libro de ordine [illegible] multitudini salubrior racio vero eruditis. Vel dicitur gladius bis acutus propter [illegible] in anima et corpore vel quia arguit peccata omissionis et commissionis vel quia denunciat separationem electorum a reprobis ut de ipsa scriptura possit vereficari illud ezech. 21 gladius exacutus et limatus est. Et infra 19 de ore eius gladius acutus de quo gladio dicitur supra primo et gladius ex utraque parte acutus exibat de ore eius. Potest eciam per rumpheam intelligi summa iudicia que dicitur acuta ex utraque parte [illegible] ex utraque parte temporis quia scindet et illos qui fuerunt ante tempus gracie et illos qui post. Vel ex utraque parte hominis quia scindet tam in corpore quam in anima. Vel ex utraque parte generis quia scindet tam nobiles quam ignobiles. Vel ex utraque parte criminis quia scindet peccata tam carnalia quam spiritualia. Vel ex utraque parte status ecclesie quia scindet tam prelatos quam subditos tam laicos quam clericos tam seculares quam claustrales. Vel ex utraque parte sexus quia scindet tam viros quam feminas. Vel ex utraque parte fortune quia scindet tam pauperes quam divites. Et [illegible] illa rumphea nulli parcet neque seni neque iuveni neque potenti neque impotenti. Sap. 6 non subtrahet personam cuiusquam deus nec verebitur magnitudinem cuiusquam. De hoc gladio dicitur deut. 32 si acuero ut fulgur gladium meum et arripuerit iudicium manus mea. [illegible] gladius non videtur acutus sed eum extrahet de vagina et incipiet percutere tunc sencietur acumen eius. Vagina in qua nunc gladius iste latet est paciencia dei qua nos expectat sed tunc extrahet. Ezech. 5 [illegible] gladium meum post eos. Quos autem percussurus sit gladius iste dicitur deut. 32 gladius meus devorabit carnes id est carnales. Jer. 50 gladius ad caldeos ait dominus et ad habitatores babilonis id est ad superbos et avaros et ypocritas qui provocant deum. Job 36 simulatores et callidi provocant iram dei. Potest eciam dici quod ideo dicit mittente epistolam habere rumpheam bis acutam quia de duobus malis volebat corrigere episcopum pergamensem scilicet de doctrina balaam et nicolaitarum qui erant in episcopatu suo vel quia volebat redarguere negligenciam pastoris et maliciam gregis et utrosque punire nisi peniterent. Sed antequam redarguit commendat eum ut postea paciencius sustineat correctionem et ut agnoscat quia [illegible] correctio procedebat ex amore. Nobis in exemplum [illegible] correctionis [illegible] de radice [illegible] id est de [illegible] amoris.

Ibi scio ubi habitas etc. ponitur secunda pars epistole scilicet narracio. Et dividitur in duo. Primo ponit ipsam commendationem, secundo increpacionem ibi sed habeo, 3° admonitionem ibi age penitentiam, 4° comminationem ibi si quominus. Commendat autem eum ex duobus. Primo quia in medio malorum fidem retinuit, secundo quia tempore persecutionis perstitit ibi et tenes nomen meum etc. Primo ergo commendat eum ab inviolata [illegible] licet [illegible] malis dicens Scio ubi habitas scilicet in medio nationis prave et perverse. Phil. 2. Unde subdit ubi est sedes sathane id est ubi plenitudinarie infideles in loco [illegible] quia

inducendo ad perfectionem eterne caritatis permanens purus et immaculatus. Job 1. Vir erat in terra Hus nomine Job. Super quo Gregorius Moralium primo: Non est valde laudabile bonum esse inter bonos, sed bonum esse cum malis. Et intendat ibi istud Apocalypsis: Ubi habitas ubi sedes est sathane, id est congregatio malorum qui eis in omni bono adversantur. Job 30: Frater fui draconum et socius strutionum. Ubi Gregorius Moralium [illegible] quod super Ezechielem 2°: Fili hominis subversores sunt apud te et cum scorpionibus habitas. Ubi Gregorius super Ezechielem parte prima omelia [illegible] de eciam ca. 2° Sic lilium inter spinas etc. et in comedia [illegible]. Loth 2 Pet. 2: iustum Loth oppressum nephandorum iniuria ac luxuriosa conversatione eripuit, aspectu enim et auditu iustus erat habitans apud eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Unde et Glossa [illegible] quod generaliter [illegible] eterne [illegible] cum reprobis ubique per orbem sathane temptationibus se sentit opponere. Sic enim sedes dei sunt omnes electi, ita sedes dyaboli sunt cuncti reprobi, in quorum medio habitant electi et unde laus eorum amplius crescit et ubique diffunditur, quia in medio malorum innocentie servat opera etc. Circa quod queritur quid sit perfectius et eligibilius, an inter malos bene vivere vel a malis recedere ut possit solus bene vivere. Et videtur quod [illegible] perfectius et laudabilius est inter malos bene vivere per auctoritates Gregorii Moralium 1 et per rationem. Quanto enim quis habet plures adversitates et ad malum invitatores, tanto maior est victoria eius et laus eius [illegible] a talibus se vincere etc. Item Gregorius ubi supra: Sic generaliter culpe est inter bonos bonum non esse, ita immense preconii est bonum inter malos extitisse etc., ut patet. Sed in Genesi dictum est Abrahe Gen. 12: Egredere de terra tua etc. Ergo egressu et recessu fuit commendatus. Et Ysa. 48: Egredimini de Babilone, et eiusdem 52: Egredimini de medio eius etc. Et videtur de elimate ab eis, 2 Cor. 6: Exite de medio eorum etc. Respondeo quod aliud et aliud est hic videndum de perfectis et imperfectis et de prelatis et subditis. Perfectis enim qui possunt perficere resistendo adversariis veritatis et defendendo fidei veritatem, in quibus non est timor inficiendi et perverti a reprobis, dum grave eos immiscere, laudabilius est inter malos commorari, et maxime illis qui sunt prelati et pastores veri, non mercenarii, quorum est sustinere mortem pro plebe et resistere adversariis fidei qui sunt lupi rapaces. Imperfectis autem, quibus est timendum inficiendi ab aliis nec sunt sufficientes ad resistendum aliis nec potentes fidem defendere, securius est elongari et recedere a malis. Unde Gregorius super Ezechielem: Ubi unum est per quod debet societas malorum vitari, ne si fortasse corrigi non valet, ad imitationem trahat. Iuxta Proverbia: Noli esse socius hominis iracundi ne discas semitas eius etc. Ibi multa de hoc. Similiter Gregorius super Ezechielem parte prima omelia [illegible] ubi loquitur de vero pastore et mercenario: Quod vero quis pastor sit an mercenarius cognosci veraciter non potest si occasio necessitatis desit. Tranquillitatis enim tempore plerumque ad gregis custodiam sic verus pastor sicut et mercenarius stat. Sed lupus veniens indicat quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oves venit cum quilibet iniustus et raptor fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur et non erat relinquit oves et fugit, quia dum sibi periculum ab eo metuit, resistere eius iniustitie non presumit. Fugit autem non mutando locum sed subtrahendo solacium. Fugit quia iniustitiam vidit et tacuit. Fugit quia se sub silencio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur Ezechiel [illegible]: Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel ut staretis in prelio in die domini. Ex adverso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus prave agentibus ratione libera voce contraire. Et in die domini pro domo Israel in prelio stamus ac murum opponimus si fideles et innocentes contra perversorum iniusticiam ex iustitie auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit, cum viderit lupum venientem fugit etc. De hoc plura Augustinus epistola [illegible] declarat quando non est licitum pastori fugere, scilicet quando est quis persecutor fidei et fidelium [illegible] ad [illegible] et ad [illegible] utriusque partis considerandi et applicandi. Ex hoc dictum etiam patet reproborum utilitas et subita captivitas. Sunt enim sedes sathane [illegible] ut patet quod tales sunt thronum dyaboli. Job 37: Ingredietur bestia cubiculum suum et in antro suo morabitur. Super quo Gregorius 27 Moralium: Quid aliud nomine bestie nisi antiquus hostis accipitur, qui quasi bonorum etiam mentes ingreditur, illicita suggerit, temptationibus fatigat, recti [illegible] spiritus ad delectationem cuius deflectere conatur, delectando quod ad consensum perducere intendit. Sed cum resistente superno adiutorio [illegible] prohibetur, intrare ergo in mentes bonorum potest, sed in eis morari non potest, quia cor iusti huius bestie antrum non est. [illegible] quia ipsum possidet antrum eorum mentes [illegible] in morte tenet, quia et prius in eis cogitationes usque ad iniqua desideria et post iniqua desideria usque ad nequissima opera perducit. Neque enim studet reprobi suggestiones eius recta iudicii manu repellere. Cum voluptatis appetitus subdita delectatione [illegible]. Cuique in eorum cordibus primum quod oritur [illegible] per studium delectationis crescit. Et cum ei nemo resistitur, per usum [illegible] consensum roboratur. Statim quasi consensum ad opera ducitur. Opus vero etiam consuetudine generatur. Recte ergo in antro suo hec bestia morari dicitur, quia tandem cogitationes reproborum tenet quousque eorum vitam etiam aculeo pravi operis perforet. Item Job 40: Sub umbra dormit in secreto calami [margin: De isto sathana sub nomine Behemoth dicitur] in locis humentibus. Per umbram signantur avari et cupidi, per secretum calami elati et superbi, per loca humencia voluptuosi et luxuriosi. Gregorius 33 Moralium: Hec sunt vicia que humano generi immaniter dominantur. Elatio namque spiritum erigit, luxuria carnem corrumpit. Antiquus itaque hostis humanum genus vel per elationem preripiens vel per luxuriam premens in secreto calami ac in locis humentibus dormit, quia hos [illegible] sub dicione sua [illegible] aut per elationis spiritum aut per carnis corruptionem tenet. Ecce [illegible] in utroque possidet, quia cum eos spiritus superbie elevat a timore sue altitudinis [illegible] corporis [illegible] [illegible] epistola [illegible]: [illegible] ingreditur diabolus [illegible] Symonem [illegible] cupiditas [illegible] diabolus [illegible]. Nec solus sathanas habitat in talibus animabus, sed cum eo multi alii. [illegible] Cum immundus spiritus exierit ab homine etc. assumit septem spiritus nequiores se. Et legio in eo est, quia multi simul [illegible] ergo sunt qui sunt sedes et thronum sathane, se presentes in eis et super eos regnaturi. Ipse enim rex est super omnes filios superbie. Job 41. Et ideo [illegible] homines festinare ad illum excecatos. Nam sicut Hugo de sancto victore: umbra [illegible] est frigida [illegible] nervos [illegible] et poros claudit ut sudor exire non possit. Sic et avaritia. Sudor corporis est compassio cordis qua quasi sudore effunditur cum proximorum necessitatibus ex corde compatitur. Nervos autem et manus contendunt cum elemosinas dare vel opere proximos adiuvare. Avaritia autem umbrosa et frigida [illegible] nec sudat nec manus contendit et nec compatitur nec aliquid donat. Econtra que duo [illegible] sudavit sanguinem et manus contendens [illegible] et perforatas habuit in cruce. Luc. 22: Factus in agonia prolixius orabat et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Sudor sanguinis est testis interioris caloris id est intimi amoris quem habuit erga terram et [illegible] pectore [illegible] [illegible] nos [illegible] extensio manuum sunt [illegible] largitatis qua se dedit et sua, et ultimum [illegible] habuit [illegible] 3 dedit semetipsum pro nobis. Obscuritas sunt [illegible] cordis avari, de [illegible] enim [illegible] nec vult [illegible] et de [illegible] que non valet adipisci. Calamus autem in altum [illegible] sed intus est vanus. Et sunt superbi et elati qui sicut Gregorius tanto sunt apud semetipsos vanes quanto alti et nitidi aliis ostenduntur. Et sicut calamus fructum non facit, ita nec superbia [illegible] quia nos perfunt superbia a dilectione [illegible] quod tulit nobis [illegible] duo venti [illegible] hunc calamum id est superbum, scilicet adulatio et detractio. Illa enim declinat ad dexteram, hec ad sinistram, et ex omni parte agitatur. Secretum calami est conscientia superbi que [illegible] dicitur quia per pudorem erubescit et pudet eam ita [illegible] detegere.

et io quito senior tanto delectabilius in ea dyabolus respdet [illegible] fili p aia tua ne confundaris dicere vim qr e confusio
adducens peccatum [illegible] illa que confusionem adducit et est confusio ducens ad ignominiam illa ppter quam confessio obmittitur. Loca vero humectia
sunt mentes luxuriosorum quas humor carnalis concupiscentie replet et frondas facit vel loca humecta sunt opa voluptuosa in quibus dormit sathanas
qr in voluptuosorum lubrica operatione requiescit [illegible] ult. super omnem congregationem aquarum i. concupiscentiarum requiescit. Et ezech. 29. Ecce ego
ad te draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum. Ubi ergo corda et corpora sunt obscena et frigida sic umbra alta et humida sic
calamus plena humore luxurie et voluptatis i. sathanas suum imperium respondit sic in throno. Greg. 33 moralium [illegible] sicut dicta q. 2 vide [illegible]
Utrum sathanas semper homines inhabitet quandoque mortaliter peccat. Et videtur quod culpa mortalis opponitur gratie sed spiritus sanctus per inhabitat
hominem cum gratia [illegible] 1 cor. 3 Templum dei estis et spiritus dei habitat in vobis. ergo ex contrario spiritus [illegible] inhabitat hominem cum culpa mortali
sed quia dyabolus per peccatum inhabitat hominem sic per suum effectum sed non omne peccatum mortale est a dyabolo [illegible] quandoque a carne vel a mundo ergo dyabolus non semper
hominem inhabitat qui mortaliter peccat. Rn secundum doctorem petrum de quolibet 3o q. 8 dyabolum inhabitare hominem potest intelligi duobus modis. Uno modo quantum ad animam
Alio modo quantum ad corpus. Quantum ad animam quidem non potest dyabolus hominem inhabitare substantialiter quia solus deus illabitur menti secundum Aug. Nec ita dyabolus causat
culpam sic spiritus sanctus gratiam. Spiritus enim sanctus intrinsecus operatur sed dyabolus cogitationes suggerit vel quantum ad sensum vel quantum ad ymaginationem [illegible] vel [illegible]
quod secundum eundem doctorem in p.a [illegible] q. 80 ar. 2o interior pars anime est et intellectiva et sensitiva intellectiva autem continet intellectum et voluntatem. Quo ad
voluntatem dyabolus licet sic solum per modum proponentis vel excitantis appetitum vel per modum persuadentis obiectum propositum tamen voluntatem hominis [illegible] quod dyabolus
non potest sufficienter et directe causa peccati quia nos non ex necessitate movetur ab aliquo obiecto nisi ab ultimo fine. Intellectum autem potest quidem movere ab aliquo
illuminante ipsum ad cognitionem veri quod dyabolus circa hominem non intendit sed magis obtenebrare rationem ipsius ad consentiendum peccato que quidem ob-
tenebratio provenit ex fantasia et appetitu sensitivo. Unde tota interior operatio dyabolus videtur esse circa fantasiam et appetitum sensitivum quorum utrumque co-
movendo potest inducere ad peccatum. Potest enim operari ad hoc quod ymaginationi aliquae forme ymaginarie presententur. Potest etiam operari quod appetitus
sensitivus concitetur ad aliquam passionem. Natura enim corporalis spirituali nature obedit ad motum localem. Unde et dyabolus omnia ista potest causare que
proveniunt ex motu locali corporum inferiorum nisi virtute divina reprimatur. Et autem aliquae forme representetur ymaginationi con-
sequitur ad motum localem. Dicit enim phs in lib. de sompno et vigilia quod cum animal dormierit descendente plurimo sanguine ad principium sensitivum sic
descendunt motus sive impressiones relicte ex sensibilium motibus que in speciebus sensibilibus conservantur et movent principium apprehensivum ita quod apparent ac si
tunc principium sensitivum ab ipsis rebus exterioribus immutaretur. Unde talis motus localis spirituum vel humorum potest a demonibus procurari sive dormiat
homo sive vigilet. 2o sicut quod homo aliqua ymaginetur. Similiter etiam appetitus sensitivus concitatur ad aliquas passiones secundum quendam determinatum motum
cordis et spirituum. Unde ad hoc dyabolus potest operari et ex hoc quod aliquae passiones concitantur in appetitu sensitivo sicut quod et motum sive intentionem sensibilem
predictos reductam ad principium apprehensivum magis homo percipiat quia ut in eodem libro phs dicit amantes modica similitudine in apprehensionem
rei amate moventur. Contingit etiam ex hoc quod passio est concitata ut id quod proponitur ymaginationi iudicetur prosequendum quia ei qui pas-
sione detinetur videtur esse bonum id ad quod per passionem inclinatur. Et per hunc modum dyabolus interius inducit ad peccandum. [illegible] dicitur inhabitare
affectum hominis per affectum malicie non solum quando ex eius suggestione peccatum perpetratur sed etiam per quodcumque mortale peccatum quia ex quolibet peccato
mortali homo subicitur servituti dyaboli secundum id salvatoris Ioh. 8 Omnis qui facit peccatum servus est peccati. 2o dyabolus qui occasionaliter et inductive dyabolus
est causa omnium peccatorum nostrorum secundum dyo. c. 4 de di. no. [illegible] inducit primum hominem ad peccatum ex cuius peccato intantum viciata est humana natura
ut omnes simus ad peccandum proclives. Sic diceretur esse causa combustionis lignorum qui ligna siccaret ex quo sequitur quod facile incenderentur
directe autem non est causa omnium peccatorum humanorum ita quod singula peccata persuadeat quia dicitur in lib. de ecclesiasticis dogmatibus. Non omnes
cogitationes nostre male a dyabolo excitantur sed aliquotiens ex nostri arbitrii motu emergunt. Quod origenes probat ex hoc quia etiam si dyabolus non esset
homines haberent appetitum ciborum venereorum et similium qui possunt esse inordinati nisi ratio ordinaret quod subiacebat libero arbitrio. Quantum vero
ad corpus dyabolus hominem substantialiter potest inhabitare sicut patet in arrepticiis. Sed hoc magis pertinet ad rationem pene quam ad rationem culpe. Pene autem corporales
huius vite non semper consequuntur culpam. Quandoque enim peccantibus non inferuntur et quandoque non peccantibus inferuntur. Ut Ioh. 9o de ceco nato
et hoc est secundum altitudinem incomprehensibilium iudiciorum dei. Unde non cum qualibet culpa mortali dyabolus inhabitat hominem substantialiter quantum ad cor-
pus. Et per hoc patet rn ad obiecta. Contra commendatur episcopus ecclesie pergami a fidei veritate et defensione cum dicitur. Et tenes nomen meum
i. nomen xpianum in [illegible] fideliter colis etiam in tempore tribulationis magne et non negasti fidem meam afflictionibus persecutorum perplexus re-
patus et impugnatus. Sed gladio verbi enim per scripturam que gladius est tenet nomen dei et fidem eius defendit. Nam tribulationibus
vexati deficiunt et corpore vel per arma iustitie a dextris et a sinistris gladium enim antiquitus in manibus corporis aut [illegible]. Sed
in diebus antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos ubi sathanas habitat. Secundum [illegible] huiusmodi [illegible] sicut [illegible] locutio non facile
patet nisi forte subaudiendo intelligatur. Sed cum dixisset non negasti fidem meam in diebus antipe testis mei fidelis qui occisus
apud vos. Planus esset sensus et facile intelligeretur. At cum dicitur non negasti fidem meam et in diebus antipas testis meus fidelis qui etc.
obscura est sententia ideo quod necesse sit subaudiendo ut sic ista sententia perficiatur. Et tenes nomen meum et non negasti fidem meam
et in diebus illis in quibus occisus antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos etc. fidem non negasti fidem meam. Hoc est et illud
in ps. Nolite extollere in altum cornu vestrum etc. usque quoniam deus iudex est. Cum enim dicit nolite extollere in altum cornu vestrum nolite
loqui adversus deum iniquitatem sic subiunxisset statim quia deus iudex est aperta sententia videretur. Sed cum in medio interposuit quia neque ab oriente
neque ab occidente neque a desertis montibus et deinde subiungit quoniam deus iudex est obscura sententia redditur. Sic et in proposito. Aut ergo
vicio scriptorum talis facta est locutio aut ex more scripturarum ut dictum est. Notandum quod [illegible] quendam romanum prelatum [illegible]
fuit enim quidam martir qui occisus est in ecclesia pergami propter nomen xpi quem proponit in exemplum episcopo ad imitandum et ad humiliandum
se et ad ipsum commendandum. In hoc enim commendat ipsum quod erat ita constans inter persecutores reprobos et malos confitendo fidem xpi.
Antipas dico testis meus fidelis i. pro me martirizatus. Martir enim grece testis est latine. Qui occisus est apud vos et io eius exemplum
debes roborari. Nec mirum si sic est apud vos occisus quia multa mala sunt ibi io subdit Ubi sathanas habitat i. ubi e synagoga malorum
in quibus dyabolus habitat modo dicto. Per hunc autem antipam intelligitur secundum [illegible] omnes martires intelliguntur quandoque in hoc uno sive aperto sive
occulto martirio paciuntur quia sic in una ecclesia omnes ita in uno martire omnes ypocrite martires reputantur pro omnino laudes attolle-
re. Et autem apud sanctos sive teste in effectu esse concorat sicut intelligitur. Et non quod ab illis sed quod inter illos sunt interempti ab his
scilicet in quibus sathanas habitat i. a reprobis qui sedes sunt sathane modo dicto. Utrum magis detinere quos theologos magis deceat
vel auctoritate vel ratione. Videtur quod auctoritate quia in qualibet scientia quos determinant per prima principia illius sciencie. Sed prima principia theologie sunt articuli fidei qui
nobis per auctoritatem innotescunt. Ergo maxime quos theologos sunt determinandi per auctoritates. Sed quia est quod dicitur ad titum p. ut sit potens exhortari in
doctrina sana et contradicentes revincere. Sed contradicentes melius revincuntur rationibus quam auctoritatibus. Ergo magis oportet detinere questiones per rationes
quam per auctoritates. Rn secundum doctorem sanctum de quolibet quarto q. 18. Quemlibet actum exequendum est secundum quod congruit ad suum finem. Disputatio autem

ad duplicem finem potest ordinari. Quedam enim disputacio ordinatur ad removendum dubitacionem an ita sit, et in tali disputacione theologica maxime utendum est auctoritatibus quas recipiunt illi cum quibus disputatur, puta si cum iudeis disputetur oportet adducere auctoritates veteris testamenti, si cum manicheis qui vetus testamentum respuunt oportet uti auctoritatibus novi testamenti, si autem cum scismaticis qui recipiunt vetus et novum testamentum non autem doctrinam sanctorum nostrorum sicut sunt greci oportet cum eis disputare auctoritatibus veteris et novi testamenti et illorum doctorum quos recipiunt, et si omnes [illegible] oportet ad eos [illegible] ad rationes naturales confugere. Quedam vero disputacio est magistralis in scolis non ad removendum errorem sed ad instruendum auditores ut inducatur ad intellectum veritatis quam intendit, et tunc oportet rationibus inniti investigantibus radicem veritatis et facientibus scire quomodo sit verum quod dicitur, alioquin si nudis auctoritatibus magister questionem determinat certificabitur quidem auditor quod ita sit sed nichil scientie vel intellectus acquiret sed vacuus abscedet. Et patet per rationem ad obiecta. [margin: i. offendiculum vel occasionem peccandi]

Sed habeo adversus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum coram filiis Israel, edere et fornicari. Ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. [margin: posita comedia ac ponit que? res] Heu? [illegible] [illegible] et hec postquam duo primo quidem ut quod bonum erat in eo non admitteret ex malorum admixtione [illegible] ne ex predicta commendacione quodammodo [illegible] extolleretur. Tunc ergo dicit Aliqua bona habes ut dictum est de quibus multum laudaris sicut de hiis bonis aliqualiter extolli [illegible] quia habeo adversus te pauca sed in quibus es reprehensibilis. Et quod sit prima defectus dicit Quia habes illic, id est in tua diocesi, tenentes doctrinam Balaam, Glossa quos non corrigis nec compellis. Qui scilicet Balaam docebat Balach mittere scandalum coram filiis Israel. [margin: Nu 25] Hec hystoria nota est et habetur Numeri 22 et postea, qualiter Balaam a Balach ad maledicendum filiis Israel fuit evocatus, quos tamen maledicere noluit immo potius se plenius eis [illegible] in morte optavit. Sed postea muneribus victus in consilio propria morte consilium dedit, [illegible] cum [illegible] filiorum Israel ad fornicacionem [illegible] ideo quod consilium dedit ipsi Balach ut pulcriores mulieres coram eis poneret quarum speciebus illecti ad illicitos amplexus [illegible] illarum quoque blandiciis deliniti de sacrificiis Beelphegor manducarent, per quod videlicet factum delicti ad [illegible] coram eis completum est. Atque hoc consilium de filiis Israel et [illegible] decepti sunt. Egressa itaque ira a domino percussit ex eis 23 milia. Dum Phinees zelo dei actus vindictam exercuit in adulteros. Hec hic facta sunt docente impio divino et mago, qualiter fuit in Pergamo eciam, qualiter autem fuit in toto mundo. Balach itaque interpretatur elidens, Balaam vero populus vanus. Iste autem [illegible] videtur dictum. Balaam itaque signat hereticos qui pondus fidei et virtutum in se non habent ideo quod vani sunt. Balach autem qui elidens interpretatur signat principes huius seculi quibus minime dubium [illegible] in[illegible] nominis [illegible] dubio. Dum huius terre principes [illegible] aliis superiores [illegible] [illegible] ad dignitatis culmine ascendere intendere [illegible], per vinculis [illegible] elidunt videlicet ad similia deponunt. Tunc quidem seculi principes suadentibus hereticis contra israelitas hoc est contra viros videntes deum pugnant ut de ydolaticis edant et fornicentur, id est illorum prava dogmata sequendo. Dum enim suasoria quedam et dulcia promunt in suis falsis dogmatibus quasi per pulcras mulieres eos seducere cupiunt ut comedant ydolatica, id est ut sequantur doctrinam illorum plenam omni spurcicia, ibi quoque fornicentur, id est ut relicta veritatis doctrina [illegible] libidine [illegible] mendaciis pravorum doctorum [illegible]. Numeri 31 [illegible] feminas reservastis que deceperunt filios Israel. Et 2 Petri 2 Fuerunt pseudo prophete in populo sicut et in vobis erunt magistri mendaces qui introducent sectas perdicionis et infra Secuti sunt viam Balaam ex Bosor qui mercedem iniquitatis amavit, correpcionem vero habuit sue vesanie, subiugale mutum animal hominis voce loquens prohibuit prophete insipienciam. Et Iude 2 Ve illis qui errore Balaam mercede effusi sunt. Ve aliter secundum eundem Hugonem Balaam qui ut dictum est interpretatur populus vanus signat demones per inanem destruentes. Balach autem qui elidens dicitur signat carnem nostram que plerumque filios Israel, id est animas, elidit ad prava opera inducendo que debuerat deum videre et [illegible], et hec per mulieres, id est per illas seculi delectaciones et voluptates quarum amore plerumque [illegible] illecte ad consensum [illegible]. Docente ergo Balaam, misit Balach voluptatum amatores coram filiis Israel quorum suasionibus edant de ymolatis et fornicentur cum eis, quia videlicet spiritum [illegible] suasionibus carnis delectata ad appetitum [illegible] cupiditatum illecebras deducat, quarum amore ut deum est ad consensum trahitur. Item Balaam interpretatur vorax et potest signare ventrem qui omnia devorat. Doctrinam ergo Balaam tenet ille qui ad nichil aliud studet nisi comessacionibus et ebrietatibus, de quibus dicitur Proverbiorum 23 Cui ve, cuius patri ve, cui rixe, cui fovee, cui sine causa vulnera, cui suffossio oculorum? Nonne hiis qui demorantur in vino et student calicibus epotandis. Hec doctrina contra est doctrinam apostoli ad Romanos 13 Non in comessacionibus et ebrietatibus etc. Sed quia [illegible] per [illegible] qualiter ait Habeo adversus te pauca quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, id est pateris et non compellis, ait Glossa Dicit non sunt pauca pati [illegible] malos tenere in errore et non compellere. Respondeo Solvit Glossa dicens Habeo adversus te pauca sed corrigas, vel in paucis scilicet [illegible] hec scilicet quod sunt dediti gule et luxurie. Dicendum quod omne peccatum sit scandalum quia dictum vel factum non rectum prebens occasionem ruine, [illegible] quia singulariter peccatum gule et luxurie vocat hic scandalum, dicens Qui docebat Balach mittere scandalum, id est offendiculum vel occasionem peccandi, coram filiis Israel, scilicet edere de sacrificiis ydolorum, id est de ydolaticis, in quo arguitur peccatum gule, et fornicari, scilicet in venacionem ydoli, in quo arguitur peccatum luxurie. Respondeo quod ista vicia sunt magis nota et magis allicientia et ad illa sunt humana corda magis prona. Unde per [illegible] [illegible] moralium super 10 [illegible] 34 prius [illegible] bellum, ubi loquitur de singulis viciis et eorum speciebus [illegible] ducum et ululatum exercitus etc. [illegible] de septem vicia que invisibiliter contra nos prelia regunt superbie militant, alia more ducum preeunt, alia more exercitus subsequuntur. Neque enim culpe omnes pari accessu cor occupant, sed dum maiores et pauce neglectam mentem preveniunt, minores et innumere ad illam se catervatim fundunt. Ipsa namque viciorum superbia regina cum devictum plene cor ceperit mox illud septem principalibus viciis quasi quibusdam ducibus devastandum tradit, que sunt inanis gloria, invidia, ira, tristicia, avaricia, ventris ingluvies et luxuria. Quos videlicet duces exercitus sequitur quia ex eis proculdubio importune viciorum multitudines oriuntur. Nam de inani gloria inobediencia, iactancia, ypocrisis, contenciones, pertinacia, discordie et novitatum presumpciones oriuntur. De invidia odium, susurracio, detraccio, exultacio in adversis proximi, affliccio autem in prosperis nascitur. De ira rixe, tumor mentis, contumelie, clamor, indignacio, blasphemie proferuntur. De tristicia malicia, rancor, pusillanimitas, desperacio, torpor circa precepta, vagacio mentis erga illicita nascitur. De avaricia prodicio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violencia et contra misericordiam obduraciones cordis oriuntur.

De ventris ingluvie inepta laetitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria caecitas mentis,
inconsideratio, inconstantia, praecipitatio, amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, horror autem vel desperatio futuri generantur. Ultima ergo septem
principalia vitia tantum de se maiorum multitudinem proferunt cum ad cor venerint, quae subsequuntur operatione cetera [illegible]. Et [illegible] videlicet septem
quinque spiritualia, duo quoque carnalia sunt, videlicet ventris ingluvies et luxuria. Sed cuilibet liquet quod de ventris ingluvie luxuria nascitur,
dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia subiuncta videantur. Unde dum unum inordinate reficitur, aliud procul dubio ad contu-
melias excitatur. [illegible] et hic in Luca dicit quod prius docebat esse et postea fornicari, quia ex gula luxuria sequitur. Genesis 32:
Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere, id est idolatriae. Ephesios 5: Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Ut enim ait
Ieronymus epistola 2a: Ventre distento cibo voluptas genitalium sequitur. Et epistola 23: Venter mero aestuans cito despumat in
libidinem. Et ideo vicina sunt venter et genitalia et ex vicinitate membrorum sequitur confoederatio vitiorum. [illegible] 2o: Vino profusus
et urgentius nos implicas et statim sequitur [illegible] quod non provocat luxuriam [illegible]. Ieronymus epistola 23: Sine Cerere et Libero
friget Venus, id est sine habundantia panis et vini. Unde Valerius libro 2o capitulo 1: A libero patre proxima est intemperantiae gradus. [illegible] quae caste
vivere studeat, cavere lascivias gulae. Et non solum erat in illa civitate praedicti [illegible] sed et Nicolaitae, unde subditur: Ita id est similiter
habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum, qui docebat [illegible] comessationibus vacare et cum mulieribus fornicari. Immo dice-
bat uxores suas omnibus communicandas et licitum esse plures [illegible] doctrinam [illegible] viri qui superbo ac superfluo vestitu
ornant uxores suas. Sic enim docet eas fornicari et aliis communicare. Cum enim bene ornatur, diligentius conspicitur et ardentius desideratur
et saepius sollicitatur et facilius decipitur et decipit. Sic decepti sunt senes presbyteri respicientes Susannam Danielis 13,
et David videns uxorem Uriae 2 Regum 11. Sic conqueritur Ieremias Threnorum 3o: Oculus meus depraedatus est animam meam in cunctis filiabus urbis
meae. Quocirca beatus Iob capitulo 31 dicit: Pepigi foedus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. Super quo Gregorius 21 Moralium dicit:
Ut enim cogitationes cordis caste servare potuisset, foedus cum oculis pepigit ne prius incaute aspiceret quod postmodum invitus amaret.
Valde namque caro deorsum trahit et semel species formae cordi per oculos illigata magni luctaminis manu vix solvitur. Ne ergo
quod libeat in cogitatione versetur, pensandum nobis est quod intueri non debet quod non licet concupisci. Ut enim munda mens in cogitatione
servetur, a lascivia voluptatis deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. [illegible] sit ipsa luxuria notificat
beatus Iob ubi dicit 31: Hoc enim nefas est et iniquitas maxima; ignis est usque ad perditionem devorans et omnia eradicans genimina.
Gregorius: Genimina sunt autem opera bona [illegible] ordine [illegible] igne luxuriae omnia bene placita consumuntur.
Illa quippe ante omnipotentis Dei oculos iustitiae pietatisque sunt opera quae corruptionis contagio monstrantur immunda. Quantumcumque enim praeest
si pietatis [illegible] proximi comparatur qui impie semetipsum habitationem Dei destruit. Si ergo per cordis incendium libidinis
flamma non extinguitur, incassum quaelibet virtutes oriuntur. Sic per Moysen dicitur Deuteronomii 32: Ignis succensus est ab ira mea et ardebit
usque ad inferni novissima, comedetque terram et nascentia eius, id est cum germine suo. Ignis quippe terram atque nascentia eius
comedit cum libido carnem atque per hanc omnia bene acta consumit. Haec ille. Quaeritur utrum fornicatio simplex sit peccatum mortale.
Videtur quod non, quia ea quae simul connumerantur videntur esse unius rationis. Sed fornicatio connumeratur quibusdam quae non sunt peccata mortalia. Dicitur enim Actuum
15: Abstineatis vos ab immolatis simulacrorum et sanguine et suffocato et fornicatione. Illorum autem usus non est peccatum mortale,
sed 1 ad Timotheum 4: nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Item praeterea nullum peccatum mortale cadit sub praecepto divino. Sed Oseae 1o
praecipitur a Domino: Vade sume tibi uxorem fornicationum et fac filios fornicationum. Item praeterea nullum peccatum mortale commemoratur in
sacra scriptura absque reprehensione. Sed fornicatio simplex commemoratur in scriptura in antiquis patribus sine reprehensione. Sicut legitur Genesis 16 de
Abraham quod accessit ad Agar ancillam suam. Et 30 de Iacob quod accessit ad ancillas uxorum suarum Balam et Zelpham.
Et 38 Iudas accessit ad Thamar quam aestimabat meretricem. Item praeterea omne peccatum mortale contrariatur caritati. Sed fornicatio simplex
non contrariatur caritati, neque quantum ad dilectionem Dei, quia non est directe peccatum contra Deum, nec etiam quantum ad dilectionem proximi, quia per hoc
nulli homini facit iniuriam, ut videtur. Item praeterea omne peccatum mortale ducit in perditionem aeternam. Hoc autem non facit fornicatio simplex, quia super
1 Timothei 4: Pietas ad omnia utilis est, dicit glossa Ambrosii: Omnis summa disciplinae christianae in misericordia et pietate est, quam aliquis sequens,
si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit sed non peribit. Item praeterea sicut dicit Augustinus in libro De bono coniugali, quod est cibus ad
salutem corporis, hoc est concubitus ad salutem generis. Sed non omnis inordinatus usus ciborum est peccatum mortale, ergo nec omnis inordinatus
concubitus, quod maxime videtur de fornicatione simplici, quae minima est inter species luxuriae, quae sunt sex: fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus
et vitium contra naturam. Sed contra est quod dicitur Thobiae 4: Attende tibi ab omni fornicatione et praeter uxorem non patiaris umquam crimen scire. Crimen autem
importat peccatum mortale. Ergo fornicatio et omnis concubitus qui est praeter uxorem est peccatum mortale. Praeterea nihil excludit a regno Dei nisi
peccatum mortale. Fornicatio autem excludit, ut patet per apostolum Galatas 5, ubi praemissa fornicatione et quibusdam aliis subditur: Qui talia
agunt regnum Dei non possidebunt. Item Thomas secunda secundae q. 154 articulo 2o: Absque omni dubio tenendum quod fornicatio
simplex sit peccatum mortale, non obstante quod super illud Deuteronomii 23: Non erit meretrix de filiabus Israel, dicit glossa: Ad eas prohibet accedere
quarum est venalis turpitudo. Non enim debet dici venialis sed venalis, quod est proprium meretricum. Ad cuius evidentiam sciendum secundum eundem
quod omne peccatum quod committitur directe contra vitam hominis est mortale. Fornicatio autem simplex importat inordinationem quae vergit in nocumentum vitae
eius qui ex tali concubitu nasciturus est. Videmus enim in omnibus animalibus in quibus ad educationem prolis requiritur cura maris et feminae
quod in eis non est vagus concubitus, sed maris ad certam feminam, unam vel plures, sicut patet in omnibus avibus. Secus autem est in aliquibus
in quibus sola femina sufficit ad educationem fetus, in quibus est vagus concubitus, utpote in canibus et aliis huiusmodi animalibus. Manifestum est autem
quod ad educationem hominis non solum requiritur cura matris a qua lactatur, sed multo magis cura patris a quo est instruendus et defendendus
et in bonis tam interioribus quam exterioribus promovendus. Et ideo contra naturam hominis est quod utatur vago concubitu, sed oportet quod sit maris ad de-
terminatam feminam cum qua permaneat non per modicum tempus sed diu vel etiam per totam vitam. Et inde est quod naturaliter est maribus sollicitudo
in specie humana sollicitudo de certitudine prolis, quia eis imminet educatio prolis. Haec autem certitudo tolleretur si esset concubitus vagus. Haec autem de-
terminatio certae feminae matrimonium vocatur, et ideo dicitur esse de iure naturali. Sed quia concubitus ordinatur ad bonum commune totius humani generis, bona
autem communia cadunt sub determinatione legis, consequens est quod ista coniunctio maris ad feminam quae matrimonium dicitur aliqua lege determinetur. Unde
cum fornicatio sit concubitus vagus, utpote praeter matrimonium existens, est contra bonum prolis educandae, et ideo est peccatum mortale. Nec obstat
si aliquis fornicando aliquam cognoscens sufficienter provideat proli de educatione, quia id quod cadit sub legis determinatione iudicatur secundum id
quod communiter accidit et non secundum id quod in aliquo casu potest accidere. Ad primum ergo dicendum quod fornicatio illis connumeratur non quia habeat eandem
rationem culpae cum aliis, sed quantum ad hoc quod ex illis quae ibi ponuntur similiter poterat discordia generari inter Iudaeos et gentiles et eorum
unanimis consensus impediri, quia apud gentiles fornicatio simplex non reputabatur illicita propter corruptionem naturalis rationis;

Utrum dolor contritionis de necessitate salutis requisitus in sacramento penitentie debeat esse maior omni alio dolore. Videtur quod non quia omnis dolens vel dolet propter privationem boni vel propter illationem mali. Sed quod de illo maxime dolet homo vere cum privabitur summo bono et affligetur maximo malo. Sed propter peccatum privatur homo eterna beatitudine et deputatur infernali miserie. Igitur etc. Sed contra videtur quod homines quos reputat esse in statu salutis maiorem dolorem ostendunt in morte parentum et amicorum quam faciant in contritione suorum peccatorum. Iste dolor contritionis dupliciter potest accipi. Uno modo ut est in parte anime intellectiva. Et est displicentia voluntatis qua penitens peccatum detestatur. Et iste dolor nec est ipsa contritio [illegible] vel saltem est de essentia contritionis cum contritio secundum doctores sit dolor voluntarie assumptus pro peccatis cum proposito confitendi et satisfaciendi. Alio modo ut est in parte anime sensitiva. Et est afflictio suborta in sensualitate. Et hic vel quod naturali sequela virium inferiorum ad superiores vel quod quadam redundantia eius quod geritur in viribus superioribus ad vires inferiores. Sicut enim gaudium et delectatio virium superiorum quandoque redundat in vires inferiores ita quod etiam dotes glorificati [illegible] in viribus corporalibus ut dicunt doctores [illegible] libro sententiarum [illegible] sic etiam dolor et tristitia a viribus superioribus quandoque redundat ad vires inferiores. Patet etiam 3o [illegible] imperio voluntatis dolentis potest quandoque sensualitas incitari ad dolorem et passionem. Et iste dolor quoniam in sensualitate non est de necessitate [illegible] ipsius contritionis. Potest enim esse quandoque contritio vera quod solo dolore existente in voluntate, dato quod nullus dolor penitus sit in ipsa sensualitate, quia talis dolor non semper est in potestate hominis [illegible] usque ad illum dolorem non limitatur vera contritio. Est tamen aliqualis dolor de perfectione contritionis, quia quanto pluribus modis dolet homo de commissis peccatis tanto verius [illegible] perfectiorque videtur esse contritio. Conclusio prima. Dolor spiritualis ipsius contritionis puta dolor contritionis ut est in parte anime intellective debet esse maior omni dolore quia quanto aliquod bonum amicius placet tanto separatio ab illo bono magis displicet. Sed quanto anime cum deo qui est summum bonum summe placet et talis [illegible] impeditur per peccatum mortale cum peccatum mortale [illegible]. Sed hoc maxime displicet. Talis autem displicentia est dolor contritionis. Item quanto tenemur aliquid magis diligere tanto de eius amissione tenemur magis dolere. Sed deum tenemur diligere super omnia [illegible] 22 ergo de peccato [illegible] deum nobis offensum amittimus tenemur maxime dolere. Conclusio 2a [illegible] Talis dolor [illegible] qui subito fit in puncto [illegible] quia solo actu voluntatis possumus offendere deum ergo et solo actu voluntatis [illegible] ad id quod est [illegible] possumus reconciliari deo. Sed [illegible] non est magna [illegible] ad [illegible] et patet quod dicitur [illegible] etc.

[illegible] Augustinus in de [illegible] Omnis dolor in amore fundatur et [illegible] necesse est ut tantum urat dolor quantum [illegible] generat amor. Item super 1o [illegible] luctum unigeniti fac tibi planctum amarum dicit glossa [illegible] penitentie quod [illegible] facere [illegible] solacia morti unigeniti. Sed [illegible] tunc ratio ab homo habet [illegible] de suis peccatis [illegible] ratio ab homo sentiret in se tantum dolorem vel maiorem pro peccatis quantum sentiret de unigenito si esset mortuus. [illegible] non est necesse quod dolor contritionis sit sensibiliter maior omni dolore sufficit enim quod sit displicabiliter maior puta si inter duo mala [illegible] unum sustinere vel malum mortalis culpe vel mortem unigeniti magis eligeret secundum quam primum et primum magis sibi displiceret primum quam secundum [illegible] posito quod vel [illegible] est mortalem peccare vel mortem temporalem ab hac vita migrare. Tunc necesse est [illegible] contritionem eligere potius mortem temporalem quam [illegible] periculo mortis eterne faciendo peccatum mortale. Dico nonnunquam posito casu quod si defacto non [illegible] periculum [illegible] tunc non est tutum quod de hoc fiat homini questio quia propter impetum appetitus [illegible] omnem sensibilem penam abhorret. Quamquam valde difficile est homini mortem vel aliquam terribilem penam eligere. Si tamen homini fieret talis questio tunc si prompte percipit apud se quod potius vellet mori quam mortaliter peccare hoc utique est signum perfectionis. Si autem percipit voluntate sua hesitare tunc non [illegible] aliqualiter quoniam [illegible] aliqualiter quoniam [illegible] sua cogitatione removere et orationi vel alii licite operationi insistere. Et illud [illegible] removet a se istam cogitationem [illegible] quod deliberate eligeret velle mori magis quam peccatis mortalibus deum ulterius offendere quamvis sit infirmus tamen adhuc non est [illegible] Si autem [illegible] dum [illegible] predictam questionem [illegible] in sua cogitatione deliberate [illegible] et eligat quod potius vellet in peccatis mortalibus manere quam temporalem mortem subire hic [illegible] non solum infirmus [illegible] et [illegible] cum isto 3o [illegible] nullo modo potest stare vera penitentia. Sed [illegible] non videtur quod secundum rectam rationem maiorem dolorem debeat quis habere pro dampno recuperabili quam pro dampno omnino irrecuperabili. Sed dampnum eveniens homini [illegible] peccato est recuperabile et [illegible] a penitente per actum contritionis recuperatum. Sed dampnum eveniens [illegible] morte unigeniti vel [illegible] est irrecuperabile igitur. [illegible] quod [illegible] est [illegible] [illegible] his duobus [illegible] quod homo sit [illegible] quod vivat donec recuperet illud dampnum quod sic dicitur recuperabile et quod aliquod dampnum recuperabile sit equalis ponderis et non maioris quam illud quod dicitur irrecuperabile. Positis tamen oppositis [illegible] duobus tunc [illegible] est falsa. Sic autem est in proposito quia nullus [illegible] mortaliter sit [illegible] vivat per unicum instans post peccatum et [illegible] non est omnino [illegible] de dampni peccati recuperatione quod per mortale peccatum meruit. Etiam tanta est excessus istius dampni ad quodcumque temporale dampnum quod homo potest incurrere quod nulla proportio est [illegible] esse potest inter [illegible] dampna. Et cum dicitur quod penitens per actum contritionis recuperabit aliquale dampnum. Dico quod licet possit de hoc habere piam confidentiam tamen non potest de hoc habere certam notitiam, quia nescit an odio vel amore dignus sit [illegible] in futurum reservatur [illegible] [illegible] Sed adhuc [illegible] [illegible] gradus contritionis sufficit ad delendum omnem mortalem culpam ergo de necessitate salutis non oportet dolorem contritionis esse maiorem omni dolore [illegible] [illegible] quia contritio secundum omnem gradum suum est informata gratia quod patet quia toto formato [illegible] nulla pars eius potest esse informis. Sed [illegible] doctores [illegible] contritio differt ab attritione quia contritio est gratia informata. Sed quilibet gradus gratie excludit omnem mortalem culpam. Igitur [illegible] quod [illegible] [illegible] gradus caritatis includit maiorem amorem quam quecumque dilectio qua diligitur res creata ab eo qui est in caritate quia si non tunc ille gradus caritatis non esset gradus caritatis quia in quolibet gradu caritatis deus amatur super omnia creata. Sic quilibet gradus contritionis includit maiorem dolorem [illegible] de dolore qui [illegible] displicentia voluntatis [illegible] ipsius peccati quam sit quicumque dolor quo ipse contritus displicet quodcumque dampnum vel periculum temporale. Quia [illegible] amor caritatis [illegible] suum gradum [illegible] in anima rationali [illegible] ad dilectionem boni saltem habitualiter. Sic in eadem anima dolor contritionis secundum [illegible] ad refutationem et displicentiam mali. Dico nonnunquam saltem habitualiter quia quamquam homo existens in caritate magis percipit actualem motum amoris quo tendit in creaturam quam in creatorem, tamen habitualiter plus diligit creatorem. Cuius signum est quia si perciperet quod isti duo amores essent incompossibiles tunc vellet desistere ab amore creature et persistere in amore creatoris. Sic licet quandoque homo [illegible] dampna vel pericula temporalia magis actualiter [illegible] animum penitentis quam [illegible] divine offense per peccatum, tamen ad verum contritionem salvandam sufficit quod unum [illegible] puta si per necessitatem [illegible] unum istorum [illegible] quod magis ei displiceat offensa dei quam displiceat [illegible] aliquod dampnum temporale. Et ex dictis patet ad formam argumenti quia [illegible] est neganda. Sed adhuc [illegible] dolor contritionis est displicentia voluntatis respectu peccatorum ut [illegible] sed magis displicet cuilibet homo pena inferni quam peccatum, ergo dolor contritionis non est maior omni dolore. [illegible] quod malum displicibile quandoque [illegible] et includit peccatum et sic non oportet quod sit minus displicabile quam peccatum ymo potest esse magis displicabile quia sicut bonum includens est magis placibile bono incluso quia plures implicat rationes placibilitatis sic eadem ratione malum includens est magis displicabile malo incluso. Sed modo ita est quod pena infernalis presupponit mortale peccatum quia nulla pena deputatur nisi per mortale peccatum. Ergo dato quod pena inferni magis displiceat quam peccatum hoc tamen non [illegible] potius propositum quia [illegible] malum culpe est magis displicabile alio contrito quam quodcumque aliud malum hoc intelligitur de alio malo non presupponente malum culpe. Conclusio 3a videlicet [illegible]

Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Ille vere habet aures qui habet sensum retinendi et intelligendi et affectum diligendi et proveniendi ea que promittuntur.
Ille vero quodammodo caret auribus qui de celestibus bonis que ei promittuntur curam non habet. Quid spiritus id est deus dicat id est promittat ecclesiis plura non habet
eius vel illa quia quod iste vel ille secundum distinctionem horum parcium promittitur singulis et festinet ad preceptorum impletionem fideliter persolvere. Omnino autem
quod spiritus iste dicit id est docet vel precipit ecclesiis [illegible] scilicet precepta prohibitiones consilia et promissiones quibus omnibus est obtemperandum ut faciamus precepta
vitemus prohibita amplectamur consilia desideremus promissa. Patent habentes cor et aures patentes ad hec et ad illa. Non debent autem aures moveri
nisi moto capite id est nisi ad ea que deus loquitur quia aures sunt de capite Iohannis 8 Qui ex deo est verba dei audit. Aures enim beluine sunt que commoventur
sicut patet in asinis canibus et equis. Item debent esse ante aperte id est ad spiritualia retro clause id est ad temporalia. [illegible] Dominus aperuit mihi
aurem. Debent esse [illegible] ut a nullo tempore veritate [illegible]. Auris bona audiat cum omni concupiscentia sapientiam. Unde non curare
a quo distabas est una de septem clavibus que reserant sapientiam. Debent [illegible] et integre ut perfecte et integre obediat unde filius [illegible]
Aures autem perfecisti mihi. Debent esse leves et non pilose quod est mansuete audire. Eccli 5 Esto mansuetus ad audiendum verbum dei. Iacobi primo
In mansuetudine suscipite insitum verbum. Debent esse munde et purgate a sordibus verborum scurrilium. [illegible] Non dimittas sordida in auribus
tuis [illegible] sordida. Detractores ergo qui narrant tibi peccata aliorum sordibus implent aures tuas. Quidam enim habent aures canum
plenas muscis id est adulacionibus et rumusculis vel quod peius est serpentibus et aurellariis id est detractionibus et mendaciis que animam occidunt
[illegible] cum intrat aurellaria per aures in cerebrum et inde mors sequitur. [illegible] mors intrat per fenestras scilicet animam et aliorum sensuum.
Unde de beato Silvestro legitur quod a detractionibus et mendaciis quasi a serpentibus aures avertebat sciens venenum mittere per aures ingressum
occidere animam sapientis. Augustinus [illegible] inspector [illegible] auditor [illegible] et detractor. Quociens ergo intuentur
[illegible] aures tuas necesse est te habere purgatorium confessionis [illegible] qui minimo digito solet aures purgari. Debent eciam
aures esse revelate [illegible] ut [illegible] intelligat quid eis dicatur 1 Regum [illegible] Revelaverat dominus auriculam Samuelis. Item
debent esse gemme [illegible] fidelis. Audi filia et vide et inclina aurem tuam. [illegible] ornatur auro de quo [illegible]
[illegible] in aures [illegible] obediencie est fulgor claritatis [illegible]. Genesis 27 [illegible] inaures [illegible] Genesis 35 [illegible]
Sed quidam habent aures precisas quod est signum latronum qui [illegible] obedivit et non [illegible] de Malcho cui Petrus amputavit
auriculam dexteram Iohannis 18. Alii habent [illegible] que aptata est a retro id est ad ea que debuisset [illegible]. Alii asininas [illegible]
auriculas asini quibus non habet [illegible] qui libenter audiunt citharam [illegible] mittuntur ad cor [illegible] in operacione
quod est lira gentilis. Alii habent aures aspidis surde et obturantis aures suas nolentis audire voces incantantium id est predicatorum
aut medica medicantis sapienter [illegible] alia littera. Alii tamen [illegible] ad lumen.

Iudei autem qui lege divina instructi erant illicita reputabant. Alia vero que ibi ponuntur iudei abhominabantur propter consuetudinem legalis observacionis. Unde apostolus cum gentilibus induxit, non quia secundum se illicita sed quia iudeis abhominabilia. Ad secundum dicendum quod fornicacio dicitur esse peccatum in quantum est contra rationem rectam. Ratio autem hominis recta est secundum quod regulatur voluntate divina que est prima et summa regula. Et ideo quod homo facit pro voluntate dei eius precepto obediens non est contra rationem rectam quamvis videatur esse contra communem ordinem rationis. Sicut etiam non est contra naturam quod miraculose fit virtute divina quamvis sit contra communem cursum nature. Et ideo sicut Abraham non peccavit filium innocentem volendo occidere propter hoc quod obedivit deo quamvis hoc secundum se consideratum sit communiter contra rectitudinem rationis humane, ita etiam Osee non peccavit fornicando ex precepto divino. Nec talis concubitus proprie fornicacio debet dici quamvis fornicacio nominetur referendo ad cursum communem. Unde dicit Augustinus 3° confessionum: Cum deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet, etsi numquam ibi factum est, faciendum est. Et postea subdit: Sicut enim in potestatibus societatis humane maior potestas minori ad obediendum preponitur, ita deus omnibus. Ad tertium dicendum quod Abraham et Iacob ad ancillas accesserunt non quasi fornicario concubitu. Iudam autem non est necesse a peccato excusare qui eciam auctor fuit vendicionis Ioseph. Ad quartum dicendum quod fornicacio simplex contrariatur dilectioni proximi in quantum ad hoc quod repugnat bono prolis nasciture ut dictum est. Unde si dat operam generationi non secundum quod convenit proli nasciture. Ad quintum dicendum quod per opera pietatis ille qui lubricum carnis patitur liberatur a perditione eterna in quantum per huiusmodi opera disponitur ad hoc quod gratiam consequatur per quam peniteat et in quantum per huiusmodi opera satisfacit de lubrico carnis commisso. Non autem ita quod si in lubrico carnis perseveret impenitens usque ad mortem per pietatis opera liberetur. Ad ultimum dicendum quod ex uno concubitu potest homo generari et ideo inordinatio concubitus que impedit bonum prolis nasciture ex ipso genere actus est peccatum mortale et non solum ex inordinatione concupiscentie. Ex una autem comestione non impeditur bonum totius vite unius hominis et ideo actus gule ex suo genere non est peccatum mortale. Esset tamen si quis sciret aliquem cibum comedere qui totam condicionem vite eius immutaret sicut patet de Adam. Nec tamen fornicacio est minimum peccatorum que sub luxuria continentur. Minus enim est concubitus cum uxore qui fit ex libidine. Unde non concedunt in ethica etc.

Similiter penitentiam age. Si quominus veniam tibi cito et pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo manna absconditum et dabo illi calculum candidum et in calculo nomen novum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit. Tercia particula narracionis in qua post penitentie vel emendacionis admonicionem [illegible] subiungitur comminacio, scilicet: Si quominus. Circa primum dicit: Similiter penitentiam age sicut prius preceptum est angelo Ephesi. Vel similiter age penitentiam scilicet de factis idolatrarum et de doctrina Balaam ut ait Haymo. Vel similiter age penitentiam tu illis qui peccaverunt. Vel similiter age sicut precessit ut sic plane in evangelio secundum Luc. 16 [illegible] similiter mala et per hic quod prohibetur hic laudabiliter vivat in se ipso. Sunt tamen sustinet malos in ecclesia nec arguit nec increpat culpabiles sunt et adeo accusandi. Unde enim ait Augustinus epistola 100: Bene agere et illicita non prohibere consensus erroris est. Item [illegible] Cum consenserunt facientibus in glosa: Consentire est tacere cum possis arguere. Ezech. [illegible] intelligitur specialiter de eo qui obligatus est ad corripiendum. Sunt contra gentem Ezech. 3: Si dicente me ad impium morte morieris etc. et non annunciaveris ei, sanguinem eius de manu tua requiram. Gregorius [illegible] ubi subito quis sua culpa moritur ibi is qui prest quia tacuit reus mortis tenetur. Et in [illegible] de hoc et Haymo: [illegible] pari reatu astringitur et ille qui prava docet et ille qui prava docere tacens permittit. Qualiter autem penitentia sit agenda dictum est supra. Similiter ergo age penitentiam per iustitiam puniendo preterita, per [illegible] reprimendo futura, per fortitudinem perseverando in bona vita inchoata. Hec enim tria sunt necessaria in vera penitentia. Et sequitur comminatio: Si quominus, id est penitentiam non egeris sunt in magno [illegible] et si malos non correxeris, veniam tibi cito, id est ad iudicium tuum et te puniendum. Unde Haymo: veniam, id est in adventum ire mee et vindictam te sentire faciam [illegible]. Ecce festinus velociter veniet. Et Iohel 3: Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. [illegible] Altissimus patiens est redditor. Et Apocalypse 22: [illegible] Ecce venio cito. Et Eccl. 8: Quia non cito profertur contra malos sententia absque ullo timore filii hominum perpetrant mala. Ad quod tamen quia cito dicitur veniam dicit ad indicandum ob temporis brevitatem et humane vite parvitatem et adventus improvisi. Matthei 24: Veniet dominus servi illius in die qua non sperat et in hora qua ignorat et dividet eum partemque eius ponet cum infidelibus. Nam qui hodie sunt forte cras non erunt et postquam defuncti ad ipsorum mausolea sic erunt quasi non fuissent. Iob 10: [illegible] fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Et iuxta est quasi non essent quia [illegible] mors super [illegible] Iob 21: In puncto ad inferna descendunt. Unde longitudo temporis vite preterite punctum esse cognoscitur cum fine terminatur. Quod ad continuum [illegible] de preterito iam nichil tenet quia tota cuncta dilapsa sunt, de futuris nichil est quia unum hoc momentum non restat. Vita ergo que sic angustari potuit iuxta punctum fuit. Et ideo Gregorius [illegible] Iob [illegible] gaudium ypocrite ad instar puncti sic [illegible] ab ipso Adam [illegible] usque ad hoc tempus in quo sumus [illegible] orbis [illegible] omne quod finiri potuit quam breve sit videamus. [illegible] enim quemlibet hominem a primo die mundi conditi usque ad hodiernum diem vitam ducere. Hodie tamen [illegible] vitam quam quasi longam ducere videretur finire. Ecce finis adest, preterita iam nulla sunt quia cuncta transierunt. Futurum in hoc modo nichil est quia neque ad vitam vel [illegible] restat momentum. Ubi est ergo longum tempus quod inter initium finemque deprehensum ita consumitur ac si nec breve umquam fuisset. Unde Augustinus [illegible] Ioh. 16: Modicum et non videbitis me. Dicit quod tempus ab ascensione Christi usque ad iudicium sit modicum secundum [illegible] civitatis. Omne enim quod finitur est modicum [illegible] illud quod non finitur. Unde licet longum est, tamen modicum est quia finibile est. Unde Augustinus: Hoc modicum tempus longum nobis videtur quia adhuc agitur; sed cum finitum fuerit sentiemus quam modicum fuit. Tamen cum est inde vita nisi approximatio ad vitam morte. Quia [illegible] mortis [illegible] est cotidie ad mortem a vita transire. Unde quanto plus crescit quis vivit tanto magis vita transit. Et quanto magis vita proficit tanto plus morti appropinquat. 2 Reg. 14: Omnes morimur et velut aque dilabimur. Et Matth. 3: Iam securis ad radicem arborum posita est. Et quamvis hec misera infelixque vita sit ita brevis non tamen sine tedio et afflictione spiritus transit propter multiplicatas passiones ingruentibus tribulationibus illatis et [illegible] propter quod dicit psalmista: Defecit in dolore vita mea et anni mei in gemitibus. Per [illegible] Et Iob 14 dicit: Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis et ideo cum gemitu et fletu. Quasi flos egreditur periculose nascendo et conteritur laboriose vivendo et fugit velut umbra [illegible] ad mortem approximando. Quis enim est homo qui vivit et non videbit mortem? Ps. 88. [illegible] Unde Augustinus: Nec [illegible] neque finem [illegible] unde venias aut quo vades. Sed plane scimus quod mortales sumus. Nichil enim morte certius et nil incertius hora mortis. Quid est ergo vita hominis nisi flos desiccatus super herbas, spuma agitata super aquas, lanugo maturata super tribulos. Transiet vita nostra tamquam vestigium nubis et sicut nebula dissolvetur que effugata est a radiis solaribus et a calore

illis aggravata. Sap. 2. Transit vita nostra velut lanugo que a vento tollitur, tamquam spuma gracilis que a procella dispergitur, tamquam fumus qui ab
ore diffunditur, tamquam memoria hospitis unius diei pretereuntis. Sap. 5. Et Iacobi 4. dicitur quod vita nostra vapor est ad modicum parens et deinceps
exterminabitur. Et secundum Aug. libro 4 confessionum dicit quod ista vita mortalium [illegible] tibi verius ac potius et turpitudinis plus esse dicitur sicut umbre
nubis vestigio nebule spume lanugini vento flan[ti] hospiti etc. Ne spe vite longioris mens hominis decepta bene consulere ac
providere pretermittat. Et quantum tempus [illegible] tam breve sit ac incertum etc. est tamen nimis salubriter [illegible] Basilii [illegible] Sap. 2
[illegible] in navibus etc. quod illud ad agendum primum ad impetrandum veniam ad promerendum graciam et ad consequendam gloriam indulsit misericors conditor. Non quod [illegible] dicitur hunc cito debes agere penitenciam et quamdiu [illegible] veniam [illegible] Ecclesiastici
Sed ut dicit Seneca ad Lucilium in epistola: Sunt aliqui quibus magna pars temporis elabitur. Alii quibus maxima. Alii quibus elabitur tota vita. Magna
siquidem pars vite seu temporis elabitur non bene agentibus et agentibus bonum de genere sed absque intencione a recto fine; quia secundum Aug. libro contra
Iulianum: Cum ergo ab homine fit et non fit propter id propter quod fieri debet et si officio i. quo ad substanciam actus videatur bonum, ipsum tamen non recto fine
factum, concluditur esse peccatum. Luc. 11: Lucerna corporis tui est oculus tuus etc., ubi exponitur Beda dicit: Corpus dicit omnia opera que palam cunctis
apparent; oculum vero ipsam mentis intencionem qua operatur, et de cuius merito cernitur opera an lucis aut tenebrarum sint opera. Distinctio [illegible]
ipse sicut dicitur quod appositum ibi: Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit oculus totum corpus tuum
tenebrosum erit, quia si recta pura quam intencione que potes agere bona studueris, lucis perfecto sunt opera que facis, eciam si coram hominibus
aliquid imperfeccionis habere videantur. Qui dilibet deum omnia cooperantur in bonum. Ad Rom. 8. Si autem prava est intencio que precedit, prauum est
omne opus quod sequitur, licet rectum esse videatur. [illegible] Et tunc sicut tempus incipit quia propter pravitatem intencionis qua fructus boni corrumpitur
et vita ~~mors~~ sine merito et tempus sine fructu evanescunt, unde et vana spes eorum et labores sine fructu. Sap. 3. Putant enim tales
esse lucidissimorum operum, sed sicut [illegible] in omni [illegible] parte pariete dealbatorum lapides fatuarum virginum convinguntur, quia eorum opera que clara hominibus
foris apparuerunt in adventu iudicis intus obscurabuntur, et ideo retribucionem non invenient, quia pro eis receperunt ab hominibus laudes
quas amaverunt. Maxima autem pars vite elabitur nichil agentibus vel bonum agere negligentibus et turpia facientibus. Agere siquidem,
ut dicit Aug. 2 libro super Genesim, est proprie rerum solum bonorum; cum rerum malorum non sit agere sed deficere. Quibus sicut Seneca tempus subducitur, quia
in eternum durant. Eo quod enim hic tempus laboris perdunt, in eternum ubi tempus quietis laborabunt. Merito et rapitur a deo anima [illegible]
[illegible] statis tota die ociosi? Et merito, quia sicut [illegible] omnium cogitacionum malarum et temptacionum sentina est ocium. Sicut enim per rimas
aqua latenter intrat navem et crescit donec navis submergatur, ita per ocium cogitaciones et concupiscencie multiplicantur donec navis
cordis eius succumbens in periculo [illegible]. Aliquando [illegible] que desidie torpor [illegible] ab eo omnis virtutis milicia relegatur.
[illegible] sterilitas [illegible] sobolis [illegible] fecunditate impugnat. Unde [illegible] Ovidius: Ocia si tollas, periere cupidinis artus.
[illegible] egisti quare sit factus adulter? In promptu causa est: desidiosus erat. Ocium quoque est [illegible] anime [illegible] vel multa demonia
[illegible] ab uno demone impugnatur, ociosus autem innumeris demonibus vastatur. Et ideo consulit Ieronimus: Semper ad opus facito ut
te diabolus inveniat occupatum. Dicit frater [illegible] in libro suo de forma noviciorum seu in formula de reparacione hominis interioris tali verbo quod in
monasteriis religionum monachorum pauci stabiles religiosi sunt. Verum antiquorum in Egipto in quibus quinque trecenti simul vel quingenti morabantur
sub uno gubernatore, quiete vivebant magis quam nunc apud [illegible] possunt pro vel pauciores obedient et concordant. Gubernaverunt, qui
de labore manuum sustentati lata predia et reditus amplos non requirebant. Et erant tot colligentes victum quot consumentes,
nec superflua desperdentes nec mendicantes nec evagantes nec adulantes pro aliena donacione, sed de propriis laboribus sibi et aliis
debiles et pauperes sustentando, et labor manuum intentos rumoribus, iurgiis et variis desideriis non permittebant intendere,
nec quilibet in pera sua reposuit acquisita et elaborata, sed sicut semetipsos pro Christo abnegaverunt et alterius imperio subiecerant,
ita et omnia que habebant, et quod non strepitu clamoris nec secundum proprie voluntatis arbitrium agebant, sed cum silencio silencio et quiete ad nutum
abbatis et gubernatoris suorum. Ideo a spiritu devocionis non solum non impediebantur per operis instanciam, sed et plerumque promovebantur,
cum in pacto quotidiano statuto opere laboris, reliquum tempus vel leccioni vel oracioni solebant appendere. Et ideo stabiles et perfecti
erant in omni virtute, quia omne tempus bonis operibus et virtutum studiis expendebant. Nunc ociose et curiose tusantes vel pro voluntate
sua vivendo sine superioris [illegible] a sanctis patribus instructi sancto spiritu institutam ad viam optimam pandam et virtutes inseruiant.
Non solum autem vitandum est ocium sed et ociositas. Ocium est quod nullam utilitatem habet seu utilitatis intencionem. Et pro vitando ocio. Fortasse
ociosa videntur est propter quod omnem horam dei homo consideare qualiter in istas tempus posset utiliter consumere vel illud opus quod tunc
ei incumbit optimo modo perficere sive orando sive laborando vel aliquid aliud faciendo. [illegible] nunc mala pars vite elabitur
tota vero vita elabitur aliud agentibus secundum quem moraliter i. vicia perpetrantibus viciorum siquidem aliud ab homine dicitur, quia
semota racione qua moraliter homo subsistit, homines sua deformitate [illegible] efficit et in brutum convertit vel in se detrudit.
Boecius 2o de consolacione philosophie: Ipsa vero humane nature ista condicio est ut tunc tantum ceteris rebus cum se cognoscit excellat, eadem tamen
infra bestias redigatur si se nosse desierit. Nam ceteris animantibus sese ignorare nature est, hominum vero quod vicio venit. Cantica canticorum 1o:
Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere et abi post greges sodalium tuorum. Super quo Bernardus sermone 36: Cum non tibi videris bestialior
ipsis quodammodo bestiis esse homo racione vigens et racione non vivens. Nam pecora quidem si se racione non regat, excusat ea [illegible] a natura
a qua ei penitus hoc munus negatum est. Non sic homo cum ab ipsa specialiter prerogativa donatum est. Merito proinde eorum consortum
homo egreditur et ire post greges [illegible] ancia; quia solum hoc animal conformacione degenerans intra nature tugurium [illegible] racionis compos
racionis expertes et moribus et affectibus imitatur. [illegible] peccator a vita abducat racione hoc communium malorum est
scriptura dicit: Mors peccatorum pessima. Hoc enim est anime vitam confundere. Anima vita privare morti se vivere, et usque ad portas
mortis appropinquare. Dicit Bernardus in sermone Petri et Pauli apostolorum: Non vivit qui superbia inflatur, qui luxuria sordidatur, qui ceteris
inficitur pestibus; quia non est hoc vivere sed anime vitam confundere etc. Bona autem vita ego puto et mala pati et bona facere et
perseverare usque ad mortem. Sed vulgo dicitur: Bene se pascit bene vivit. Sed mentita est iniquitas sibi, quia non bene vivit nisi
qui bonum facit. Arbitror autem quod tu qui in conversacione es bene vivis si vivis ordinabiliter, socialiter et humiliter. Ordinabiliter tibi,
socialiter proximo, humiliter deo. Ordinabiliter tibi, ut in omni conversacione tua sollicitus sis observare vias tuas et in conspectu dei et
in conspectu proximi caveas et a peccato et illi a scandalo. Socialiter, ut studeas amari et amare et blandus te et affabilem
exhibere, supportare non solum pacienter sed et libenter infirmitates sive tuorum tam morum quam corporum. Humiliter, ut cum hec omnia feceris,
spiritum vanitatis studeas confusare, cum eo timore et dilectione solum sibi et cunctis illud sensus [illegible] nega omnino consensum.

Sic et in parcendo malis quod tyr est/ t[ri]plice te oz [illegible] et adhibe[re] prudencia est enim q[uod] a te patet/ q[uo]d a p[ro]p[r]io/ quod a deo
p[ri]m[o] est austitas pu[n]c[tio]/ s[ecundu]m vexacio est alicue malicie z[um] flagellum correpcionis dñe in eo q[uo]d a te pater debes volu[n]t[ar]ie
passionem q[uo]d a p[ro]p[r]io pacient sic q[uo]d a deo sin immutacione et cum gracia[rum] accione sustine [illegible] docuerit nos ul docent
ap[osto]li sic uo p[er]scrutatoriam arte no[n] scienciam factam ul quemq[ue] [illegible] est/ no[n] plus lege no[n] amplius p[ro]curat disputare/ no[n] [illegible]
et [illegible] ad vitam scam p[er]uenire s[ecundu]m docuerit nos bn vive [illegible] pura res sit sic vive mag[iste]r [illegible] n[on] maxi[m]e [illegible]
melius enim esset no[n] vivere q[uam] male vivere et [illegible] luce no[n] vide[re] q[uam] peccatorum tenebris involui q[uia] petre involui est oibus
[illegible] ad vitam gr[aci]e destitui et p[er]fecta ab hac vita culpa[li] sp[irit]uali voluntaria/ ad illa penale corpale et necessaria [illegible]
et [illegible] ad illa p[er]petua que d[icitu]r mors s[e]c[un]da sup[er] [illegible] at [illegible] sit d[icitu]r [illegible] ultio sic [illegible]
[illegible] sic corpus [illegible] capiunt [illegible] delectacionibus [illegible] q[uia] vias v[ir]tutum deserunt et omne id patiunt [illegible]
quo desideriis suis remittere coguntur/ asserunt q[uo]d [illegible] esse quicq[ui]d corp[or]i appetitui sit [illegible] sic sole gestiencium [illegible]
manibus ut fide accomodabunt doctrine que iubet eos [illegible] facere [illegible] a vitis salutaribus [illegible] q[uia] rebellat
limini vite et omnes fores recludunt ne sol iusticie ad corpora eorum p[er]ueniret ibi enim dicunt deo recede a nobis sciam viarum
tuarum nolumus Job 21 [illegible] mittunt legacionem post eum dicentes nolumus hunc regnare sup[er] nos luc 19 et talibus s[e]c[un]d[u]m [illegible]
[illegible] q[uia] tales mortui moraliter reputantur sic q[uia] vita et t[em]p[or]e censentur esse [illegible] s[e]c[un]d[u]m [illegible] nomen habes q[uo]d vivas et mortuus
es et talium finis mors est no[n] solum moralis qua sic [illegible] sunt s[ed] eciam corpalis et p[er]petua de qua d[icit] ap[osto]l[u]s ad ro[manos] 6 stipe[n]=
dia peccati mors [illegible] pt q[uo]d moraliter mortuus et p[er]petua morte depascendus morti corpali tradendus est/ sic vite
ad illum finem [illegible] [illegible] [illegible] d[icitu]r luc 16 mortuus est dives et sepultus in inferno et ob hoc ve[re] talium mors d[icitu]r [illegible]
[illegible] p[ro]pter p[er]uenti delectabilium amissionem [illegible] difficillima p[ro]pter a[n]i[m]e et corporis [illegible] amabilis separacionem [illegible]
terribilissima p[ro]pter diuini iudicij in eos districtissimam execucionem de qua subdit[ur] hic in lit[er]a et pugnabo cum illis s[ecundu]m in mali[ci]a et errore
obstinatos s[ecundu]m tenentibus doctrinam balaam et nicolaitarum in gladio oris mei i[d est] in s[ente]n[ti]a illa terribili Ite maledicti in ignem et[er]n[u]m ma[th.]
25 · Job 19 ffugite a facie gladij ~~[illegible] quo [illegible] [illegible] in fine~~ quia ultor iniquitatum gladius est et scitote esse iudicium
[illegible] [illegible] gg[reg]. 18 mor[alium] in fine d[icit] dis qui p[er]u[er]se agit eo ipso quo hic desp[er]at esse d[e]i iudicium nescit. si enim hoc timendo
sciret que in illo sunt p[er]uenienda no[n] ageret [illegible] sunt plerique qui [illegible] esse iudicium [illegible] sciunt s[ed] p[er]u[er]se agendo testantur
[illegible] [illegible] cum [illegible] no[n] formidat ut d[icitu]r [illegible] coguntur ad quanto turbine terror adueniet si enim pensare pondus timendi
[illegible] nosset ire diem utique timendo p[re]ueniret ffacie quippe gladij fugere est [illegible] districte sententiam [illegible] q[uo]d appareat
placare vitari naq[ue] terror iudicis no[n] n[is]i ante iudicium p[otes]t modo no[n] cernitur s[ed] p[recibus] placatur cum vero in illo tremendo
[illegible] sedit et videri p[otes]t et placari iam no[n] p[otes]t ~~modo no[n] cernitur s[ed] precibus placatur~~ q[uia] facta p[ra]uorum q[ue] diu sustinuit
[illegible] [illegible] redderet [illegible] vnde [illegible] est timere iudicem cum necdum iudicium [illegible] cum diu sustinet cum adhuc mala
tolerat que videt ne cum semel manum in retribucione vl[ti]onis [illegible] tanto in iudicio districtius feriat quanto ante
iudicium diucius expectat[ur] [illegible] [illegible] augustie tunc erunt vie reprobis desup[er] erit iudex iratus subtus patens chaos infra
[illegible] pecca[ta] accusancia a sinistris [illegible] demonia ad infernum [illegible] intus erit consciencia mordens [illegible] ardens
miser peccator sic deprehensus quid faciet fugere et latere erit impossibile apparere intolerabile no[n] restat n[is]i ut [illegible]
ap[er]iat et descendat ad infernum vivens [illegible] sup[er] de reprobis ad tremendam negligenciam pastorum et maliciam gregis. et hic sub
iungit [illegible] de gladio oris sui ad quamdam penam malefic[orum] ut aut [illegible] et [illegible] q[uo]d d[icit] pugnabo cum illis ita
acceptum est t[ame]n [illegible] pugnabo tecum q[uia] v[idelicet] [illegible] v[er]ba [illegible] ad eos qui [illegible] doctrinam balaam ul nicolaitarum sequebantur et ad
eos eciam qui eos no[n] corrigebant. pari enim reatu ut d[ictu]m est astringitur et ille qui p[ra]ua docet et ille q[ui] p[ra]ua docere tacens
permittit. Talibus itaq[ue] d[icit] d[omin]us venia[m] [illegible] i[d est] aduentum ire mee et vindictam te sentire faciam Et pugnabo cum illis i[d est] contra illos
ul cum illis contra te ad designandum q[uo]d sic maior est culpa prelat[orum] q[uam] subditorum sic maior d[ebet] infligi pena sic [illegible] bonorum p[re]
latorum maior est gl[ori]a [illegible] no[n] dixit et pugnabo tecum s[ed] dixit et pugnabo cum illis s[ed] [illegible] te q[uia] tamq[uam] subditi q[uam] prelati erant culpa[bi]les
q[uia] p[er] prelati negligenciam subditi [illegible] in peccata et addit in gladio oris mei i[d est] acutis s[ente]ncijs eloquiorum meorum ut d[icit] [illegible]
[illegible] fornicatores Gladius enim oris dei [illegible] valida precepta s[ecundu]m paulo teste [illegible] d[icit] eph[esios] 6 et gladium
sp[irit]us q[uo]d est v[er]bum dei de quo gladio deut[eronomium] 32 Gladius meus devorabit carnes de quo gl[adi]o dictum est sup[er] [illegible]

S[ecundu]m lau[ren]cium in [illegible] in [illegible] ubi agit de acceptu aduerbiorum in [illegible] de [illegible] a [illegible] quo[n]i[a]m [illegible] sunt due
dicciones [illegible] [illegible] p[er] i[d est] [illegible] vna diccio est [illegible] ab longe s[ed] [illegible] ad [illegible] et quomi[n]us alit[er]
no[n] q[uia] p[er] vna diccione [illegible] de si quo minus sunt due [illegible] s[ed] [illegible] ibidem [illegible] in [illegible] d[icit] tres esse dicciones
[illegible] in domo patris mei mansiones multe sunt si quo minus dixissem vobis q[uia] vado parare vobis locum et sic [illegible] accentibus
[illegible] et si est [illegible] minus po[nitu]r p[ro] aduerbio negandi sc[ilicet] no[n] quo est no[n] et ibi [illegible] ul po[nitu]r ibi aduerbia quo i[d est]
aliquo et est [illegible] si quo minus i[d est] si no[n] esset ul si aliquo no[n] esset in domo patris mei mansiones multe dixissem vobis q[uia]
vado parare vobis locum Alij dicunt q[uo]d sunt due dicciones sc[ilicet] ablatiuus si quo et minus aduerbium i[d est] si in aliquo minus et s[ed] vtriq[ue]
[illegible] minus [illegible] ultimam [illegible] in [illegible] si quo minus i[d est] si in aliquo neglexeris corrigere peccata ul p[re]uaricare venia[m]
t[ibi] i[d est] ad te p[er]uenit cito s[ed] in iudicio [illegible] ul [illegible] q[uo]d est ultio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] z
et pugnabo cum illis in errore obstinatis in gl[adi]o oris mei i[d est] in s[ente]n[ti]a q[ue] nu[n]c est in ore ad [illegible] s[ed] in die iudicij
erit ad iustificandum et [illegible] possum euadere [illegible] no[n] ut d[ictu]m est sup[er] ffugite a facie gladij quia ultor iniquitatum e[st] etc.
Qui [illegible] aures etc hic est tercia p[ar]s p[re]sentis epistole [illegible] in qua po[nitu]r [illegible] et p[ri]mo po[nitu]r audiendi exhortacio cum d[icit]
Qui h[abe]t aures audiat et hec exposita est [illegible] frequenter ac repetitur ista clausula ut [illegible] attencio auditorum et
ut sciatur q[uo]d quicq[ue] vni illarum ecclesiarum d[icitu]r omnes ecclesias audire cupit S[ecund]o po[nitu]r p[ro]ferte audiencium p[ro]missio cum subdit[ur]
Vincenti s[ecundu]m [illegible] et [illegible] [illegible] ant [illegible] dabo manna absconditum i[d est] [illegible] illi qui [illegible] pa[n]is
[illegible] qui de celo descendit Joh[annis] 6 qui q[uia] [illegible] [illegible] [illegible] hoc ut pa[n]e[m] angelorum manducaret ho[mo] que[m] pa[n]e[m] [illegible] oli[m]
illud manna q[uo]d filijs isr[ae]l datum est in [illegible] exo[di] 16 et post [illegible] manna qui sp[irit]ual[ite]r manducat et [illegible] moyses aaron

Vinc[enti] dabo manna absconditum s[ecundu]m [illegible] [illegible] manna [illegible] corpale et manifestum datum fuit filijs isr[ae]l in deserto exo[di] 16 [illegible] manna est
[illegible] [illegible] Joh[annis] 6 Amen amen dico vobis no[n] moyses dedit vobis panem de celo s[ed] p[ate]r meus dat vobis panem verum de celo et subdit
Ego sum panis vite etc hic est manna celeste q[uo]d bonos reficit [illegible] et [illegible] et d[icitu]r absconditum [illegible] vite [illegible] s[ed] q[uo]d d[icitu]r [illegible]
[illegible] multitudo dulcedinis tue d[omi]ne quam abscondisti timentibus te d[icit] [illegible] vincenti s[ecundu]m [illegible] etc b dabo manna absconditum i[d est] cibum celeste[m] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et deus absconditus saluator isr[ae]l / de hoc manna canit eccl[es]ia in sequencia [illegible] q[ui] [illegible] [illegible] stella etc hic manna [illegible]
[illegible] [illegible] abrahe filijs admirabili [illegible] moysi q[uo]d [illegible] significabit [illegible] [illegible] [illegible] ora [illegible] [illegible] pane celi digne effici

Vinc[enti] dabo manna etc no[n] manna [illegible] [illegible] [illegible] salut[em]

et cosue et si mortui sunt corpore, tamen immortales sunt mente. Cum autem nichil aliud preter id quod videbat ibi intelligebat, mortui sunt
morte eterna. De quibus dominus dicit Iohannis 6: Patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt. Sic et nunc qui digne corpus
et sanguinem accipiunt vitam sibi sumunt, cum autem indigne manducant, iudicium sibi manducant et bibunt, dicit apostolus 1 ad Corinthios 11. Istud
autem manna quod hic fidelibus promittitur, modo quidem in sacramento accipiunt per fidem, quandoque autem in veritate per speciem sumetur. Et quod nunc
manet absconditum, tunc erit manifestum. Cum itaque dicit dominus: Dabo illi manna absconditum, id est mercedem pro sanctis laboribus contem-
plationem illam eternam, sicut propheta dicit: Saciabor cum manifestabitur gloria tua. Manna enim interpretatur: quid est hoc? Nos autem nequaquam dicimus
quid est hoc, nisi de re quam adhuc non videmus. Istud autem manna nunc manet absconditum, sed tunc manifestabitur, sicut apostolus dicit 1 Corinthiorum 2:
quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Unde sciendum quod de hoc manna abscondito quod
filii Israel vocabant panem celi, magna et admiranda scripta continentur in serie veteris testamenti. Primum namque Exodi 16 legitur quod hoc cibo alita sunt
filii Israel in deserto 40 annis usque contingerent fines terre promissionis. Istud indicabat aperte quod duratura presenti seculo quod est desertum nunc
peregrinationis non deficiet in ecclesia sacramentum eucharistie usque assumentur electi ad promissam patriam future beatitudinis, pollicente ipso Ihesu Christo
qui in hoc sacramento veraciter continetur: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Matthei ultimo. Secundo eodem capitulo
legitur qualiter manna filii Israel collegerunt, alii plus alii minus, et nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus paraverat
reperit minus. Istud demonstrabat quod fracto isto sacramento tantum de corpore domini habet sub qualibet sacramenti particula quantum sub integro
continetur, nec quis minus suscepit ille cui contingit porrigi hostie particulam conservate quam alius cui integra conceditur. Tertio scribitur Sapientie
quod manna omne delectamentum in se habebat et omnes sapores suavitatis, illas prestendebat inexcogitabiles delicias de quibus dicit apostolus
que nunc in hoc sacramento invisibiliter sunt implicite. Nam non dubium quod inexcogitabiles ille delicie nichil aliud sunt quam vita eterna que parata
est electis dei a constitutione mundi. Porro quid sit ista vita eterna, salvator et largitor eius docet Iohannis 17: Hec est vita eterna
ut cognoscant te solum deum verum et quem misisti Ihesum Christum. Dignitatem quod divinitatem unigeniti filii veri dei eius quem misit in mundum videre
illud quod ipsa est vita eterna, ab initio constitutionis electis dei preparata, inexcogitabiles illas continet delicias quas nec oculus vidit nec
auris audivit nec in cor hominis ascenderunt. Constat autem quod unigenitus a patre missus in mundum ille Christus in natura divina patri et humana integre
in hoc sacramento continetur. Ergo concluditur quod inexcogitabiles ille delicie in sapore manne designate veraciter in isto sacramento sunt contente.
Quarto quod est mirabile dictu, eodem capitulo continetur quod delectabilis ille manne sapor deserviebat uniuscuiusque voluntati et ad quod
quisque volebat convertebatur. Istud significaverat, denotabat varietatem gustuum spiritualium quos in se suscipientibus operatur sacramentum
istud pro varietate meritorum. In ipso namque novelli et primo geniti infantes quandam sugunt lactis dulcedinem per quam tenella
et adhuc incipientes ipsorum foventur devotiones, perfectiores vero et ad solidum cibum capacitatem habentes sentiunt quod ipso efficiuntur quandam
spiritus fortitudinem per quam ad ardua queque constanciam audaciam accipiunt. Sed illud magis mirum, cum tam multiplicanda in isto manna
reperitur dulcedine, murmurator ille fuit et durissime cervicis populus, cum super cibo tam delectabili fastidium dicens: Nunc anima nostra
nauseat super cibo isto levissimo. Numeri 21. Quidem creditur est vacuum a mysterio, sed magis dictum propter illos quos increpat
apostolus Hebreorum 6: Cum postquam semel illuminati gustaverunt donum celeste et participes effecti spiritus sancti gustaverunt nichilominus bonum
dei verbum virtutesque futuri seculi, et nichilominus prolapsi rursum abierunt retro. Tu ubi sequendi qui a sapore divino infectus est et
depravatus gustus sui interioris hominis, nunc miror quod fastidiosus sit et provocans nauseam sacramentalis iste cibus. Unde non sacramenti
culpa est sed ipsorum sumentium. Nam quod cibus est interiore sanus pure quidem gignit sanguinem, in corporibus vero impuris illa impuritas non
quod cibi provenit vicio sed quod corrupta natura sumentis. Sic quod salubrium istud sacramentum bonum sit et reprobis proficiat, quod in bonis
sapores bonum et salubrem operatur, in reprobis vero fastidium et nocumentum. Fastidium istud et nocumentum non quod sacramenti provenit
malicia sed quod depravatis moribus suscipientium. Quinto hac laude commendans ascribebat patres veteris testamenti quod ipsum sic
manna vocabant cibum angelorum et panem celi. Psalmo 77: Panem celi dedit eis; panem angelorum manducavit homo. Et Sapientie 16:
Angelorum esca nutrivisti populum tuum et paratum de celo panem prestitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem etc. Per
Ridiculum plane est et deliramento simile, opinari angelicos spiritus cibis materialibus indigere. Thobie namque 12 Raphael
archangelus dicebat utrique Thobie: Cum essem vobiscum per voluntatem dei, videbar quidem vobiscum manducare et bibere, sed
ego cibo invisibili utor qui ab hominibus videri non potest. Non fuit ergo manna istud cibus angelorum neque panis celestis veraciter
sed tamen figuraliter. Unde ipse qui in isto sacramento veraciter continetur, ipse realis est cibus angelorum et panis de celo verus apparens
in mundum missus, ac instar panis materialis manibus sancti spiritus in utero virginis formatus, ac in ara crucis igne passionis decoctus.
Tanto ergo isto manna prestancior ac dignior quanto res prestancior est quam umbra sua et veritas quam figura. Manna namque
illud umbra tantum fuit et figura, sed panis iste verus qui de celo descendit, ipse res est et veritas sub umbris illis et
figuris contenta. Manna illud figurale sicut legitur Exodi 16: si quis dimisisset usque mane, computrescere cepisset et scatere
vermibus, sed panis iste verus qui de celo descendit putredini nulli potest esse obnoxius. Et si forsitan quis obiciat, vermes
quandoque inesse solere speciebus sacramentalibus per nimiam vetustatem, istud non inficior. Unde non species ille sed qui sub ipsis misterialiter
latet ipse panis est verus qui de celo descendit, et quia immortalis sit et incorruptibilis, impossibile est quod putrefactionis sit
susceptibilis, quinymmo ipse est qui ad statum incorruptionis et immortalitatis deducit ipsum digne suscipientes. Quod illud
manna figurale facere non potuit, propter quod presidens incredulis manna sumi panem isti qui de celo descendit presentibus, exprobrans
incredulitatem illorum et duriciam cordis, videbat panis ipse Iohannis 6: Patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt;
sed si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Postremo quod cibum manne suscipientes dicebat paratum fuisse panem
sine labore. Dicit Sapientie 16: Angelorum esca nutrivisti populum tuum et paratum de celo panem prestitisti eis sine labore. Quidam
etiam et hac manne conditione habuit panis qui de celo descendit non deesse. Nimis enim panis magis sine labore potest esse
quam panis ille qui solo verbo conficitur, nichil dictu facilius aut pectu commodius. Talis autem est panis iste qui de celo de-
scendit, nam sacerdotibus ipsum conficere volentibus continuo sine verbum accedit ad elementum, sine ulteriore labore efficitur sacramentum. Unde
satis clarum quod ipse vere panis sit paratus sine labore. Et est autem summa veritatis contente sub quibus figuris, vere quod illud idem
verum Christi corpus quod sumpsit de Maria virgine, quod passum est in cruce, quod tumulatum fuit in sepulchro, quod tertia die resurrexit
et in celum ascendit, atque ille idem verus eius sanguis quem in precium nostre redemptionis effudit veraciter continetur in hoc sacramento sub
speciebus panis et vini. Unde de modo quo possunt ista fieri, tres arduissime difficultates solent oriri. Prima est de
modo transsubstantiationis, qualiter substantie panis et vini transmutari possunt in substantiam corporis et sanguinis Christi accidentibus sine subiecto
remanentibus. Secunda de modo collocationis, qualiter transsubstantiatione facta tantum corpus Christi tantum continetur in ...

atque sacer sanguis eius in ea habundancia qua fluxit de corpore possint integraliter contineri sub tam angustis panis et vini speciebus.
Tercia de modo multiplicacionis qualiter unum idem numero corpus simul possit simul et semel esse in pluribus locis, simul et semel moveri
pluribus motibus atque simul et semel referri ad se ipsum oppositis relacionibus. De quibus tribus arduissimis difficultatibus dicam, meum doctorum
summi quamquam mente comprehendere non sufficio. Circa primum igitur ad primam difficultatem sciendum quod Innocencius de officio misse parte iiii. c. xvi
recitat tres opiniones fuisse de modo quomodo corpus et sanguis Christi continentur sub hoc sacramento. Prima est quod substancie panis et vini simul
sunt in sacramento cum substanciis corporis et sanguinis Christi. Secunda quod advenientibus substanciis corporis et sanguinis substancie panis et vini non remanent
amplius sed vel adnichilantur vel in materiam adiacentem substanciam resolvuntur. Tercia quod substancie panis et vini non remanent in sacramento sed, sicut dice-
bat prima opinio, vel adnichilantur aut resolvuntur, sed dicebat ista tercia quod in substancias panis et vini totaliter convertuntur. Unde sicut glossa super
Exodi legitur de virga Moysi quod conversa fuit in colubrum, in qua transmutacione virga Moysi non fuit versa in nichilum sed conversa in
colubrum et rursum in pristinam naturam reversa, ita dicebant ipsi in ista sacramentali transmutacione substancie panis et vini non vertuntur in nichilum
sed sacerdote cum intencione debita proferente verba Christi super substancias panis et vini ad vocem sacerdotis visibilis assistens invisibilis
sacerdos, ut verbis utar Eusebii Emisseni, visibiles illas creaturas in substancias corporis et sanguinis sui secreta quadam sed vera
potestate convertit. Circa quas tres opiniones quamvis due prime fuerint intellectu faciliores, tercia tamen plenitudine veritatis sublimior quamvis dif-
ficilior et ab intellectu mortalium remotissima accepta est et approbata sacrosancta generalis synodi Lateranensis, prout habetur extra de summa
trinitate et fide catholica c. firmiter credimus, ubi per organum Innocencii tercii hoc modo diffinitur spiritu sancto: Una vero est fidelium ecclesia, extra quam nullus
omnino salvatur, in qua ipse idem sacerdos et sacrificium Ihesus Christus, cuius corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter
continentur, transsubstanciatis pane in corpus et vino in sanguinem potestate divina. Ex qua spiritus sancti summa veritate concluditur
oportere in isto sacramento accidencia remanere sine subiecto, nam si novo miraculo accidencia ista illas substancias informare ponuntur, vel substancias
panis et vini vel substancias corporis et sanguinis Christi. Primo substancias panis et vini non informant, quia amplius in sua natura non sunt, sed in
veritatem corporis et sanguinis Christi transierunt. Secundo substancias corporis et sanguinis Christi non informant, quia corpus Christi non est rotundum rotun-
ditate neque album albedine neque sapidum illo sapore [illegible] quod tamen oporteret si Christi corpus informarent. Cum igitur ista accidencia
in sacramento visibiliter appareant et nec substancias panis et vini nec substancias corporis et sanguinis Christi informent, necesse est quod sine subiecto
remaneant. Sicut verbi gracia videmus quod radius solis per vitrum rubeum transiens quandam secum defert per medium rubedinis speciem
quam parietem oppositum informare videmus, cum tamen ipsum non informet. Non enim rubeus est paries illa rubedine, cum sit valde albus, sed
tamen rubeus apparet, sicut et in [illegible] per rubeum vitrum apparet rubea que tamen valde est alba. Sicut ad similitudinem speciei rubedinis contin-
git in medio absque hoc quod parietem oppositum informet, accidencia stant per se in isto sacramento absque hoc quod latentes ibi corporis et sanguinis
substancias informent. Insuper quod in illa sancti spiritus diffinicione dicitur pane in corpus et vino in sanguinem transsubstanciatis potestate divina
non est sic intelligendum quod sub specie panis sit solum corpus sine sanguine et sub specie vini solus sanguis sine corpore, sed ad intelligendum quid
contineatur sub qualibet specie sciendum quod in isto sacramento aliud continetur sub speciebus virtute transsubstanciacionis et aliud virtute concomitancie
corporeque ibi continetur virtute transsubstanciacionis, pro cuius ulteriori declaracione sciendum quod in persona unica veri dei et hominis Ihesu Christi quatuor
disparate substancie continentur, scilicet corpus, sanguis, anima et verbum: corpus quod natum est de virgine, sanguis qui manat de corpore, anima quam
solus deus creavit, verbum quod anime et corpori se ypostatice univit. Sciendum ergo quod virtute transsubstanciacionis species panis et vini non con-
vertuntur in substancias anime Christi, minus adhuc possibile est quod convertantur in divinitatem verbi. Sed hac transsubstanciacionis virtute substancia panis precise convertitur
in id quod est de veritate corporis. Sanguis autem, quamvis non est sanguis qui unquam animatus fuit, nec animatur per ipsum manente in natura sanguinis,
et similiter virtute huius transsubstanciacionis substancia vini precise convertitur in id quod est de veritate sanguinis et non de veritate corporis. Et ideo
in illo triduo quo dominicum corpus clausum fuit in sepulcro et sacer eius sanguis effusus erat super terram atque sanctissima anima
descenderat ad inferna, quia illo tempore tres iste substancie sanguis corpus et anima erant ab invicem separate, si pendente tempore aliquis sacramentum
istud confecisset, tunc sub specie panis in isto sacramento fuisset solum corpus mortuum sine anima et sanguine, quod sine anima et sanguine
tumulatum erat sub lapide, et in calice sub specie vini solus fuisset sanguis sine corpore, sicut illo tempore sanguis totus extractus
erat a corpore. Divinitas tamen utrique fuisset in sacramento, qualitas sive divinitate, nam non obstante separacione sanguinis corporis et anime ab in-
vicem remansit divinitas unita corpori in sepulcro et similiter unita anime in inferno et similiter unita omni rei que erat de veritate humane
nature. Nam ut ait Damascenus [illegible] c. [illegible], verbum semel assumpsit nunquam postea dimisit, nec in vita nec in morte. Unde postquam
restaurator humani generis resurrexit liber ab inferis, quecumque in morte separata fuerant in resurrectione reuniuntur. Igitur
deinceps quatuor iste substancie corpus sanguis anima verbum inseparabiliter se per se invicem sibi concomitantur et in virtute huius inseparabilis
concomitancie quocienscumque sacramentum istud conficitur, tociens quatuor ille substancie corpus sanguis anima verbum inseparabiliter sibi concomita-
buntur in hostia consecrata sub specie panis sine divisione et in calice inseparabiliter se invicem concomitabuntur sub specie vini
sicut in celo se invicem concomitantur in persona veri dei et hominis Ihesu Christi. Et hec sit dictum de prima difficultate quo ad primam partem [illegible]
Secunda difficultas in hoc ineffabili sacramento contenta est de modo collocacionis qualiter transsubstanciacione facta corpus Christi tantum [illegible]
Et circa ad hanc difficultatem sciendum quod partes quantitative corporis Christi in isto sacramento aliam habent habitudinem inter se ipsas et aliam
in ordine ad locum sive species sub quibus continentur. Circa primum ad primam habitudinem que est partium inter se sciendum quod non sunt ibi sicut
sompniat quedam fantastica opinio, ponens corpus Christi in isto sacramento non habere partem extra partem, sed qualibet parte subintrare alteram, sicut
verbi gracia si diceremus quod caput brachia et tibie subintrarent corpus, sicut videmus limaces testudines cocleas torturas et
cetera alia terre affixa subintrare testas suas et quantum corpus ipsum contrahunt et constringunt inter se quousque ad tantam brevita-
tem reducunt quod possit contineri sub quantitate hostie consecrate. Non est ergo corpus Christi sub speciebus quo ymaginatur fatua ista opinio,
sed sine tali monstruositate aut qualibet deformitate a confusione, omnem illum ordinem, commensuracionem, figuram, pulcritudinem et proporcionem
quam inter se habent partes quantitative in celo, retinent in isto sacramento. Circa secundum vero ad habitudinem que est partium ad locum sive quo con-
tinentur, sciendum quod ista quam habent in sacramento multum differens est ab illa quam habent in celo. Pro cuius declaracione sciendum quod duplex
est modus essendi in loco, scilicet modus essendi in loco dimensive et modus essendi in loco diffinitive. Modus essendi in loco
dimensive est quando singule partes quantitative locati sic commensurantur et coextenduntur partibus locantis, sicut pro duas par-

que sunt sursum deorsum dextrum sinistrum ante et retro quia unaquaeque pars locati correspondet locanti uel contra. Et hoc modo essendi in loco est corpus Christi in celo quia caput eius quod superior pars est corporis contenditur superiori parti loci, et dextrum latus corporis dextre parti loci et posterior pars corporis posteriori parti loci etc. Modus uero essendi in loco diffinitiue est quando locatum non sic coextenditur partibus locantis sed est totum in toto locante et totum in qualibet parte, quomodo angeli et alie incorporee que non habent partes dicuntur esse in loco. Et hoc modo essendi in loco est corpus Christi in sacramento. Non caput eius non contenditur superiori parti loci que est in sacramento et pedes inferiori parti sicut in celo sed sine confusione illius ordinis quem inter se retinent partes eius quando nunc sub istis speciebus caput manus pedes et uniuersum corpus est totaliter in superiori parte hostie et totaliter in inferiori et totaliter in parte dextra et totaliter in parte sinistra et totaliter in parte anteriori et totaliter in parte posteriori et totaliter in centro et totaliter in circumferentia et totaliter in qualibet parte hostie et totum in tota hostia. Neque propterea quod ubi est caput Christi ibi est pes in hostia sequitur quod pes sit in capite aut caput in pede sed distantiam illam quam habent inter se pedes et caput in celo illam retinet in sacramento. Et inde soluitur questio que est quod cum sacramentum istud frangitur non frangitur corpus Christi cum hostia.

Ratio est ista quia corpus Christi in isto sacramento non coextenditur partibus hostie sed integre continetur sub quantalibet parte particula et ideo impossibile est quod confringatur cum hostia. Sic ubi gratia et notetur quomodo ut inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciantur. Videmus si quis in speculo contempletur suam effigiem ipsam integram conspiciet in eo quod si fregit speculum non propter hoc confringet suam effigiem sed ipsam in quolibet fragmento conspiciet integram. Modo consimiliter in isto sacramento hostia consecrata est tamquam speculum, corpus uero Christi in ea contentum est sicut effigies in speculo conspecta. Quando ergo fracto speculo non frangitur effigies uisa in ipso sed sub quolibet fragmento permanet integra, non aliter in isto sacramento fracta hostia consecrata non confringitur corpus Christi contentum in ea sed permanet integrum sub quolibet particula. Secundo ex eadem radice soluitur aliud dubium [illegible] quando sit corpus et sanguis Christi uere contineatur in isto sacramento, que est quod sapores carnis et sanguinis ibi non percipiantur. Ratio quia sicut corpus Christi in fractione hostie non frangitur sic nec in manducatione hostie masticatur aut quoquomodo dentibus confringitur. Sicut in palpando et manibus contrectando speculum non possumus ibi effigiem uisam palpare neque manibus contrectare sic masticando dentibus atterendo hostiam consecratam non possumus ibi latens corpus neque masticare neque dentibus contingere. Et inde est quod saporem carnis aut sanguinis ibi minime possumus percipere. Verbi gratia si quis in ore suo voluet nucem integram non possit gustare saporem nuclei nisi prius confringeret testam. Modo consimiliter in isto sacramento species panis et uini sunt tamquam testa nuclei, corpus uero et sanguis Christi in ipsis contentus sunt sicut nuclei sub testa conclusi. Quando ergo voluens in ore nucem non potest gustare saporem nuclei si non prius quam testa confringatur, sic nec poterimus in isto sacramento gustare saporem nucleorum carnis et sanguinis nisi prius quam testas specierum panis et uini confringantur. Non est autem ars aut potestas in humanis que sciret aut posset nucleos istos confringere quo istis testis durare minime erit, unde si corpus Christi nullum in sacramento possunt carnis aut sanguinis sapores percipere. Et ulterius sicut frangendo istas testas in ore terendo dentibus et comminuendo corpus et sanguinem Christi non terimus neque comminuimus, sic nec ipsas in stomacho digerendo et consumendo corpus aut sanguinem Christi quoquomodo digerimus aut consumimus. Sed ut ait doctor subtilis in quarto distinctione x in instanti corruptionis sacramentalium istarum testarum quando scilicet species ille desinunt esse receptibiles panis et uini in illo instanti uirtute diuina ex antiquo miraculo redit [illegible] substantia qualis successisset corruptioni panis et uini si sub speciebus remansisset. Et per istum modum soluitur quomodo eukaristia potest simulare corporaliter saciare et nutrire et hic sit dictum de secunda difficultate.

Tertia difficultas in isto sacramento contenta est de modo multiplex qualiter unum idem numero corpus Christi possit simul et semel esse in pluribus locis. Et quantum ad istam difficultatem sciendum quod per eo quod corpus Christi uirtute transsubstantiationis incipit esse in isto sacramento non dimittit locum quem habet in celo sed simul et semel ut ait propheta per Christum: Dominus in templo sancto suo, dominus in celo sedes eius. Neque cum unus sacerdos consecrat sacramentum istud in uno altari et alius in alio altari confectum corpus Christi in isto altari exigit hostiam ibi consecratam et migratur consecrandam in alio altari, sed si quando simul et semel consecratur in mille ciuitatibus in x milibus ecclesiarum in centum milibus altarium corpus et sanguis Christi simul et semel sunt in illis mille ciuitatibus in illis x milibus ecclesiarum in illis centum milibus altarium. Sed de modo quomodo ista possunt fieri etsi ymaginationem sit multum difficile [illegible] cum sit sufficienter euidens quod sit rationi consentaneum. Diuina namque omnipotentia ad omne id se extendit quod non implicat contradictionem. Alia uniuersalis causalitas in te potentia obedientialis est apud omnipotentem ut sicut noua fiat quecumque ex ea voluit fieri. Videmus autem contingit naturaliter successiue fundare super uno corpore plures prioritates per quas illud corpus successiue prius sit in pluribus locis, sed nullam claudit contradictionem diuinam omnipotentiam simul et semel causare super illo corpore omnes illas prioritates quas natura potest ibi successiue inducere. Ergo diuina omnipotentia omnes istas prioritates super illo corpore simul causare potest, conspicuum est omni intelligenti. Modo si facit corpus illud simul in pluribus locis erit. Et hanc rationem hic modo confirmat Hugo de sancto victore libro de sacramentis parte viii c. xi: Quomodo simul magis in pluribus locis posse per unum et idem corpus noli mirari. Qui enim fecit locum et corpus et corpus in loco et lege statuit ut unum corpus in uno loco esset fecit sicut voluit et si aliter voluisset aliter facere potuisset. Non et quando aliter fecit et miraculum cognita facientem et desinet esse mirabile quicquid ibi fuit et si forte mirabile esse non desierit incredibile tamen non erit. Consequitur locato sic corpore Christi simul in pluribus locis non erit mirabile quomodo simul possit moueatur motibus contrariis. Videmus enim ubi [illegible] luna propter eo quod infima sit omnium planetarum mouetur simul pluribus motibus per varietatem motuum plurium orbium ipsam continentium. Mouetur enim primo raptu primi mobilis complendo suam reuolutionem quolibet die. Mouetur secundo motu octaue spere in centum annis uno gradu super capita arietis et libre. Mouetur tertio motu sui ecentri complendo suam reuolutionem quolibet mense. Mouetur quarto contra centrum sui epicicli. Mouetur quinto ut est quies opposito a propria intelligentia circa centrum proprium. Modo consimiliter in isto sacramento non erit mirabile corpus Christi simul moueri motibus contrariis per contrarie motum specierum sacramentalium ipsum localiter continentium, ut si quando simul et semel una hostia eleuatur sursum et alia deponitur deorsum et tertia super altare quiescat, nimirum sit mirabile corpus Christi sub illis contentum simul et semel moueatur sursum et deorsum atque simul moueatur et quiescat. Deinde quomodo non est mirabile idem Christi corpus per eo quod simul et semel locatum sit in pluribus locis simul et semel possit moueri motibus contrariis, sic nec erit mirabile ymo naturale ipsum simul et semel respectu ad ipsum oppositis relationibus. Non ex tali simultanea multiplicatione localium positionum super eodem corpore necessario consurgit diuina multitudo relationum oppositarum, ut si quando una hostia consecrata supponitur alteri et secunda ei supponitur et tertia anteponitur et quarta retroponitur et quinta locatur ad dextram et sexta ad sinistram et una appropinquatur et una elongatur, naturale est corpus Christi contentum in omnibus illis hostiis simul esse secundum ipsum superius inferius anterius posterius dextrum sinistrum propinquius et longinquius. Sed reuertor unde digressus sum ad loquendum. Unum de motu Christi sicut quomodo a propria intelligentia circa centrum proprium quando in isto motu nullum latet misterium. Dicendum enim in corpore lune est inclinatio talem motum proprium quo mouetur a propria intelligentia et non ad motum orbium ipsam deferentium. Modo consimiliter in sacramento inclinatio est in corpore Christi motum proprium quo mouetur a uirtute propria et non ad motum specierum ipsum continentium. Et per istum modum soluitur questio

motu

quo sacerdos conficiendo istud sacramentum tanta facilitate super quatuor digitos elevare possit et sustinere corpus tante magnitudinis. Verum est
facilius licet corpus Christi in isto sacramento non est alligatum speciebus neque est ibi incarceratum aut violenter detentum. unde facta consecratione
non obstante dote agilitatis corporis Christi non est corpus potentia que possit cohibere Christi corpus a loco ubi sunt pacta. Et ideo sacerdos elevando hostiam
statim post consecrationem non elevat ut elevare possit corpus Christi sed corpus ipse seipsum elevat virtute propria quod antiquo modo et pacto quod
pepigit cum ecclesia sua. Et ideo mirum non mirantur si sacerdos laborem non sustineat in elevando super quatuor digitos corpus tante magnitudinis
et hec sit solutio de 2a difficultate quo ad vim verbi. Et forsan Christus admirabilis filius dei multum sacramentum non dissone possit componi
de ipso illud quod de incarnata sapientia que est ipse sibi dicitur Prover. viii. delectabar per singulos dies ludens coram eo in orbe terrarum. Nam quadam
spirituali lude in orbe terrarum gestare videtur transfigurans enim de invisibili visibilem et vicerversa de visibili invisibilem transformat. Primo
namque cum ab inicio et ante secula in natura propria invisibilis consistebat postea natus incarnatus sit factus visibilis. Deinde postquam in terris
visus est et cum hominibus conversatus delectans eos per singulos dies nomine miraculorum ludens sui tamen illorum nonnullis omnino ludum fecit
maioriorem cum in hoc sacramento instituendo de visibili se formavit invisibilem. postremo ipse qui per prius invisibilis consistit in futuro
seculo se demum exhibebit electis pretioso visibilem cum videbunt non iam per speculum in enigmate manna absconditum sed facie ad faciem.

Vincenti dabo manna absconditum. Nota manna quoddam fuit ros quoddam liquor mellicus et dulcis de rore celesti in superficie
arborum gustato qualis ut dicitur in regno hispanie multum habundat et qualis etiam in Avinione in una estate nostris temporibus
creditur cecidisse. Communiter autem per manna intelligitur illud cibus qui datus fuit celitus filiis Israel in deserto quod erat parvum et rotundum
ad modum seminis coriandri et quod insuper unicuique sufficientem cibum dabat et si plus debito acciperet vermibus putrescebat sicut
dicitur Exo. 16. et omnem saporem habebat Sap. 16. vocabatur autem man seu manna quod est interiectio admirantis in lingua hebraica
et sic dicitur quid est hoc. pro eo scilicet quod filii Israel qui primo cibum istum viderunt iacentem in superficie terre dixerunt admirantes man id est quid
est hoc. 2o illum cibum dulcissimum man ab illa prima admiratione vocaverunt sicut ibidem scilicet Exodi 16 continetur. vocaverunt quidem cibum istum
celicum quia de superius descendebat et pluebat. panem angelicum quia per angelos ministrabatur panem israeliticum quia filiis Israel mittebatur
de quibus dicitur in psalmo ubi de filiis Israel dicitur quod deus pluit illis manna ad manducandum panem celi dedit eis panem angelorum
manducavit homo. Potest ergo cibus iste dulcissimus mistica figura. quam deus dat vincenti primo manna potest figurare sacramentum corporis Christi misticum
scilicet eucharistiam. quod bene dicitur man id est quid est hoc quia venerantem qui bene considerat et attendit stupor et admiratio generatur. Iste enim panis
desursum mittitur et a deo inmediate conficitur et creatur. Quod si plures applica ad corpus Christi conditiones manne superius dictas. Bene ergo
dicitur Deutero. 8. dedit tibi cibum manna quem ignorabas tu et patres tui. 2o manna potest figurare indumentum Christi magnificum
scilicet eius humanitatem. Nam de manna legitur Exo. 16 quod deus precepit illud in urna aurea reponi et in archa federis reservari quia
panis celestis dei filius in urna aurea humanitatis fuit clausus et in archa uteri virginalis absconditus et servatus. Unde dicitur Hebreorum
quod in archa erat urna aurea habens manna quia in utero virginis latuit humanitas Christi in qua manna id est dei filium continebat Exo. 16
sume vas unum et pone ibi man. Tertio manna potest figurare condimentum Christi viuificum scilicet dei gratiam que omnes sapores id est
virtutes condit et mentem habentis summa dulcedine replet. Manna enim in deserto fuit cibus filiorum Israel usque dum attingerent ad
terram promissionis quia tunc loco manne fructus patrie comederunt sicut dicitur Iosue v. Sic vere gratia cibus mentis est quo scilicet sustentamur
per tempus huius vie et in deserto vite presentis dum scilicet ad terram promissionis tendimus incessanter. finaliter cum terram attigerimus tunc manna
in fructus solidos quia gratia in gloriam et cibum vite in cibum patrie commutabitur et vertetur Exo. 16 filii autem Israel comederunt man
xl annis. Quarto manna potest figurare documentum legis scilicet sacre scripture et legis divine doctrinam que scilicet de celo per revelationem
venit et que in hoc deserto per fidem spem et caritatem nos nutrit. que tamen si plus debito sumatur id est tractetur et disputetur
vermes heresum et errorum introducit et a sua perfectione deficit et putrescit. finaliter vero in paradiso deficiet quando scientia fidei in visionem
spem se convertit. id est corpore propter eum scientia destruetur sed lingue cessabunt quando ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus cum autem venerit
quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est. Unde de scientia fidei potest dici illud Iosue v. defecit manna postquam comederunt de
fructibus terre. Unde de ista divina scientia per tempus huius vie dicitur Neemie [illegible] manna tuum domine non prohibuisti ab ore eorum. Quinto
manna potest figurare incitamentum celi salvificum scilicet voluptatem glorie paradisi quod scilicet est dulcissimum et quod filios Israel scilicet deum
videntes in alia vita nutrit et alit. Deus enim pluit illis manna ad manducandum. abacuc nutrit eos in habundantia. Sexto
manna potest figurare dulcedinem divine contemplationis que datur solis victoribus temptationum et desideriorum propriorum in hac vita et que dabitur in futura
utique tanta est ut omnis qui sentit dicat quid est hoc. Et absconditum est quia paucorum et paucis datur. Aliquid de ipsa sentire. Unde psalmus
quam magna multitudo dulcedinis tue quam abscondisti timentibus te ipsa Bernardus. Oculus non vidit deus absque te que preparasti diligentibus te.
Et bene per manna figuratur dulcedo divine contemplationis propter multas conditiones manne. Primo propter saporem suavitatis. psalmus gustate et videte quoniam
suavis est dominus. beatus vir qui sperat in eo id est qui totam spem suam figit in deo quia talis datur sentire suavitatem dei. quam quibuscumque modicum
sentiat adhuc anima admiratur ut mirando dicat man id est quid est hoc. Eccli. 24o spiritus meus super mel dulcis est. propterea in psalmo
o quam bonus et suavis est domine spiritus tuus in omnibus. Quidam inveniunt deum dulcem et suavem in ieiuniis. quidam in disciplinis
quidam in oratione quidam in lectione quidam in predicatione quidam in paupertate quidam in infirmitatibus et ceteris virtutibus sed perfecta anima invenit
eum dulcem in omnibus. Eccli. 24 in omnibus requiem quesivi. Ad modum apis que mel colligit ex omni flore. psalmus circumdederunt me
sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis. quia quanto plus anima sentit de deo tanto plus ardet in eo Eccli. 24o qui edunt me adhuc
esurient et qui me bibunt adhuc sicient. 2o de manna dicitur Sap. 16 quod ab igne non poterat exterminari et tamen statim ab exiguo radio
solis tabescebat. Ignis est purus mentis desiderium de quo Luc. xii dicit Salvator ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut
accendatur. Et hic ignis non potest vincere manna sed vincitur quia numquam potest intimam dulcedinem comprehendere quantumcumque sit ardens eius desiderium
ut mirando dicat cum psalmista defecit in salutare tuum anima mea. Item quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit et deficit
anima mea in atriis domini. quasi diceret Christo hoc scio quod tabernacula tua id est mansiones domus tue sunt amabiles et desiderabiles quia ego
cum adhuc sum foris in atrio non dum intra in templo tam vehementer concupisco hec in atria quemoram sed concupiscendo deficio non
valens comprehendere quod est ibi. Unde alibi conclamant dicens quomodo habitabit in tabernaculo tuo. Unde sicut modicum dulcedinis tue
quam das in atrio non possum capere. quomodo capiet illud totum quod est in templo. Pro solem vero significatur Christus Malach. iiii. vobis ti
mentibus nomen meum orietur sol iustitie et sanitas in pennis eius. Unde ergo non potest ignis consumere exiguo radio solis
calefactum tabescit quia adveniente desuper modico divine lucis radio incedit et liquescit humanum cor et desiderium

et usque ad contemplacionem celestium sublevat. Unde Bernardus super cantica. Sepe ad oracionem accedens corde tepido et pene arido et tanta re-
pente cordi gracia infunditur quod pinguescat pectus repleatur et inundacione pietatis. Tale manna non erat ad mensuram semis
comedendi. sic et dulcedo mentis que accedit hic viris sanctis modica est respectu dulcedinis interne que dabitur in futura vita. Bernardus sermone 33
Si quis in nobis est ita desiderio vir ut cupiat dissolui et esse cum christo cupiat autem vehementer ardenter sciat assidue meditetur
desiderium cordis eius tribuetur ei sed adhuc peregrinanti in corpore ex parte tamen id quod ad tempus et tempus modicum. Nam cum vigiliis et ob-
secracionibus et multo lacrimarum ymbre quesitus affuerit subito dum teneri putatur elabitur et rursum lacrimanti et insectanti occurrens
comprehendi se patitur sed minime retineri dum subito iterum quasi e manibus evolat. et si institerit precibus et fletibus devota anima denuo re-
vertetur et voluntate labiorum eius non fraudabit eam sed rursum mox disparebit et non videbitur nisi iterum toto desiderio requiratur.
Ita ergo et in hoc corpore potest esse de presencia sponsi frequens leticia sed non copia quia etsi visitacio letificat sed molestat vicissitudo
Et hec tamdiu necesse est pati dilectam donec semel posita corporee sarcina molis avolat et ipsa levata pennis desideriorum suorum
libere iter carpens per campos contemplacionis et mente sequens expedita dilectum quocumque ierit. Tercio manna erat quasi pilo tusum
Sic et dulcedo mentis sepe provenit ex tribulacione ut de stephano de quo legitur quod lapides torrentes illi dulces fuerunt. Et deuteronomii 32
Ut sugeret mel de petra et post dicit melle saturavit eos. Quarto manna erat albi coloris et frigide nature et veniente sole statim
liquefiebat. Sic hec suavitas et dulcedo contemplacionis mentem facit albam et pulcram. Canticorum 1 [illegible] pulcra es et quam decora in de-
liciis. Item frigidam facit mentem respectu caloris quod ab amore mundi eam retrahit. Job 7 Elegit [illegible] anima mea [illegible] vite mee [illegible]
Item sole veniente liquescit quia hec suavitas veniente leticia vel mundana dulcedine deficit. Bernardus: Delicata nimis est
divina consolacio non datur admittentibus alienam. Quinto de manna dicitur Exodi 16 Egrediatur populus et colligat quod sufficit per singulos
dies. Sic qui vult hanc suavitatem gustare debet egredi de mundo ad celum de carne ad spiritum de se in deum et tunc inveniet manna.
Johelis [illegible] stillabunt montes dulcedinem et colles fluent lac et mel. Tres montes sunt spiritus celum et deus. et in hiis debet homo
colligere manna contemplando singula corporis bona. et debet colligere per singulos dies quia quolibet die debet vacare meditacioni et
oracioni. debet autem colligere quantum sufficit quod quidam parum colligunt quia quidam parum orant et meditantur. alii nimis. Unde dicitur proverbiorum 25
Mel invenisti comede quod sufficit tibi. Locus autem ubi hoc manna invenitur est solitudo. Osee 2 Ducam eam in solitudinem et
ibi loquar ad cor eius. Item mane inveniebatur manna quia mane frequenter in orare devocio datur. proverbiorum 8 Qui mane vigi-
laverit ad me inveniet me. Item dabatur egressis de egipto et devocio egressis de peccato. Unde dicitur in littera Vincenti dabo
manna absconditum id est devocionis dulcedinem absconditam. Nemo enim mittit vinum novum in utres veteres. Mathei 9. Vel manna dicitur
absconditum quia parvulis [illegible] datur et sapientibus [illegible]. Mathei 11 Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus
et prudentibus et revelasti ea parvulis. Et proverbiorum 3 Cum simplicibus sermocinacio eius. Vel absconditum dicitur quia bona spiritualia
debent abscondi ne perdantur. Mathei 13 Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. Gregorius in omelia [illegible]
thesaurum absconditum ut [illegible] quia studium celestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit qui hoc ab humanis lau-
dibus non abscondit. et in depredari desiderat qui thesaurum publice in via portat. Exemplum de Ezechia rege ysaie 39
(Tunc ibi) Et dabo illi calculum candidum. [illegible] Calculus est lapis preciosus qui carbunculus appellatur eo quod in tenebris
constitutus sicut carbo succensus fulgorem prebet. et per hunc autem lapidem ipse christus intelligitur qui inter homines sicut tenebras refulsit
quando verbum caro factum est et habitavit in nobis. Unde et bene candidus dicitur quia sine ulla peccati obfuscacione inter homines apparuit
et divinitatis sue luce tenebras nostre mortalitatis illustravit. De hoc lapide [illegible] 1 Petri 2 et de christo lapide
ysaie 28 Ecce mittam in fundamentis syon lapidem probatum. Dicit ergo Vincenti id est de mundo atque auctore mortis triumphanti dabo
calculum candidum id est dabo ei me ipsum in premium ut sit in [illegible] et post tempus in gloria regni. Unde dicitur Johannis 1 Quotquot autem rece-
perunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. ut sicut ipse est filius dei per naturam ita fiunt isti per graciam in qua videlicet adopcionis gracia
nomen eciam nobilem datur id est nomen christianum prius inauditum. Christo enim fideles christiani vocantur sicut ab ipso [illegible]
De hoc nomine per ysaiam c 62 Dominus [illegible] vocabitur tibi nomen novum quod os domini nominavit. In calculo
itaque hoc nomen novum quia ab ipso cepit exordium a quo omnes christiani nominantur. Et hoc nomen solis datur victoribus id est
omnibus ad vitam eternam predestinatis qui hoc nomine digne [illegible] Unde subiungit in littera quod nemo scit nisi qui accipit
nisi qui accipit id est ad accipiendum est predestinatus. [illegible] Sane [illegible] positum est [illegible] quod est [illegible]
mulieres [illegible] cognovisse [illegible] Nemo ergo scit hoc nomen nisi qui accipit id est [illegible]
[illegible] nomen et dignitatem moribus et vita defendit nisi qui ante fuit predestinatus adeo ut filius dei non solum vocetur sed
eciam sit. Nosse etenim christi nomen ad custodiam mandatorum pertinet. [illegible] Johannis in canonica de quolibet reprobo dicit
Si dicit nosse deum et mandata eius non custodit mendax est et veritas in eo non est. 1 Johannis 2. Nemo itaque scit hoc nomen nisi
qui accipit id est nisi qui ad hoc est predestinatus adeo ut [illegible] vocetur et sit. Potest eciam per hunc lapidem ignitum et candi-
ditas intelligi que candore [illegible] est [illegible] operiens [illegible] peccatorum. igne autem per amorem quo di-
ligitur deus et proximus. Datur ergo vincentibus calculus candidus ut diligant deum et proximum. Datur in calculo nomen novum ut
ipsam dileccionem adimpleant in mandato novo. Dicit enim salvator Johannis 13 Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem
[illegible] nomen virtute solus scit qui accipit id est qui in mandato novo illud custodit quod [illegible] est collatum. Secundum vero [illegible]
per calculum [illegible] [illegible] quia sicut [illegible] lapidum ad [illegible] [illegible] [illegible] vita [illegible] in
cordibus suis colligunt que [illegible] ysa 6 [illegible] meum calculo. Secundum vero [illegible] per manna [illegible]
per calculum corpus candidum per baptismum in quo nomen novum [illegible] filii [illegible] quod nemo scit nisi qui accipit per [illegible]
vel experienciam [illegible] de infidelibus dicitur [illegible] cognovissent numquam dominum glorie crucifixissent. Alio modo per calculum candidum signatur corpus
glorificatum quatuor dotibus decoratum. Calculus enim est lucidus in quo refulgencia corporis et claritas designatur. Item est solidus in quo impas-
sibilitas denotatur. Item modicus in quo subtilitas. Item rotundus in quo agilitas signatur. Hunc ergo calculum candidum id est corpus glorificatum
hiis quatuor dotibus decoratum dominus dabit pro premio vincenti. Et in calculo id est in tali corpore glorificato nomen nobilem id est nomen filii
vel amici non servi. quod est nomen vetus Johannis 15 Iam non dicam vos servos quia servus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem
dixi amicos quia omnia que audivi a patre meo nota feci vobis. Et addit in littera scriptum quia ergo gloria corporis apparebit quasi sit
anima et discernetur a reprobis 1 Johannis 3 [illegible] nunc filii dei sumus et nondum apparuit nobis quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit
similes ei erimus. Dicit quod nemo scit per perfecte nisi qui accipit id est donec accipit. In hac enim vita nemo potest scire perfecte [illegible]

Alio modo per manna absconditum potest intelligi gloria anime que potest non dici manna quia sicut manna sapiebat unicuique prout volebat sic gloria eterna omni oblectamento
afficit unumquemque. Per calculum autem candidum potest intelligi secundum hunc corpus dote claritatis decoratum quod dicitur calculus sive lapillus quia est [illegible] lapis
Et in calculo nomen nobilem scriptum quia tunc [illegible] manifeste et corporaliter per dotes glorie corporis erit [illegible] celestium quod nemo novit nisi
qui accipit quia [illegible] non est cognoscibilis a viatoribus sed a comprehensoribus qui iam eam acceperunt. Et satis [illegible] per calculum candidum [illegible]

erunt perfecte decorata dote impassibilitatis agilitatis et subtilitatis

corpus glorificatum. Nam corpora beatorum post resurrectionem mortuorum erunt summe claritatis et maioris lucidit(atis), sicud enim inter corporales creaturas
quas homines consueto visu videt, nichil est lucidius et clarius sole, corpora vero beatorum refulgebunt sicut sol, ut dicit salvator Matth. xiij. Tunc
iusti fulgebunt sicut sol. Et non solum sicut sol nunc fulget, sed sicut tunc fulgebit quando in visione divina lumen solis augebitur
septemplum. Ideo dicit Glossa super quinimo iusti fulgebunt sicut sol in regno patris electorum, quantum putamus esse fulgorem ipsum sole in (...)
quanto maior est ut sit speciosior sole et super omnem stellarum dispositionem luci comparata invenitur prior. Sap. 8. Sicut enim beatitudo anime
Christi precellit omnem beatitudinem cuiuscumque alterius anime, sic claritas sui corporis precellit claritatem corporalem cuiuscumque alterius beati. Confirma-
tur predicta quia Moyses adhuc existens in mortali corpore ex consortio sermonis divini in monte Synai faciem habuit cornutam et tam splen-
didam quod sermones populi non poterant intendere in faciem eius nisi operiret ut dicitur Exodi 34. Ergo multo magis illi qui in corpore immortali
visione beata et stabili contemplantur essentiam dei maiorem habebunt claritatem et lucidita(te)m in suis corporibus glorificatis. Claritas tamen
corporis glorificati non est omnino invisibilis ab oculis non glorificatis, quia et si corpora glorificata erunt clara lucida ac prima superali dei virtute (...)
ac quasi aliquo modo redundantia beatitudinis anime, tamen erunt colorata virtute nature. Omne ergo quod applicendum sub proprio obiecto alicuius potentie in illud
aliquo per illam potentiam. Sed omne lumen corporale applicendum sub proprio obiecto potentie visive non glorificate, ut dicit 2o de anima. Ergo non lumen corporale
est omnino invisibile visui talis potentie. Etiam dampnati in die iudicii videbunt claritatem corporis glorificati Christi, ut dicit Augustinus j de trinitate, contra
visio claritatis eius supra Christum quando erit bonis et malis, ut dicit Dan. 7. Ex quo patet correlarie quod licet illa claritas corporis glorificati ad
visum claritatis eius (...) non habeat proportionem convenientem que requiritur ad hoc quod visio sit delectabilis tamen non est sibi omnino improportionata, quia quamvis
oculus infirmus non glorificatus non possit tantam claritatem suscipere propter aliquam notabilem moram intueri, tamen quod hoc non habet quin raptim et brevi
tempore non possit eam videre. Hoc enim solus claritate raptim intuetur quamvis non possit stabiliter figere oculum in huiusmodi visione.
Patet ergo quod Augustinus dicit: noluit Christus in ea claritate qua surrexit discipulis apparere, quia ipsi non potuissent tantam claritatem videre,
non capit non possent, pro eo quod est omnino impossibile, sed pro eo quod est difficile quia licet tantam claritatem videre non sit impossibile oculo non glori-
ficato, tamen huiusmodi visionis continuatio forte (...) induceret propter (...) que ipsum corrumpit, ut dicit 2o de anima. Secunda vero pars
antecedentis scilicet quod corpora beatorum post resurrectionem mortuorum erunt perfecta dote impassibilitatis patet, quia nobilissima conditio corporalis non debet denegari
nobilissimis corporibus. Sed impassibilitas est nobilissima inter corporales conditiones, quia ipsa valuit gradu nobilioribus mundi corporibus, puta ce-
lestibus. Et quod corpora beatorum post resurrectionem sunt nobilissima, quia ipsis debetur nobilissimus locus, puta celum empireum etc. Et hanc impassi-
bilitatem glorie corporibus (...) apostolus j Cor. xv dicens: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem,
ubi dicit Glossa: omnes habebunt equaliter quod pati non possunt. Et hec impassibilitas quamvis etiam per virtutem divinam voluntatis magnum tollet ordinem
subiectionis ipsorum corporum beatorum respectu quorumcumque agentium per actione corruptiva seu afflictiva, tamen causa aliquo causabitur ab
anima beata que huiusmodi corpora informabit, cui deus dabit tantam virtutem quod corpora per ipsam vivificata poterit ab omni actione lesiva pre-
servare. Sicut dicit Augustinus in libro ad Dyoscorum dicens: Tam potentem naturam fecit deus animam ut ex eius plena felicitate redundet in
corpus sanitas perpetua et vigor incorruptibilis. Et hoc tamen intelligitur de impassibilitate ut opponitur passioni corruptive et affli-
ctive, que magis facta natura abiciat a substantia vel saltem affligit ipsum patiens. Quia loquendo de impassibilitate magis opponitur passioni
que est salvativa et perfectiva, qua passione patiens nec corrumpitur nec leditur sed perficitur, sic impassibilitas non spectat ad dotem corporum
beatorum, quia potentie sensitive in beatis non erunt otiose, sed quecumque vel semper suis actibus erunt coniuncte. Cum igitur sentire sit quoddam pati etc.
Item beati oculo corporali videbunt corpora sua et corpora sua mutuo ac alias res sensibiles prout faciunt ad corporis delectationem, semoto omni
eo quo huiusmodi res possent inferre aliquam lesionem, ergo illo modo non habent impassibilitatem. Tertia autem pars antecedentis de dote agilitatis patet, quia illa corpora
que non solum super terram, verum etiam super mare velocissime possunt moveri ad omnem divine potentie motionem prompta et intenta, illa sunt agilia.
Sed corpora glorificata sunt huiusmodi. Sicut patet per glossam et expositores super 10 Sap. 3: fulgebunt iusti et tamquam scintille in arundineto discurrent.
Item si ad hoc possunt volare per aerem absque hoc quod lassaret et velocissime moverentur sine labore. Ille discurrunt perfectius in mobili agilitate.
Sed quilibet beatus resumpto suo corpore hoc poterit, ut patet Ysaie 40: Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinem suam, assument pennas
sicut aquile etc. Et tamen si corpora beatorum non essent valde agilia, nequaquam cum suis corporibus possent ad celos ascendere, quod tamen fa-
ciet ut fide tenemus in (...) pacto iudicio quia equali velocitate sicut angeli ascendent cum ipso iudice suo Ihesu Christo. Et quamvis
ratione predicte agilitatis anime beatorum moveant sua corpora valde velociter, tamen non poterunt huiusmodi corpora movere de loco ad locum in instanti,
quia hoc est impossibile divino modo a virtute creata, ratio huius quia aliquid sui prius est in termino a quo et similiter in termino ad quem, ergo movendo successive
et non in instanti. Sed quodlibet corpus glorificatum est divisibile et anima movens ipsum est virtutis finite etc. Quarta vero pars antecedentis
que est de dote subtilitatis patet, quia corpus potens consistere in eodem loco cum alio corpore equali vel est summe et maxime subtile. Sed
corpus cuiuslibet beati potest hoc, quia si deus concederet, tunc nullus beatus cum suo corpore possit transire celum nisi dilataretur ipsum, quod absit. Sed huiusmodi
etiam corpus Christi est dotatum tanta subtilitate ut ostendit ipse Christus in sua nativitate visione et ascensione etc. prout patet Salvatorem. Item
ex quibus omnibus sequitur correlarie quod animarum beatitudo post suorum corporum resumptionem augebitur extensive et etiam intensive. Prima pars patet, quia facta
visione magnum gaudium habebit anima de sui corporis glorificatione. Etiam ablato tunc impedimento quo anima retardatur ne tota
intentione feratur in summum celum quod est ipsa divina essentia, tunc anime beatitudo videtur intendi vel augeri. Sed resumptis corporibus
tunc huiusmodi impedimentum aufertur a beatis animabus etc. Aut quia ex quo beatitudo anime consistit in perfecta quietatione cum illo summo celo,
sequitur quod ab eodem augeatur anime beatitudo, unde cum aufertur impedimentum tamen huiusmodi quietationis. Item per beatum Augustinum qui dicit quod anime inest
quidam appetitus naturalis corpus administrandi, qui retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum celum, donec
ille appetitus conquiescat. Prima tamen pars correlarii sic patet, quia utique ceteris paribus tunc maior est extensive beatitudo anime duplici
stola decorate quam unica tamen. Sed anima corporis resumptione anima beata dicitur una stola decorata et post resurrectionem duplici. Unde canitur
de beato Augustino: qui sitiunt intimum gustatur eternum decoratus una stola secundam querens de reliqua. Secunda autem pars patet, quia quanto anima
est perfectior tanto et convenit perfectius operari. Sed anima beata reunita suo corpori est perfectior quam ab eo separata, ergo anime reunite
beatitudo que consistit in sua nobilissima operatione erit perfectior et per consequens intensior. Antecedens patet, quia ceteris paribus tunc sola ubi et opera-
tione (...) conceditur et in perfectiorem modum subiecti sit perfectior modo virtutis et perfectiorem modum virtutis perfectior modus operationis.
Hoc autem patet quia nisi pacatus impediatur tunc perfecte loquendo quem etiam patet perfectior est in suo toto quam separata ab eo. Sed anima est pars essentialis
qualiter naturalis integritate ex anima et corpore, ergo anima beata reunita suo corpori perfectior est quam ab eo separata etc.
Ideo bene dicitur in Bimilogio: Anima enim reddenda divina, sed sic quod requirit gubernatio ordinata. Deus autem in productione corporis anime produxit virtuosa et
alligavit et naturali ac mutuo appetitu vincire copulavit in suis gubernatione vero subiaceret et in statu merito fecerit ut spiritus
condescenderet et intenderet corporis gubernatione propter operationem in mundo, licet naturalis appetitus patitur quod anima sit ad plenum beata.

e xxx

quem propter deum fiat

(...) 18 morum

(...) alias visus (...)

nisi restituatur ei corpus ad quod resumendum habet inclinationem naturalem iustam. Nec regiminis ordo sustinet quod restituatur corpus spiritui beato
nisi sit illi proportionatum conforme et simile, quantum potest spiritui corpus conformari. Cum igitur spiritus est visione lucis eterne clarificatus, ideo etiam in
eius corpore claritas lucis maiore resultat. Anima vero spiritus tenendo eternitatis fruens est omnino impassibilis, ideo in eius corpore est
esse [illegible] impassibilitas tamen iuxta quod possibile. Anima delectatione illius summi spiritus est summe spiritualis effecta, ideo in corpore debet
[illegible] spiritualitas et subtilitas. Anima vero quae habitis omnibus spiritus promptissima est ad tendendum in deum, ideo in corpore glorioso debet
agilitas reperiri. Cum igitur per has quatuor proprietates fit corpus spiritui conforme et etiam simile, hic est quod in his quatuor dotatum debet
esse corpus, per conformitatem habet sequi spiritum et locari in regione celesti que est regio beatorum. In his enim proprietatibus similatur
corporibus celestibus, per quod quasi graduatum distat celeste corpus a quatuor elementis. Et sic dos corporis quadruplicata et corpus in se perfectum
reddit conforme habitatoribus celestibus et spiritui beato, per quam a summo capite deo usque ad oram vestimenti scilicet corporis plenitudo dulcedinis
et beatitudinis ebrietas redundat et quantum est possibile derivatur. Sunt ergo corpora beatorum post resurrectionem mortuorum sive claritas

Non duo corpora esse in eodem loco prohibentur ex dimensionibus quibus substat materia corporalis, quia materia corporalis secundum dimensiones dividitur,
dimensiones autem distinguuntur secundum situm. Cum ergo gloria non tollat dimensiones corporis, corpus gloriosum non potest naturaliter esse cum alio corpore in eodem
loco propter rationem eandem. Deus autem qui est causa prima omnium potest conservare effectus in esse sine causis proximis. Unde sicut in sacro altari conservat
accidentia sine subiecto, ita potest conservare distinctionem materie corporalis et dimensionum in ea absque diversitate situs [illegible] quod duo
corpora sint in eodem loco. Unde corpori Christi attribuitur a sanctis quod exivit per clausum uterum Virginis et intravit ad discipulos ianuis clausis
per virtutem divinam. Et sic corpus gloriosum quod erit configuratum corpori claritatis Christi poterit esse cum alio corpore in eodem loco non propter aliquam
virtutem creatam inditam sed sola divina virtute assistente et hoc operante. Sicut et corpus Petri sua umbra sanabat infirmos non quod
aliqua virtute naturali indita sed divina virtute assistente et miracula faciente. Hec doctor sanctus in 4o de quolibet [illegible] finali.
Ex quibus omnibus sequitur quod [illegible] beatitudo post suorum corporum resumptionem maior erit extensive et intensive quam fuit ante corporum resumptionem.

Alius per manna absconditum potest intelligi primum spirituale beatorum premium, quod consistit in visione fruitione et tentione unius summi boni
scilicet dei, quem videbunt facie ad faciem. Hic est unde et [illegible] fruentur avide et delectabiliter, quem etiam tenebunt
sempiternaliter, ut sic verificetur illud Bernardi quod deus futurus est eorum plenitudo lucis rationi, voluntati multitudo pacis et memorie conti-
nuatio eternitatis. Et exspectat Bernardus ibidem dicens: O veritas caritas et eternitas, o beata et beatificans trinitas, ad te mea misera trinitas
inseparabiliter suspirat, quam a te infeliciter exulat. Discedens a te quantis se intricavit erroribus doloribus et pavoribus. Heu me,
qualem pro te commutavi trinitatem. Cor meum conturbatum est et inde dolor, dereliquit me virtus mea et inde pavor, et lumen
oculorum meorum non est mecum et inde error. Heu quam dissimilem trinitatem o anima mea commutasti. Verumtamen quare tristis es anima
mea et quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, cum error videlicet a ratione, dolor a voluntate et timor omnis a memoria
recesserit, et successerit illa quam speramus mira serenitas, plena suavitas, eterna securitas. Primum id faciet veritas deus, secundum caritas deus,
tertium summa potestas deus, ut sit deus omnia in omnibus, ratione percipiente lucem inextinguibilem, voluntate pacem imperturbabilem,
memoria fonti indeficienti eternaliter inherente. Primum appropriatur filio, secundum spiritui sancto, tertium patri. Hec. Anima vero potest esse [illegible]
quod omnium [illegible] constat [illegible] et etiam productio [illegible] et quod productione dei fecit rationalem spiritum
capacem dei capacitate dei secundum unum ymaginis [illegible] beatissime trinitatis, cum in iustis totus homo spiritus secundum integritatem [illegible]
desinit. Hic est quod nullo nisi deo potest rationalis spiritus [illegible] impleri [illegible] capacitas [illegible] primum [illegible]
deiformitas glorie per quam deo efficitur conformis, et tunc videat ipsum clare et voluntate diligat plene et memoria retineat
inefabiliter, ut anima tota vivat et tota diligat [illegible] tota deo configuretur, tota illi uniatur, tota in illo requiescat,
in ipso sit in omni bono inveniens lucem pacem et sufficientiam sempiternam, per quam in statu omnium bonorum aggregatione perfecto constituta
et eterna vita vivens dicatur beata et gloriosa. ~~Quod attendens Augustinus in fine prologi dicit: Cur per multa vagaris~~
Et hoc primum spirituale quod potest intelligi per manna, quia sicut manna sapiebat unicuique prout volebat, sic gloria eterna omnia oblectamenta
afferet unicuique. Quod attendens Augustinus in fine prologi dicit: Cur per multa vagaris homuncio querendo bona anime tue et corporis?
Ama unum bonum in quo sunt omnia bona et sufficit. Desidera simplex bonum quod est omne bonum et satis est. Quid enim amas caro
mea, quid desideras anima mea? Ibi est quicquid amas, quicquid desideras. Si delectat pulchritudo, fulgebunt iusti sicut sol.
Si velocitas aut fortitudo aut libertas corporis cui nichil obsistere possit, erunt similes angelis dei, quia seminatur corpus animale
et surget corpus spirituale, potestate utique non natura. Si longa salubris et eterna vita, ibi est sana eternitas et eterna sanitas,
quia iusti in perpetuum vivent et salus iustorum a domino. Si sacietas, satiabuntur cum apparuerit gloria dei. Si ebrietas, inebriabuntur
ab ubertate domus dei. Si melodia, ibi angelorum chori concinunt sine fine deum laudantes. Si quelibet non immunda sed munda vo-
luptas, torrente voluptatis sue potabit eos deus. Si sapientia, ibi dei sapientia ostendet seipsam. Si amicitia, diligent deum
plus quam seipsos et invicem tanquam seipsos, et deus illos plus quam illi seipsos, quia illi illum et seinvicem per illum, et ille se et illos
per seipsum. Si concordia, omnibus illis erit una voluntas, quia nulla illis erit nisi dei voluntas. Si potestas, omnipotentes erunt
sue voluntatis ut deus sue. Nam sicut poterit deus quod volet per seipsum, ita poterunt illi per illum quod volent, quia sicut illi non aliud volent
quam ille, ita ille volet quicquid illi volent, et quod ille volet non poterit non esse. Si honor et divitie, deus servos suos
bonos et fideles super multa constituet, immo filii dei et dii vocabuntur et erunt, et ubi erit filius dei erunt et illi, heredes
quidem dei, coheredes autem Christi. Si vera securitas: certe ita certi erunt nunquam et nullatenus istud bonum sibi defuturum,
sicut certi erunt se non sua sponte id amissuros, nec dilectorem deum suis dilectoribus invitis ablaturum, nec aliquid deo potentius
invitos deum et illos separaturum. Hec. Et Augustinus libro soliloquiorum c. 31: Qualia quaeso et quam magna et quam innumerabilia erunt
illa bona que preparasti diligentibus te domine in illa celi patria ubi te videbimus facie ad faciem. Si tanta nobis in carcere,
quid agis in palacio? Magna et innumerabilia sunt opera tua domine, et cum sint hec valde bona et delectabilia que bonis pariter et malis
communia tribuisti, qualia futura sunt illa que solis bonis recondidisti. Si tam innumera et varia sunt dona tua que amicis pariter
et inimicis communiter, quam [illegible] et innumerabilia, quam dulcia et delectabilia que solis tuis largituris es amicis. Si tanta solacia in hac
die lacrimarum, quanta conferes in die nuptiarum. Si tanta delectabilia continet carcer, quanta quaeso continet patria. Hec. Et
[illegible] 22 ad fratres heremitas: Tanta est ibi pulchritudo iustitie, tanta iocunditas lucis eterne, hoc est incommutabilis veritatis et sapientie,
ut etiam si non liceret amplius manere quam unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni vite huius pleni deliciis et affluentia
bonorum temporalium recte merito contempnerentur. Hec. Quare propter quod invitat nos idem Augustinus in libro de novo cantico dicens: Fratres,
festinate ad illam patriam cuius cives angeli sunt, cuius templum deus pater, cuius splendor filius, cuius amor spiritus sanctus. Civitas
sancta, civitas beata, civitas ubi nunquam perit amicus, quo nunquam admittitur inimicus, civitas ubi nunquam moritur qui nunquam oritur, ubi conti-
nua et incorrupta salute letatur. Cum illuc veneris non ibi esuriens aut sitiens: ipse erit ipsa satietas et ibi

dormies quia non ibi laborabis, nulla angustia. Nec erit ibi mora, refectio vbi nulla erit defectio. Vnum requirabis et letabimur. Si tantum delectat cum deo ea loqui, quid erit et videre vide deum, viuere cum deo. Vita enim mea est laudare deum et sine defectu eum amare. Beati enim, ait psalmista, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Et idem super ps. [illegible] Beati quorum est hoc negocium laudare deum. Non arant, non seminant, non molunt, non coquunt. Opera ista sunt necessitatis; ibi necessitas non est. Non furantur, non depredantur, non adulterantur; opera enim ista sunt iniquitatis; ibi iniquitas non est. Non frangunt panem esurienti, non vestiunt nudum, non suscipiunt peregrinum, non visitant egrotum, non concordant litigiosos, non sepeliunt mortuum; opera enim ista sunt misericordie; ibi nulla miseria est in qua fiat misericordia. O beati, putamus erimus nos. Sic [illegible] suspiremus. De suspirio gemamus. Et quid sumus ut ibi simus? Mortales, proiecti, abiecti, terra cinis etc. Et hoc de manna absconditum, de quo dicit [illegible] O gloriosa et amabilis sponsa, habes in terra sub sacramento, in celis habitat sine velamine. Hic quod dulce pabulum, iocunda desponsatio ibi imperiale connubium et beata commixtio, de fide ad speciem, de spe ad rem, de mensa ad mensam, de pabulo ad pabulum fiet transitus. Tunc enim videbit ipse Ihesus qui dulcis est in facie, dulcis in ore, dulcis in nomine hic etc. Per calculum autem candidum, ut omnia plana possint intelligi, notandum multipliciter accipitur calculus, que patet in hiis metris: Calculus est ren[illegible] signa carbo. Calculus est pondus [illegible] lapis [illegible] christo per calculum candidum [illegible] Nicolaum lira [illegible] corpus [illegible] decoratum quod dicitur calculus [illegible] lapillus quod est diminutiuum a [illegible] lapis. Et in calculo nomen nouum scriptum quod tunc qualis beatitudo [illegible] et compleat per dotes gloriosi corporis erit asscriptus ciuilitati celestium. Quod nemo nouit nisi qui accipit, quia dulcedo illius retributionis non est cognoscibilis a viatoribus, sed solum a comprehensoribus qui iam eam acceperunt. [illegible] in sermone dedicationis [illegible] recte festa cene colunt qui se esse filios cene cognoscunt. Sed quid perueniunt [illegible] et ingressa fuit beatorum requie et gloria celestium [illegible] multo plura et magnificentiora conspiciet quam ei sit intimatum per sacra eloquia per prophetas et apostolos [illegible] [illegible] tamquam in speculo et in enigmate tunc autem oculis suis videbit facie ad faciem. Tunc beata et illustris anima [illegible] stupefacta [illegible] constituta dicat ineffabilibus regine [illegible] potuit ad deum [illegible] est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis; maiora sunt opera tua quam rumor quem audiui. Et verum [illegible] de sanctis [illegible] non comprehendit spe non attingit caritate non capit [illegible] et vota transgreditur [illegible] mutari [illegible] de prepositione [illegible] non habet de satietate fastidium hic etc. Et patet [illegible] per calculum candidum [illegible] glorificatum corpus dotibus decoratum. Calculus enim [illegible] etc.

Et angelo thiatire ecclesie scribe. Hec dicit filius dei qui habet oculos tamquam flammam ignis et pedes eius similes auricalco. Noui opera tua et caritatem et fidem et ministerium et pacientiam tuam et opera tua nouissima plura prioribus etc. Quarta pars huius capituli in qua ponitur preceptum de scribendo quartam epistolam, et diuiditur in tres partes, in titulum et narrationem [illegible], ibi: Noui opera tua, et in conclusionem ibi: Qui habet aures etc. In prima parte introducitur tres persone ut in precedentibus, scilicet persona epistolam suscipiens [illegible] Et angelo id est episcopo thiatire ecclesie. Thiatira autem sic [illegible] illuminata et signat vniuersitatem ecclesiarum que illuminata est per Christum qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum Ioh. primo. [illegible] spiritualiter ecclesie sermo dicit [illegible] generaliter ad omnem ecclesiam pertinet fide per illuminatam [illegible] illuminare [illegible] quia venit lumen tuum [illegible] specialiter autem signat statum ecclesie tempore confessorum et doctorum qui ecclesiam illuminauerunt multis doctrinis et exemplis. Et [illegible] alios [illegible] hostia quia qui illuminati sunt et alios illuminant debent esse viuentes hostia per carnis mortificationem. Ro. [illegible] obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem etc. Secundo introducitur persona deferens vel subdita [illegible] quod [illegible] Tertio subiungitur persona mittens ut dicit: Hec dicit filius dei, scilicet naturalis qui prius dictus est similis filio hominis, ut per hoc ostendatur quod idem est filius hominis et dei. Et hoc apte ostenditur, [illegible] tunc typum angeli gerebat qui hoc ostendebat beato Iohanni ad sua verba [illegible] esse verba filii dei. Dei hoc dicit filius dei qui est secunda persona in trinitate qui multis nominibus in scripturis appellatur ut [illegible] plenitudinibus [illegible] notitiam diuinam possemus peruenire. Vna enim non sufficit [illegible] quia omnis similitudo in creaturis reperta est maior dissimilitudo cum creatore quam similitudo, ideo quod creator et creatura distant inter se infinite non quidem locorum distantia sed in virtute et perfectione. Vt ergo dei filius patri celesti ostendatur [illegible] dicitur ymago. Et ut ostendatur [illegible] dicitur splendor patris Hebr. primo. Vt ostendatur [illegible] genitus, dicitur verbum Ioh. i: In principio erat verbum. Et ut ostendatur patri consubstantialis et cum eo esse eiusdem nature, dicitur filius. Circa quod patet quod [illegible] Christus sit filius adoptiuus secundum [illegible] alios. Respondendum [illegible] Christus non est adoptiuus filius aliquo modo sed tantum naturalis, quia naturalis filius est, non adoptionis gratia. Non autem sic dicitur filius naturalis ut [illegible] non enim eo filius est quo deus est, quia proprietate naturali filius est, natura diuina deus est. Et tamen diuina natura filius quia naturalis est filius eiusdem [illegible] nature qua ille qui genuit. Adoptionis autem filius non est, quia non prius fuit et postmodum adoptatus est in filium, sicut nos dicimur adoptiui filii quia cum nati fuimus non filii, per gratiam facti sumus filii dei. Christus vero numquam fuit non filius, et ideo non est adoptiuus filius. [illegible] est filius hominis [illegible] aut natura aut gratia [illegible] aut diuina aut humana [illegible] non ergo aut humana natura aut non natura est filius hominis [illegible] ergo gratia tamen et si [illegible] humana non [illegible] per gratiam. Si ergo gratia filius virginis est, adoptiuus filius esse videtur ut idem sit naturalis filius patris et adoptiuus filius virginis. Ad quod dicendum [illegible] Christum filium virginis esse naturalem et gratia [illegible] adoptiuum filium virginis [illegible] quia non per adoptionem sed per vnionem filius virginis esse dicitur. Filius enim virginis dicitur eo quod in virgine hominem accepit in vnitate persone et hoc fuit gratie non nature. [illegible] vnigenitus est equalis patri non est gratie sed nature, [illegible] autem in vnitate persone vnigeniti assumptus est homo gratie est non nature. Christus ergo [illegible] deus [illegible] homo est adoptiuus filius, sed dei naturalis et hominis naturalis et gratia filius [illegible] naturalis sit hominis filius vnigenitus [illegible] libro de fide ad petrum [illegible] deus [illegible] est naturalis hominis filius qui est naturalis filius vnigenitus dei patris [illegible] autem non sit adoptiuus filius et tamen gratia filius [illegible] super epistolam ad [illegible] de Christo Ihesu scriptum est quia [illegible] cum patre fuit et numquam cum ut [illegible] voluntas patris [illegible] et ille quidem naturalis filius est, nos vero adoptione. Ille numquam filius non fuit, nos autem [illegible] predestinati sumus, sed tunc spiritum adoptionis accepimus quando credidimus in filium dei. Hylarius iii libro de trinitate: Pater [illegible] clarifica filium tuum. Non solo nomine attestatus est se esse filium sed [illegible] tu autem clarifica [illegible] dei filii nos sumus, sed non talis hic filius. Hic enim verus et proprius est filius origine non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate non creatione. [illegible] Ioh. [illegible] nos sumus filii gratia non natura, vnigenitus autem filius natura non gratia. [illegible] in Christo ad hominem [illegible] Ita sane [illegible] ostendit [illegible] non sit filius adoptionis

Illa enim gratia qua dicitur eum esse gratia plenum asserit non intelligitur gratia adoptionis sed unionis qua filius dei est filius hominis et econverso. De quo
filio dei subditur in Apoc. i: Oculi eius ut flamma ignis scilicet clari et penetrativi et in hoc notatur perfecta plenitudo sapientie. Et sic
filius dei dicitur ut terreat malos qui erant terrenative quorum peccata videt filius dei qui eos iudicabit. Boethius v de consolacione: Sive
magna vobis est si dissimulare non vultis indicta necessitas probitatis cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Nam oculi domini multo
lucidiores sunt sole. Eccl. 23: quia videt non solum corporalia sed et spiritualia, non solum presencia sed et preterita et futura, non solum exteriora sed et
interiora, superiora et inferiora, ea que in nubibus sunt et que super solem. Prov. 15: In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. Nam
omnia nuda et aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo est. Hebr. 4. Et pedes eius similes auricalco et in hoc designatur magnitudo potencie.
Exo. 24: Sub pedibus eius quasi opus lapidis zaphirini. Cum ergo talis sit oculos omnia videt, ut est possibile eum quemquam latere, et quia
tales pedes habet omnia potest, ideo primum non est possibilitas latendi, ideo secundum non est possibilitas fugiendi vel evadendi. Secundo ad instructionem et ad
terrendum congruunt ista premissa. Mystice vero per hos oculos possunt figurari doctores ecclesie, per inferiores apostoli, per pedes vero doctores. Ubi ? tropus
vii. Oculi domini doctores intelliguntur qui nos sua doctrina et operibus illuminant et lucem sicut prebent. Pedes vero domini vel sunt sancti
predicatores per quos mundi circuit igne tribulacionis probati, vel etiam ultima ac novissima illius membra, omnia procurare tandem. Deut. 33:
Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina eius. Job 30: Pedes meos subvertit. Vel Greg. Morum xx: Quid pedes esse
nisi extrema illius membra quos adversarii subvertunt cum ad sui dogmatis errorem trahunt. Ysa. 52: Quam pulchri super montes pedes annunciantis
et predicantis bonum. Abacuk iii: Egredietur diabolus ante pedes eius. Et nota quod oculi per quos ut dixi sunt doctores et prelati figurantur
apparent flamme ignis, quia debent esse in se lucidi per industriam, per scientiam, per bonam famam et fulgidi per zelum et caritatem. Et debent alios
illuminare ad dei cognitionem verbo predicacionis et inflammare ad amorem operis bone conversacionis. Debet enim in se et in aliis rubiginem peccatorum
consumere et paleas terrene cupiditatis comburere, sicut Ioh. Baptista de quo dicitur Ioh. 5: Erat lucerna lucens et ardens. Eccl. 48: Sur-
rexit Helias quasi ignis et verbum illius quasi facula ardebat. Et sicut oculi totum corpus regunt sic doctores et prelati ecclesiam. Job 29:
Oculus fui ceco. Sicut oculus non patitur in se pulverem, sic nec prelati terrenum amorem. Phil. 2: Estis simplices filii dei sinceri sine
reprehensione. Act. x: Excutite pulverem pedum vestrorum. Sicut oculi sunt tenerrimi per compassionem, sic prelati omnibus compaciendo, sicut apostolus fecit.
2 Cor. 11: Quis infirmatur et ego non uror. 2 Reg. 23: David sedens in cathedra sapientissimus inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni
vermiculus. Sicut duo sunt oculi, sic gemini debent esse doctores et prelati per dileccionem dei et proximi. Luc. x: Misit eos binos ante faciem suam.
Sicut oculi delectantur in pulchro et abhominantur turpia, sic prelati libenter videre debent aliorum bona et eorum promocione ... ut per
ut in eis delectari valeat tamquam messor in messe plena. Ioh. 4: Levate oculos vestros et videte regiones quia iam albe sunt ad messem,
et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in vitam eternam, ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. Mala vero debent abhorrere
sed de peccatoribus: Iniquos odio habui et abhominatus sum. Ps. Sicut oculi requirunt absconsionem palpebrarum servicii, sic prelati infirmi contemplacione
et meditacione passionis domini, sicut Petrus infirmitatem suam curat, et hoc consulit apostolus ad Hebr. xii dicens: Recogitate eum qui talem a peccatoribus
sustinuit adversus semetipsum contradictionem ut ne fatigemini animis vestris deficientes. Sicut reparantur oculi limacone fellis Thobie xi,
sic prelati recordacione eterne ... Apoc. 3: Inunge oculos tuos collirio ut videas. Sicut purgantur sanguine limacone, sic
prelati peccatorum confessione vel ... Ps.: Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo.
De talibus quasi oculis dicitur Cant. v: Oculi tui sicut columbe super rivos aquarum que lacte sunt lote et resident iuxta fluenta ple-
nissima. Sunt ergo doctores et prelati oculi in capite ecclesie assumpti quia corpus ... totum corpus dirigant. Ipsorum quoque direccione
omne corporis ... ut prelati virtutibus proprietates oculorum columbinorum consequantur. Unde ... restauracionis
liber puta sacra pagina libro condicionis rerum ... mundo quem vidit ... vel crucibus per ... proprietates
animalium aut volucrum convertat ad spiritualia et divina ... naturalibus proprietatibus aliorum ... virtutes ... sibi debitas
intelligat. Pulchre siquidem sunt et operose proprietates oculorum columbarum quibus duces ecclesie se debent conformare, et ex operibus infor-
mationis nature exempla morum colligere. Unde quid pulchrius oculus in columba, quid placidius, humida subtilis quam oculorum acie, quid
cautius in custodia, quid ... in opere ... tum in aspectu sit unitas aut unio. Nam si non sit ... unio, indubie non
erit perspicacitas. Ideo hanc unionem singulariter laudabat sponsus in sponsa cum dicit: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa
in uno oculorum tuorum. Cant. 4. Unitas enim aspectus pro uno oculo reputatur. Nec potest autem esse unitas aspectus et quantum ad perspica-
citas nisi fuerit simplicitas in corde. Simplicitas vero est unica recta et non involuta finis intencio. Ab hac intencio finis
plerumque oculus vocatur. Unde salvator ait Luc. xi: Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit
erit tenebrosum totum. Et sicut in unaquaque singulari persona intencio dicitur oculus, a cuius simplicitate vel duplicitate lux aut tenebre
totum opus circumdat et involvit, ita in corpore politico vel mistico censendum est. Cum ergo ecclesia dicatur columba, quia eius intencio sit
simplex et recta, sunt quod homines intencione ecclesie non sequentes aut non intendentes, ideo non habent oculos columbinos sed milvorum vel
accipitrum aspera, de quibus ... loquitur ... Ysa. 34: Illuc etiam congregati sunt milvi alter ad alterum. Milvi
autem ad literam vocantur generaliter omnes aves predam diripientes, que licet clausis intendant oculis, tamen quia simpliciter aspectus
non habent in volatu circulacionibus utuntur. Sic conformantur homines non recti in intencione, iuxta ... in circuitu ambulant et
quotquot sunt ingenio preediti ac per alta volantes circulacionibus sepe obvolvuntur et aspectus oculis in terris que sunt fidei ...
aliter observant. Et istos propheta milvos appellat. Quorum genus est duplex. Primum quidem genus est eorum qui de suo ingenio presumentes
in superbia et cum animi tumore alta et ardua quam sentiant. Aliud genus est illorum qui temporalis commodi causa vel honoris gratia
prudenter ... investigat studia. Hec omnes isti milvi sunt et accipitres et plerumque columbas lacerant et perfugant. De quibus
in lege veteri et figurativa sacrificium et oblacio fieri prohibebantur. Per primos enim lacerata fuit ecclesia in sui origine sub tempore tiran-
norum et hereticorum. Per secundos vero patietur etiam in ultimis temporibus sicut predicit Paulus secunda ad Thim.: Venient magis tempus in quo sanam
doctrinam non sustinebunt, sed ad desideria sua coacervabunt sibi magistros etc. Notate: ad sua desideria, quoniam tunc insurgent legistes
non quod veritas sit incognita sed ipsam multi ... intorquebunt ut suis desideriis et malis affectionibus famulentur ...
palam non obviet et perpetuis adinvencionibus nova ... confinget. Sic vero in suo senio magis quam antea ...
vera per novis et per dubiis relinquet novitatibus illudetur ... Quapropter ... non dupli-
citate sed simplicitate vigentibus ecclesie per oculis opus est, quos etiam monet persuasione Paulus ad Thim.: Laborare et vigilare ... ne
circulacionibus aliorum involvatur. Milvi namque et accipitres sicut homines superdicti ad duplicitatem circulacionibus utuntur et sub ...
latenti suam exercent rapinam. Hec columbina ecclesie dico simplicitate. Unde in aspectu non est fel vel perversitas et intellectus lumine et
vigilancia pollet. Sane hec est illa simplicitas quam salvator suis commendabat apostolis dicens: Estote simplices sicut columbe.
Mt. x. Porro contemplacio visus et vigilancia columbis maxime insunt. Nam pavide sunt et ab accipitribus timentes gyrati volant,
quia plus videt oculus quam oculus. Et plerumque super aquas quiescunt ut per transparenciam aque cum reflexo solis lumine

Oculi sunt doctores

vementem accipitrem ex umbra precavebat, quem fortassis corporali obiectu videre non posset. Alias ad primam advolatum omnes que evolant
Sic profecto non sufficit viro ingenioso alta perscrutari, nisi cara cum aliis generaliter suum concordet studium et conferentibus
studiosorum hominum scripta coagitet. Itaque cum sedet cum ipsis super aquas necesse est, puta in specie fluenta doctrinarum antiquorum necnon Christianorum
et decursum labentium scolarum. Ibi namque prevenit insidias diaboli, ibi videbit involucros et errores quorundam superborum, ibi cognoscet
a quibus cavendum est. Itaque quicumque ingeniosum vivit et errores cavere desiderat, necesse est doctorum scripta et exempla patrum videre,
necnon concordiam scolasticorum concipere et premunire, ut illam humilitatis gratia suum stabiliat animum, prout apostolus ad Hebreos ult. nos admonet
dicens: nolite variis doctrinis et peregrinis abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor. Cum hac enim gratia potest quisque secure volumina
ingenio peragere. Scriptum est autem: Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Nec unquam a veritate fidei quispiam abducetur nisi per
gratiam humilitatis simplicitatis vel relinquendo a quo felle timescet. Igitur columbe ... ad investigationem veritatis orthodoxe. Hec
duo concors columbarum sunt necessaria, ut careat in affectu felle livoris et superbie, et super aquas sapientie sedulo quiescit, puta in doctrinis
approbatorum doctorum suum conceptum intellectum. Non tamen sufficit ad integritatem doctrine servandam simplicitas et peritia nisi cara assit accepta
solercia presertim in doctoribus et prelatis. Sic hanc solerciam salvator sub forma serpentum suis mandabat discipulis dicens: Estote prudentes
sicut serpentes, Mathei x°, propheta autem Osee vii° viris perspicacibus et literatis hanc solerciam carentibus sub nomine Effraym columbe quodam sic
modo improperat: Effraym factus est quasi columba seducta non habens cor, id est animi solerciam. Columba namque ut dicit Ieronimus in primo stati
repullulat, ubi paulo ante raptos pullos ingemuerat. Serpentes vero non sic, sed tanta astucia ad quorumque suorum custodia val-
lent, quod etiam contra magicas artes prudenter obturant aures suas ne vocem audiant incantantis. Unde Genesis 3° Serpens erat
callidior omnibus animantibus. Ita precipue conformiter videmus quosdam homines qui toto tempore reptantes super terram, id est nil aliud quam terrena sapientes,
ut serpentes omni dolo et veneno plenos pro suis desideriis consequendis ingenio et astucias pergere pro terrenis. Et inabilitatem acuositate
plerumque ardua congredi. Horum autem acuositate et industria cum simplicitate columbe salvator voluit ornare prelatos ecclesie quos astu-
ciis et dolositatibus malorum resistent, et ut serpentes faciunt, caput suum pre omnibus custodire et protegere curaret. Caput siquidem nimirum
Christus est cum ingenio per fidem. Fide vero dissoluta iam separatur membra a corpore cuius Christus est caput. Cum igitur omni solercia omnique
acuositate curandum est ut fides integra conservetur, qua assiduis machinationibus dolis et artibus ut virum auferat caput satagit
malignus spiritus. Tunc fides adeo tenera est ut modica lesione facta mors sicut venenum serpit plaga et sic tamquam morbus ...
nisi velociter curatur, ita totum corpus magnam incurrit ruinam. Expedit doctores et prelatos positos sicut custodes cum speculas ...
ligunt ... ut vigiles oculi die noctuque ... contemplantes ... alius dormitare ne cesset ut caveat. Unde sicut
in castris nocturne cohortes alternis clamoribus se solent excitare ne sopor eos opprimat et interim inimicus irruat. Sic ipsi mu-
tuo incessanter debent pulsare litteras cohortatorias ad invicem scribendo ne quispiam eorum dormiat et torpore sopiatur. Sic namque dicitur
predecessorum prelatorum et doctorum una vox resonans in ecclesia de manu ad manum successive continuata eos admonere et solicitat
quatenus vigilant et sui ... super ... stet custodia. Porro hanc solicitatem voce designabat propheta clamans: Custos quid de nocte,
o custos quid de nocte. Ad quod dicit vox ista: Cum sis custos de nocte cave ne dormites, vigila quia nox obscura, hostis
callidus prope muros stat vigil per noctem fatigat et assidue oppugnat. Et dicit custos: Venit mane et nox, si queritis querite. Ysaie 21
Sic predecessores constat fecisse, mutuis enim epistolis se cohortabantur, crebris se sermonibus pulsabant, ingruentibus arguebant
errores et defectus aliorum reprehendebant, quibus omnibus contra machinamenta diaboli pro se suisque subditis resistentiam preparabant.
Non sicut visum corporalem tria solent plurimum impedire, scilicet humor elevatus, humor superfluus et pulvis iactus. Pro dictorum enim quolibet visus impeditur
et oculos turbat equaliter, sed si nimis invalescit, excecat totaliter. Sic et cordis oculos quosque turbat quosque vero excecat tumor
superbie, humor luxurie et pulvis avaricie. Primum patuit in angelo superbo qui per superbiam de celo in abyssum, de luce in tenebras
cadit et de visione in cecitatem, unde dicitur Ysaie xiiii: Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris. Ideo propheta a se hoc removeri
petit dicens: Non veniat mihi pes superbie, ps. 35. Et subiungit quare hoc petat dicens: Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem. Ibi ut magis
Augustinus in pede superbie ... pede superbie cum cognovissent Deum non sicut Deum glorificaverunt. Venit ergo illis pes superbie
unde venerunt in profundum. Tradidit enim illos Deus in concupiscentias cordis eorum, facere que non conveniunt. Evanuerunt enim in vanitatibus suis
et obscuratum est insipiens cor eorum. Ad Romanos 1. Tales excecantur omnes sive clerici sive layci in quibus regnat tumor superbie contra
leone et libido dominandi et aliis presidendi et velut omnis ambitiosi qui ambiunt super alios principatum prelaturam dignitatem
vel curam ecclesiasticam vel secularem, curiosi qui docere vel dicere cogitant vel loqui student magis curiosa quam fructuosa, nova
quam vetera, subtilia quam utilia, inflativa quam edificativa. Contra quos dicitur Ecclesiastici 3: In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter et
in pluribus operibus eius non eris curiosus. Et beatus Ieronimus in quadam epistola dicit: Si multum superesset etatis, parce dispensandum erat
ut sufficeret necessariis. Nunc vero quanta dementia est supervacua discere in tanta temporis angustiate. Et ideo beatus Bernardus super Cantica
dicit: Vide Apostolum 1 Cor. 8: Si quis se existimat scire aliquid nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire. Et vides quod non
approbat multum scientem si modum sciendi nescierit. Vides quo fructum et utilitatem scientie in modo sciendi constituit. Quid
ergo dicit modum sciendi nisi ut scias quo ordine, quo studio, quo fine unumquodque nosse oporteat. Quo ordine ut illud prius quod
maturius movet ad salutem. Quo studio ut illud attencius quod ardencius movet ad amorem. Quo fine ut non ad va-
nam gloriam et ostentationem sed ad tuam et aliorum salutem. Preterea ad Dei gloriam, unde dicit Apostolus 1 Cor. x: Sive manducatis sive
bibitis sive aliud facitis omnia in gloriam Dei facite. Et ad Colossenses 3: Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere omnia in no-
mine domini nostri Ihesu Christi facite gratias agentes Deo per ipsum. Dico 2° quod humor luxurie excecat oculum cordis. Luxuriosus enim
sapienciam despicit. Carnem suam et animam maculat et corrumpit, de membris Christi membra meretricis facit, et quod horum magna
cecitas est. Dicitur Proverbiorum 21: Verbum sapiens audit luxuriosus et displicebit illi et proiciet illud post tergum suum. Dicitur
1 Cor. 6: Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Ergo sicut animam peccando perdit sic et corpus maculat et destruit. Dicit 2°
dicitur ibidem: Corpora vestra sunt membra Christi. Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis. Absit. An nescitis quod qui adheret meretrici
unum corpus efficitur. Fugite ergo fornicationem ut ibidem dicit Apostolus. Quod valet omnibus, specialiter autem viris ecclesiasticis qui debent esse tamquam
angeli, quia debent esse puri et immaculati. Unde et angeli dicuntur, sicut dicitur Malachie 2: Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem
requirent ex ore eius quia angelus domini exercituum est. Valde ergo detestandum est illud vicium in sacerdotibus qui tamquam angeli

ad divinum cultum et ad inestabilem gloriam per iustitiam sunt deputati et in templum dei vivi consecrati propter quod dicit apostolus 2 Cor. 6 nolite iugum ducere cum infidelibus Que enim participatio iustitie ad iniquitatem aut que societas lucis ad tenebras quis autem consensus templi dei cum ydolo. Cum ydolo dico hoc est cum avaro quod est ydolorum servitus. Sed de templo dei et membris Christi templum infideli et membris meretricis constituunt. Separamini ergo dicit dominus et immundum ne tetigeritis. apostolus ubi supra et Ysa. 52. Recedite exite inde pollutum nolite tangere qui fertis vasa domini. Tertio dixi quod oculum cordis excecat pulvis avaricie. Avarus enim deum deserit proximum decipit et animam suam parvulo precio vendit et hic utique magna cecitas est. de quo 1 Thim. 6 Radix omnium malorum est cupiditas quam quidam appetentes erraverunt a fide. Et si forte aliquis verbo dicat se esse fidelem tamen deum negat facto iuxta illud apostoli ad Titum 1 Confitentur se nosse deum factis autem negant. De tertio dicitur in psalmo 60 Mendaces filii hominum in stateris ut decipiant. Unde avarus non timet mentire periurium mendacia confingere et proximum decipere ut ipse possit nummum acquirere. Et ita est magna cecitas Et satis mirum est quod hoc non advertunt illi principes quibus committitur gubernacio rei publice et sciunt permittunt fraudes et dolos multiplicare omni legi nature divine et humane repugnantes. Unde Prov. 11 dicitur Statera dolosa abhominatio est apud deum ubi per stateram dolosam omnis deceptio et fraus et dolus intelligitur. Et ibidem 20 pondus et pondus mensura et mensura utrumque abhominabile est apud deum Et hoc idem allegat Augustinus super in predicto loco psalmi et exponit mensura scilicet minor qua vendas et maior qua emas. Et qui talia agunt digni sunt morte non solum qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus Ro. primo. Consentiunt autem hii quorum est talia corrigere et non corrigunt sive sint prelati seculares sive spirituales quorum alii tenentur corrigere facto alii verbo et si non corripiunt una cum facientibus iudicabuntur iuxta illud Sap. 6 horrende et cito apparebit vobis quia iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet. De 3o dicitur Eccli. 10 Nichil iniquius quam amare pecuniam hic enim et animam suam venalem facit quia in vita sua proiecit intima sua. Unde et de tali loquens propheta in psalmo 51 ait quo iustus iudicabit. Videbunt iusti et timebunt et super eum ridebunt et dicent Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum sed speravit in multitudine divitiarum suarum. Sed forte sicut Augustinus dicit super eundem psalmum audit aliquis predicationem hanc sperantem in multitudine divitiarum suarum et quando attendit pannos suos respicit forte unum sic divitem ornatum indutum et ait in corde suo de isto dicit nunquam de me. Cui quod subdit Augustinus noli te inde extipere noli te separare nisi videris et timueris et postea videas. Nam quid tibi prodest si eges facultate et ardes cupiditate. Hic ergo intendite ne passim divites reprehendatis et turpiter ne de paupertate et egestate presumatis. Unde patet quod in scriptura reprehenduntur avari et inordinati pecuniarum amatores qui propter pecuniam contra legem dei faciunt et proximos decipiunt non autem divitiarum iusti possessores de quibus apostolus 1 Thim. 6 dicit Divitibus huius seculi precipe et cetera. Ex quo Augustinus super idem psalmum 48 sic inde dixit et cetera Elicit quinque que requiruntur ad hoc quod omnes bene utantur divitiis suis Primum est quod de divitiis non superbiat unde dicit apostolus divitibus huius seculi precipe non sublime sapere. Secundum est quod non in divitiis sed in deo confidat unde subdit apostolus neque sperare in incerto divitiarum sed in deo qui prestat nobis omnia habunde ad perfruendum. Tertium ut bonis operibus insistat de quo apostolus divites fieri in operibus bonis. Quartum ut de sua substantia libenter egenis tribuat de quo apostolus facile tribuere communicare. Quintum ut non ad presentem thesaurum sed ad futurum in eterna vita habendum cor suum ponat et ad istud thesaurum dispenset ordinet et expendat. De quo apostolus thesaurizare sibi fundamentum bonum in futuro ut apprehendat veram vitam. Hii igitur divites non sunt excecati pulvere avaricie sed illi de quibus predictum est et de quorum uno pro omnibus dicitur in psalmo sperat in multitudine divitiarum suarum. Hec ergo patet quomodo tenor superbie livor luxurie et pulvis avaricie excecabat cordis oculum ne possit videre.

Nota quod oculus sicut illud membrum quod datum est corpori ad regimen. Unde per oculos intelliguntur iudices superiores a quibus corpus ecclesie gubernatur vel consiliarios inferiores a quibus corpus alterum regulatur. Et quia est dare superiores bonos et malos hinc est quod oculus potest accipi in bono et malo. Oculus in bono potest tamen sumi scilicet divine sapientie claritate superne eminentie dignitate et merite conscientie puritate. Dico primo quod est oculus divine sapientie de quo Eccli. 23 oculi domini lucidiores super solem. Et iste oculus quandoque dicitur oculus ire et pietatis quandoque iustitie seu severitatis quandoque clementie et largitatis. Oculus divine ire et pietatis respiciunt homines ad eos miserendum liberandum et cetera deprecabatur respicere Daniel cum dicebat c. 9 Inclina deus meus aurem tuam et audi aperi oculos tuos et vide desolationem nostram. Istis oculis aspicit humiles pauperes et timorosos psalmo oculi domini super metuentes eum ut eruat a morte animas eorum. Ysa. 66 Ad quem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos. Et istos aurit a peccatoribus cum dicit primo Ysa. avertam oculos meos a vobis. Sed iustitie oculi vero divine iustitie malos respiciunt ad eos puniendum bonos vero ad ipsos salvandum et defendendum. Prov. 15 In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. Iste sunt enim oculi lincei qui videt ultra parietem quia sicut ultra parietem corporis usque ad ima cordis videt oculus domini facta mea. 1 Reg. 16 Homo videt ea que parent deus autem intuetur cor. Unde quod deus videat iniquos ad eos puniendum dicit Amos 9 Ecce oculi domini super regnum peccans et destruet id. Iste enim est Argus qui centum oculis habebat caput ornatum ita quod numquam dormiebat nisi duo. Et ante et retro videbat. Sic dicitur in omnibus quod sunt dei circumspectio et consideratio tanta est quod numquam potest deficere vel peccatum defraudari quin ipse videat omnia que sunt ante et retro id est preterita et futura. Ezech. 1 Totum corpus in circuitu plenum oculis ante et retro. Unde de istis oculis divine iustitie narratur de quodam barbitonsore qui amore dei pauperes quantumcumque deformes libenter radebat et eis pro posse serviebat. Cum autem semel pauper effectus quendam porcum furtivum furatus domum volens cum reduceret apparuit ei in specie cuiusdam deformissimi scabiosi petentis radi amore dei. Quod cum barbitonsor libenter vellet facere invenit totum caput eius plenum oculis. Et cum admiratus peteret quid hoc esset pauper inquit vides dixit. Ego sum ille qui video ubique et bene vidi heri quod porcum furatus fuisti. Et pauper evanescente timuit penitens et restituit illud porcum. Ecce quod oculi divine iustitie non poterant pati quod iste peccaret. Unde Eccli. 23 Oculi domini super timentes eum. Oculi vero divine largitatis respiciunt iustos ad ipsos in paradiso liberaliter premiandum psalmo oculi domini super iustos et cetera. Hec quibus patet quod oculi divine sapientie diversimode respiciunt homines in hoc mundo. Iste enim est sicut aquila limpidissimos oculos habens ita quod pisciculos in mari natantes dicitur ab celsitudine aeris videre et super ipsos subito descendere. Quia sic deus est oculus divine sapientie qui solo sole clariores in mari huius mundi videt quomodo homines faciunt et qualiter vel in bono vel in malo se gerunt. Eccli. 17 vie hominum non sunt abscondite ab oculis ipsius. Augustinus 11 libro de civitate dei c. 21 Nullo scientia dei variatur ut aliud in ea fiat que scientia non sit aliud quam res sit aliud que fiunt. Non enim more nostro ille quod vel futurum est prospiciat vel quod presens est aspiciat vel quod preteritum est respiciat sed alio quodam a nostrarum cogitationum consuetudine longe alte quam diverso. Ille quippe non ex hoc in illud cogitatione mutata sed omnino incommutabiliter videt ut illa quidem que temporaliter fiunt et futura nondum sunt et presentia iam sunt et preterita non sunt ipse vero hec omnia stabili ac sempiterna presentia comprehendit nec aliter oculis aliter mente non enim ex animo constat et corpore nec aliter antea aliter postea quia non sicut nostra ita et eius scientia trium temporum presentis scilicet preteriti et futuri varietate mutatur apud quem non est transmutatio

vt vicissitudis obumbracio Iacobi p° Hec enim eius intencio de cogitacione in cogitacionem transit in eum incorpereo c[on]tutu sic
assunt cuncta que nouit / quin ista tua nouit nullis suis temporalibus motibus quemadmodum talia mouet nullis suis temporalibus motibus
Secundo dico primo quod in scriptura inuenitur oculus super prouidere et per oculos intelliguntur prelati et superiores qui habent regere cetera membra
ecclesie militantis Et sicut oculus habet magnam luciditatem teneritatem sublimitatem mobilitatem et utilitatem Sic viri perfectus et maxime prelati
debent habere luciditatem discrecionis teneritatem compassionis sublimitatem inspectionis mobilitatem circumspectionis et utilitatem dileccionis Primo debet esse lucidus
per discrecionem ut de se possit dicere illud Job 29 oculus fui ceco / Omnia enim membra nihil sunt contra per oculum et ideo necesse est ut oculus
satis habeat de lumine vel splendore vt cetera membra possit debitum regere et instruere Sic enim in corpore ecclesie sunt multa membra ceca
id est multi ignorantes subditi ideo necesse est quod oculi id est prelati et clerici magne discrecionis lumine sint dotati vt per ipsos possint alii
doceri et scire fidei et morum instrui et illuminari et in via salutis dirigi et debite gubernari Ysaie 19 oculi cecorum videbunt
et aures mutos in duo levitas Contra tamen est hodie contra multos prelatos et clericos qui magis sunt ceci et ignorantes in spiritualibus
quam alii subditi vel inferiores quamvis enim ipsi quasi lucem sciencie legalium et naturalium habeant istud tamen lumen non est quod
ad docendum et dirigendum subditos in via spiritualis recti[tud]inis et salutis et ideo membra ecclesie possunt de istis oculis sicut horribiliter
conqueri dicentes illud Psalmi lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum Ideo quia tales oculi sunt hodie plus quam subditi in spiritualibus ignari
sed ipsi obscurentur oculi eorum ne videant Secundo debet esse tenerus per compassionem · Sic enim oculus inter alia habet teneritatem vere sine quod
quod necesse sunt ad facilem formarum impressionem Sic prelatus per pietatem et benignitatem debet esse tener et humidus ita quod facile
possit in se recipere per compassionem quorumque subditorum pauperum afflictionem miseriam et quarumque calamitatum et paupertatem in aliis
oculus speculatur ut de eo possit dici illud Psalmi oculi eius in pauperem respiciunt Debet sicut in oculo sunt plures tunice sed quedam
humide quedam magis dure illa tamen que est mollior est pupille proximior quam illa que est durior Sic in prelato debet
esse mollicies pietatis et compassionis et eciam duricia severitatis ita tamen quod ei pietas magis adhereat quam iusticia Theos simulata
quia primo sauciato infundit oleum lenitum deinde vinum mordicatum hic per quod quamvis vna non debeat ab alia separari vna
tamen debet propria amplecti vt et dicatur illud Job 24 oculi carnei tibi sunt vel misericordes et sicut videt homo et tu videbis Gregorius
xx moralium disciplina vel misericordia multum destituitur si vna sine alia teneatur Sed circa subditos suos inesse debet et iuste consules
mia et pie consulens disciplina Hic est quod semiuiui illius vulneribus qui a samaritano in stabulum ductus est et vinum adhibe-
tur et oleum ut per vinum mordeantur vulnera et per oleum foveantur quatinus vnusquisque qui sanandis vulneribus preest in vino morsum dis-
triccionis adhibeat in oleo molliciem pietatis per vinum mundentur putrida per oleum sananda nutriantur miscenda est ergo lenitas
cum severitate faciendum quoddam ex utroque temperamentum vt neque multa asperitate exulcerentur subditi neque nimia benignitate dissolvantur
Sed in archa tabernaculi erat in qua cum tabulis virga sit et manna est quod cum scripture sacre scientia in boni rectoris pectore
si est virga districcionis sit et manna dulcedinis / Hinc eciam Dauid ait virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt virga
enim percutimur et baculo sustentamur Si ergo est districcio virge que feriat sit et consolacio baculi que sustentet Sit itaque
amor sed non emolliens / sit vigor sed non exasperans Sit zelus sed non immoderate seviens sit pietas sed non plus quam expediat
parcens hec ille ¶ Tercio prelatus debet esse sublimis per inspectionem · Sic enim oculus sunt in altiori loco scilicet in capite sic tales collocati
sunt in sublimiori dignitate Et sicut videmus quod oculi dum sublimes quod sunt in capite radicati versus celum elevati et sublimati
et ideo sunt ad respiciendum vndique magis apti et eciam ordinati Sic prelati sublimes possunt dici quod radicantur in capite Christo
per fidem et dileccionem Eccl 2 oculi sapientis in capite eius Sursum elevantur versus paradisum per affeccionem et contemplacionem Psalmus 14
Eleuasti in celum oculos / Vndique eciam respiciunt et speculantur per prudenciam circumspeccionis Job 39 oculi eius de longe
prospiciunt / Quarto talis oculus scilicet prelatus debet esse mobilis per circumspeccionem Sic enim videmus inter cetera membra carnis oculi sunt
ceteris mobiliores et ad vertendum se vndique promptiores illud 1 Corinthiorum 15 in momento in ictu oculi in novissima tuba Sic
prelati debent esse diligenciores illud Psalmi 2 pal 14 · Cum dileccione cuncta faciatis Vin de tali circumspeccione Ysaie 21 · contemplatus
est diligenter multo intuitu vt de talibus oculis dicatur illud Ysaie 32 non caligabunt oculi videncium et aures audiencium diligenter auscultabunt
Quinto debet esse utilis per dileccionem Sic enim oculus super omnia membra est utilis ipsi corpori sic prelatus ecclesie debet esse non solum oculus
sed et pes spiritualis affeccionis ipsos tamen diligendo pes fundamentalis sustentacionis ipsos benignitate supportando quod bene figuratur
in libro Danielis 10 ubi dicitur oculos tanquam flamma ignis et pedes eius plus auricalco / Ex quibus patet quod oculi id est prelati indirectos et declinantes debet esse
lucidi compassiui commutantes dilectos affectuose vt eciam possit dici illud Canticorum 4 Ecce tu pulcra es oculi tui columbarum etc
Et sicut oculi valent in suo composito septem habent tunicas seu pelles ut dicit Constantinus Sic prelati debent habere septem virtutes
ad implendum spirituale ministerium scilicet tres theologicas et quatuor cardinales Vnde Zacharie 3 oculi eius septemplices sunt etc patet supra
¶ Quinto principaliter dico quod in scriptura inveniuntur oculi nature consistere et isti nihil aliud sunt quam intellectus et affectus Duo enim sunt ita
vt si unus impeditur eius officium per alterum suppleatur quia ostendit quod illa simplices in quibus deficit oculus intellectus quantum ad per-
fectam cognitionem habeant clariorem oculum affectus quantum ad veram simplicitatem et dileccionem Sic enim est de oculis naturalibus quod si unus
oculus occecatur vel impeditur alius clarius intuetur et hoc fit quia spiritus visibilis qui ad ambos dividebatur tunc in uno
solo limpidius congregatur et ibi perfectius operatur Sic fit inter istos duos oculos intellectum scilicet et affectum quod impedito uno
est purior et fortificatior alter Sic enim ad oculum videmus sepe quanto oculus intellectus in visu sciencie amplius perficitur
tanto amplius affectus ad deum et proximum dileccionem impeditur sicut ad sensum patet de clericis multis qui quanto sunt in studiis subti-
liores tanto sunt in moribus tepidiores Et econtrario simplices in quibus oculus intellectus obtunditur in dei dileccione et aliis mo-
ribus perfectius disponuntur Augustinus surgunt indocti et rapiunt celum et nos cum litteris nostris mergimur in infernum / per oculos
ergo mentis tam et conatum intelligimus Et sicut oculi in capite radicati sponuntur sed vnum effectum vniformiter disponuntur
in superius sibi ab[s]conduntur et reponuntur in sede multiplici componuntur Ita viri perfecti debent habere radicalitatem stabi-
lis duracionis vniformitatem simplicis intencionis collateralitatem humilis contemplacionis Multiplicitatem nobilis perfeccionis
Zacharie 3 super lapidem vnum septem oculi sunt Primo inter oculi debent habere stabilem duracionem quia sicut oculi corporales radicati
sunt capiti et ibi habent fundatum locum suum et in eo duobus nervis cum ipso tam tenaciter colligantur quod nunquam ab eo possunt
nisi per violenciam separari Sic oculi mentis nostre debent per affectum et desiderium et per firmitatem proposita in capite nostro deo

et mediantibus duobus nervis duplicis concavitatis tam fortiter et tam fundamentaliter radicatur quod numquam ab ipso debet aliqualiter separari
Secundo iste oculus debet habere similitudinem simplicem seu gratiam intencionis. Sic enim videmus quod oculi nostri quamvis duo sint tamen unicum et simplicem
habent actum quia scilicet de una re capiunt duas ymagines sed tamen in una quod accidit ex eo quod nervi qui duo nervi sunt visibiles a
capite ad oculos descendentes in media fronte in modum crucis uniuntur et coniunguntur et species rerum a duobus oculis recepta non
divisa sed una videtur quia sub una voce intellecta putatur. Sic oculus mentis nostre debet quantum ad intencionem esse simplex et uniformis
quod scilicet unam rem non debet videre duplici visione vel duplici intencione ut scilicet unum intendat intus et aliud pretendat operibus sicut faciunt
proditores ypocrite et fallaces quia ille qui ingreditur terram duabus viis a deo maledicitur. Ecclesiastici ii. Ve duplici corde et homini
ingredienti terram duabus viis quia sicut dicitur luce xi si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Simplicem igitur oculum habeamus
quia sicut dicitur matthei 18 bonum est tibi ad vitam uno oculo ingredi quam duos habentem mitti in gehennam ignis. Habeamus ergo simplicem intencionem
Tercio debet habere similitudinem absconsionis. Sic enim videmus quod oculi in profundo loco capitis et quasi in abscondito sunt locati et palpebris
cooperti et velati cum utique necessarium sit ut oculus sic illesus a nocivis occasionibus servetur ut facilius claudatur et ne per sub
intracionem alicuius pulveris seu venti eius tenera substancia ledatur. Sic oculus nostre mentis debet per humilitatem contegi et velari et ne extra
in dyscrecione vagetur per distractionem reprimi et recludi et in profundo meditacionis spiritualis locari et ingenti profundari. ysa ii oculus sublimis
hominis humiliatus est etc. Bernardus et sublimis quia illa que sunt in virtutibus sublimiores tamen tenent oculos suos et eos magis clausos
et ne malum videant amplius coopertos. Inter quos illa que sunt nobiliores sicut sunt aquile habent oculos profundiores et magis occul
tiores sic quod iste videat dicens ps. averte oculos meos ne videant vanitatem. Cuius tamen contrarium faciunt multi qui scilicet more
canis rabidi semper oculos cordis tenent apertos ad videndum et desiderandum, explorandum et deridendum omnia vana exteriora et tamen
dicit aristoteles in libro de animalibus quod animalia que carent palpebris sunt debilis visus sicut sunt pisces et serpentes terram comedentes vel avaricie
malicie qui scilicet oculum cordis non possunt claudere ut a malis desideriis cohibere sed qui potius ipsum ad omnia desiderabilia continue
tenent apertum sunt debilis visus spiritualis vel debilis discretionis in illis que pertinent ad salutem. Iste videtur dicere ecclesiastes 2o
omnia que desideraverunt oculi mei non negavi eis et non contradixi. Propterea potest dicere trenorum 3 oculus meus depredatus est animam meam
Non sic nos sed oculos cordis palpebris humilitatis claudamus bona nostra celemus et abscondamus ut nos in dyscrecione propalemus
Magna enim moysi deus in sinu fuit abscondita sana permansit [illegible] foris producta lepra facta videntibus est [illegible]
Ezechias etiam a deo reprehenditur quia thesaurum suum per ipsum babilonensibus nunciis ostendit ysa 34 [illegible] orando et claudo
iubet nos abscondere in cubiculum intrare et ostium cordis claudere et a vanis cogitacionibus et temptacionibus et ab ira gla
possumus animam preservare. Habeamus igitur similitudinem absconsionis quia sicut dicitur ysa 33 qui obturat aures suas ne audiat sanguinem et
claudit oculos suos ne videat malum iste in excelsis habitabit. Quarto oculus noster cordis debet habere nobilem perfectionem seu conditionem
In oculo enim corporali secundum constantinum septem dicuntur esse tunice ex quibus ipsius oculi substancia componitur et ipsius oculi pupilla vestiatur
et velatur. Septenarius autem numerus secundum grammaticos universitatem designat. Sic oculus mentis debet septenario vel universitate virtutum et perfectionum
esse compositus ad hoc quod possit esse in suo morali esse bene dispositus seu debite virtuosus. Ut sicut oculus corporalis habet splendorem
humorem fluorem tremorem sic oculus moralis debet esse habere splendorem discretionis humorem compassionis fluorem lacrimacionis
timorem dubitacionis. Primum patet quia sicut oculus totum corpus dirigit atque regit et inde necesse est quod habeat in se lumen quia scilicet ipse videt
pro toto corpore non pro se solo et non propter hoc dicitur quod oculus est dux corporis vas luminis index animi. Sic oculus mentis est tamquam moralis
corporis directivus scilicet hominis interioris et exterioris quia sicut dicitur luce xi lucerna corporis tui est oculus tuus. Necesse est quod lucem gratie
et spiritualis discretionis habeat ut hominem discrete dirigat atque regat et hoc petebat propheta dicens illumina oculos meos ne umquam obdormiam
Secundum patet quia sicut oculus multum humorem continet quia secundum constantinum tribus humoribus et vii tunicis est oculus compositus sic oculus mentis debet esse
per compassionem humidus et benignus septem enim tunicas vel septem pietatis opera debet habere tribus vero humoribus vel tribus compassionibus gaudens
compatiens que sunt facilitas indulgendi delinquentibus. Ezechielis 20 pepercit oculus meus super eos. Facilitas condolendi patientibus Trenorum
oculus meus deducens aquas eo quod longe factus est consolator. Facilitas subveniendi indigentibus probantibus oculum cecum vel pauperis respicit
Tercium patet quia proprium est oculi quod lacrimas emittat. Lacrime vero doloris et compassionis designantur ad denotandum quod oculus mentis debet
facultatem de propriis doloribus et lacrimas compassionis fundere non malitie tamen spiritualiter distillare. Trenorum ii defecerunt pre lacrimis oculi mei
et hoc debet facere propter finem consideracionis spiritualium tormentorum propter decorem vane glorie mundialium gaudiorum et propter [illegible]
contemptionis carnalium delectorum. Ista enim tria debent oculum cordis ad lacrimas provocare. Teste enim sapiente qui pungit
oculum educit lacrimas et non dicebat Jeremias c. ix. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte
Quartum patet quia oculus pre aliis membris est summe mobilis. Propterea autem mobilitas oculorum timorem designat. Littera de ca
melione quod est animal summe timidum mutatum quod per timorem mutat colorem. Dicitur quod oculos habet summe mobiles volubiles atque vagos
Sic oculus mentis nostre debet esse timidus et mobilis per timorem divine offense sic quod numquam debet in pace quiescere nec dormire
Deuteronomii 21 dabit tibi deus cor pavidum et oculos deficientes. Timeamus ergo divine offense [illegible] propter quod turbatus est a furore oculus meus
visitabo super vos velociter ardore qui conficiat oculos etc. De oculo spirituali sufficit [illegible] fuit in bono. Sed in malo oculus
potest denotare multa genera oculorum malignorum et multa genera pravorum. Sic enim oculus multis causis potest in suis operibus impediri
sic oculus mentis potest in suis actionibus diversis occasionibus perturbari. Nam invenimus oculum turbatum inflatum gravatum cecatum fedatum
et fraudatum. Oculos turbat invidia inflat superbia gravat accidia cecat avaricia fedat luxuria fraudat amicicia
Primum patet quia sicut oculus quandoque turbatur propter nimiam claritatem spiritus disgregante visus litum quod non videt sicut ante videbat
Sic oculus mentis qui respicit claritatem aliene prosperitatis solet quandoque taliter per invidiam perturbari quod amittit rectitudinem
iudicii et quid facere debeat non advertat. Extra [illegible] necesse est oculus mundi. Sunt enim isti oculi serpentis qui sunt in capite
non in fronte. Sunt etiam isti oculi strabi qui recte non respiciunt sed adverse quia scilicet invidi numquam alios recte respiciunt
ut corpore bona ipsius sed tortuose et invidiose cum dolore displicentie et [illegible] sicut saul qui invidens david non
rectis oculis ipsum aspiciebat i regum 18 invidus ergo tali oculo sic turbato potest dicere ps. turbatus est a furore oculus meus
Secundum scilicet quod invenimus oculi qui per superbiam sunt inflati seu elati quod tamen non habebat ille qui dicebat domine non est exaltatum
cor meum neque elati sunt oculi mei. Proprium enim est oculi quod sedeat in alto loco. Sed [illegible] oculos quod per infirmitatem inflatus gravius
oculus mentis habent scilicet per superbiam et ambicionem alta loca summe appetere et infirmitate superbie pruriginis scilicet quod alios
indebite se inflare. Isti sunt oculi sublimes quos deus despicit et detestatur sicut dicitur proverbiorum 6. Tales oculos habent illi qui

non dignantur respicere inferius ad videndum pauperes et viciniores sed superius ad videndum nobiles et maiores. Sic potissime sunt illi qui non respiciunt
inferius ad vilem statum in originali processerunt sed superius ad magnum gradum quem accidentaliter ascenderunt. Job 41: Omne sub-
lime videt oculus eius, ipse est rex super omnes filios superbie. Talibus comminatur deus in psalmo ubi dicitur: oculos superborum humiliabis.
et Ysa. 2 dicitur: Oculi sublimis hominis humiliati sunt. Tercio inveniuntur oculi qui per accidiam sunt gravati. Oculi enim gravantur a sompno
quando homo comedit illud antidotum medicine quod dicitur gerapigra, quia pigricia viciosa facit oculum mentis spiritualiter sompnolentum. Duo
autem sunt que istud sompnolentum reducunt, sicut potest magister in libro de oculo morali c. 28, scilicet consideratio divine glorie et eterne miserie. Nam sicut
duo sunt inter cetera que oculum impediunt a sompno corporali, scilicet presencia nimie claritatis et auditus nimii sonitus vel tumultus, sic
duo sunt que sompnum pigricie ab oculis mentis possunt excutere, scilicet consideratio claritatis glorie paradisi, quia sicut dicitur eccl. vel gravaz et speciem desi-
derabant oculi, et consideracio tumultus miserie inferni. Sicut habetur in psalmo: Turbatus est a furore oculus meus. Ideo ista duo considerare non
videntur illi quorum oculi mentales sompno pigricie pregravantur. In vitis enim patrum legitur quod cum quidam frater ab abbate Achille peteret
quomodo ipse frater tantam accidiam haberet, respondit abbas: Quia necdum vidisti que sunt premia que speramus et supplicia que timemus. Primam
considerationem non videbatur habere. Apostolus Act. 26 ubi dicitur quod iste invenit eos dormientes, erant enim oculi eorum gravati. Secundam vero consideracionem
non habebant illi de quibus dicitur in psalmo: Contritio et infelicitas in viis eorum, non est timor dei ante oculos eorum. Quarto inveniuntur oculi per
avariciam concecati. Terre enim oculus communiter videtur pulcher et lucidus, est tamen aliquis corporaliter cecus, sicut patet in vasis quorum oculi pelvi
ardenti cecantur; et tamen communiter pulchri videntur et lucidi. Sic avari per pelvim ardentem id est per amorem avaricie sunt cecati et
lumine vere discrecionis privati, communiter tamen in mundanis videantur claros oculos habere et sunt luce temporalis scientie preclaris illustrati.
Ecc. 22: tu vero cor et oculi ad avariciam. Et bene isti habent oculos cecos et hoc est maxime in cognoscendo terrenorum quam tale videntur
appetere. Non enim videt quanta est ibi vanitas, mutabilitas, laboriositas et periculositas. Oculus enim non videt rem si nimis
appropinquat. Interpositio eciam terre impedit oculum quominus clarum a visione solis, sicut patet de nocte. Luna eciam quamquam sit clara tamen
eclipsim solet pati quando inter ipsam et solem contingit terram equaliter interponi. Quia communiter oculus intellectus sit in homine quantum ad
valde ingenium luminosus, obscuratur tamen et obscuratus et cecus in spiritualibus negociis efficitur quando terra id est bona temporalia sibi nimium
amore ultra debitum approximantur, et quando per vicium avaricie amor terrenorum inter ipsum et deum interponitur et locatur. Isti sunt
illi qui statuerunt oculos suos declinare in terram. Isti sunt illi stulti quorum oculi in finibus terre. Sicut dicitur Eccl. 1: Non saciatur magis oculus
visu nec auris auditu. Et vere cordis oculus avarorum non saciatur divitiis visibilibus, quia quamquam desiderabile videt totum habere de-
siderat et affectat. Unde dicitur Eccl. xiiii: Insaciabilis est oculus cupidi. Quinto inveniuntur oculi per libidinem inquinati. Et isti sunt
oculi luporum qui per noctem sunt illuminati, quia scilicet luxuriosi habent in oculis cordis lupanarum immundicie feditatem. Isti enim luxuriosi
non solum habent immundiciam luxurie in oculo interiori, immo eciam in exteriori, quia multi sunt et multe quorum aspectus corporales sunt tamquam
luxurie interioris provocativi et aliorum ad luxuriam inductivi. Isti sunt oculi basilisci qui interficiunt quemcumque videt. Isti sunt
oculi bubonis qui communiter sunt pulcherrimi, sunt tamen nihilominus venenosi. Et communiter videatur habere luxuriosi, fugiunt tamen diem
et claritatem et diligunt noctem et obscuritatem, quia luxuriosorum oculi diem id est hominum presenciam non diligunt sed obscuritatem et
solitudinem. Unde convenit Job 24: Oculus adulteri observat caliginem dicens non me videbit oculus. Isti sunt ergo illi oculi quos domina
Ioseph iniecit, dicitur contrarie quando ipsum ad libidinem voluit provocare, sicut dicitur Gen. 39. De istis dicitur 1 Pet. 2: oculos habentes
plenos adulterii. Isti sunt quasi fenestre per quas latrunculi id est temptaciones intrant ad animas. Sunt eciam foramina per que fures
id est demones intrant ad spoliandum cumulos; unde dicatur quilibet illud Tren. 3: Oculus meus depredatus est animam meam. Et vere
oculus depredatur, quia constat quod per oculum indiscrete respicientem venenum temptacionis bibitur per quod mors et consequenter opus peccati
per que anima virtutibus spoliatur. Oculus enim plus leditur rem albam inspiciens quam nigram; leonis eciam natura esse dicitur sicut homo
ipsum aspiciat ab ipso invaditur, si vero non aspiciat a leone non curatur. Aspectus ergo mulierum est periculosus et magis
albe et formose quam deformis et nigre. De hoc vere applicabile illud Judith x dicitur quod capta est in suis oculis Holofernes
et quod Judith pulchritudinem apposuit. Unde eodem ibidem ix dicitur: capiatur laqueo oculorum suorum. Oculi ergo isti sunt tamquam spirituales
captiones et hoc non solum virorum sed et mulierum. Teste enim Solino libro de mirabilibus mundi simie sic a venatoribus capiuntur:
venatores enim oculos suos fingunt se inungere et dimittentes vestem in presencia simiarum recedunt. Simie vero venientes
et quicquid videt sunt facere temptantes, illo viso oculos suos inungunt et claudentes palpebras ceca fiunt, quare a vena-
toribus cicius capiuntur et per viscum oculorum altius domino supponuntur. Istud quem adducit magister qui fecit librum de oculo
morali contra mulieres se fardantes et stibio oculos suos ut pulchre appareant depingentes que proculdubio sunt tamquam simie,
quia a luxuriosis venatoribus capiuntur et per luxuriam corporis diabolo submittuntur. Figuratur in Iezabel 4 Reg. 9 que volens
placere illi Iehu qui occiderat virum suum, oculos suos stibio pinxit, et tamen ipsam Iehu interfecit, quia que taliter oculos depin-
gunt morte culpe et pene moriuntur. Unde de luxuriosa persona per apocriphum dicitur Eccl. 17: Linguam oculos et cor dedit illis scilicet
luxuriosis. Sexto inveniuntur oculi per amicicias defraudati seu hebetati, et isti oculi sunt ut communiter prelatorum. Oculi enim deluduntur
per nimiam attencionem ad candelam. Dum enim virga vel digito inter oculos posita videt esse credit duo. Oculus autem impressus
fortiter a digito solet unam candelam videre duas esse. Oculus insuper id quod videt in speculo concavo, sicut videtur dicitur suspensum
quia scilicet alta videntur et infima deorsum, et eciam hodie multi sunt qui filios et nepotes attendunt et considerant
mediante lumine carnalis affectionis ad quod totaliter attendunt mediante eciam speculo spiritualis affectionis seu dilectionis
et personarum acceptionis, monente eciam et impellente digito id est urgente consilio aut consiliatorum vel mediatorum. Unde
quod unum videatur esse duo, id est quod illa persona sic respecta vel dilecta credatur ab eis plus duplo valere quam valeat, quamvis quod
peius est multi sunt qui oculum cordis habent per carnis affectionem et per personarum acceptionem sic delusum quod alta videntur infima et econverso,
id est boni viri videntur esse mali et mali boni. Hic ergo patet quod oculus cordis numquam de rebus bene iudicat quem personarum acceptio
vel carnis affectio multum turbat. Iste figuratur in Sapson quem Dalida id est carnis affectio fecit a Philisteis excecari.

iudicat 16 iste significavit in heli sacerdote cuius oculi caligaverant et non poterat videre lucernam dei donec extingueretur sicut dicitur primo Regum iiio quod tales non possunt videre personas lucidas et distinctas videt tamen oppositum lucernas extinctas id est personas ignorantes et indistinctas ad quas parvus affectionem habent et talibus accidit sicut ysaac de quo dicitur genesis 27 quod oculi eius caligaverant quod videre non poterat et ideo iacob qui mediante pelle edorum tetigerat quasi esset filius genitus benedictionem esau primogeniti reportat. Sic sepe fit inter tales qui habent oculos intellectus sic excecatos et delusos quod mediante pelle carnalis affectionis aliquid considerant alium tangit quasi esset ipsum esse filius genitum id est in ystoriis et pro suis benedictionem tamen primo id est beneficia que personis dignis et sufficientibus deberentur eisdem conferunt et conducunt. Tales ergo sunt illi quorum lucerna oculorum non est secundum quod sicut magister e... illis nepotibus suis quod ... ipsis. vt dicitur eius ... opponatur 1o zach 3 super lapidem unum septem oculi sunt quod tales figurant oculos suos septies quod debent super tales lapides et ignaros ... pro a... parte de libello de oculo morali ubi quamque pro dicta de oculo dicitur ibi quod statim ... ad oculum pulverem applicat. Tunc ibi Novi opera tua etc. Ponitur hic ... primo libro ... apud ... naturam Et dicitur in primo pro ipsa commendatoria approbativa secundo reprehensoria ... tres concinnatio ... ego ... commendatio id est vobis ... ad ... novi opera tua id est approbo laudo eligo non solum cognosco ... super 1o Ioh. ... ipse novit decipientem et eum qui decipit. Et ... omnis qui ... decipere conatur iniquus sit et iniquus ... nunquam novi vos discedite a me qui operamini iniquitatem. ... qualiter ergo decipientem novit ... de ... aliquid cognoscere dicitur aliquid approbare. Et sic iniquum quod cognoscendo indicat neque enim iniquum quempiam indicaret si nequaquam cognosceret et tamen iniquum nescit quod eius facta non approbat. Et novit ergo quod deprehendit et non novit quod hunc in sue sapientie specie non cognoscit. Sic de ... qualibet viro dicitur quod ... nesciat ... ab aliis ... reprehendere ignorat ... ipsum fallaciam et sciat in operarum et nescit in amore ut ... ipse agat quam actam ab aliis dampnat ... In primo ergo nosce ... approbatio et est commendatio ab operum perfectione cum dicitur Novi opera tua id est bona ... ad ... ultimo ... facti in bonis operibus que facis ... tibi acquirendo et alios exemplo tuo provocando ... sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Et quia opera non sufficiunt sine fide ... sine fide impossibile est placere deo ideo secunda eius commendatio a fidei veritate que cooperabatur operibus illis cum dicitur Et fidem que quidem fides est certitudo rerum absentium supra opinionem et infra scientiam ut ait hugo de sacramentis libro primo parte x c. 1 ... fide ... est enim fides ... cognitio non apparentium ... vel fide tua id est fidelitatem talenta tibi commissa fideliter dispensando ... fidelis servus etc. Et quia fides non sufficit nisi fiat operans per dilectionem ... fides que per dilectionem operatur ideo tercia commendatio a perfecta caritate cum dicitur Et caritatem id est novi id est approbavi in deum et proximum sine qua nulla alia prosunt ... caritatem non habuero nichil sum ... super omnia autem caritatem habete ... caritas perordinatur fidem et opera ordinatur ... virtutes ... bona opera ... virtutibus ... fides et ... fide caritas et ... caritate opera ... ordo ... est ... opera ... caritas ... fides ... ordine deinde quisque ... caritas et amor ... opari ... ad ... ordinatur ... originis sunt cause et illos virtutes sunt ... opera ... glo ... manifesta ... et ... modo ordinantur opera ... virtutes que ipsas manifestant. De ordine vero fidei et caritatis ... ordo ... secundum viam generationis et nature ... imperfectum est prius perfecto et ... fides est prior caritate. Alius est ordo perfectionis et forme secundum quem perfectum naturaliter prius est imperfecto et secundum hunc ordinem caritas ... est prior fide ... informi et ... ordines ... Et quia caritas benigna est ideo secundo commendatio a munifica pietate in elemosinarum largitione et pauperum relevatione ... de suis facultatibus libenter et largiter erogabat ideo sequitur Et ministerium tuum id est novi ... ministerium illud ... quo ministrabat ecclesie illis qui erant in ... de suis facultatibus ... opera illius ... apostolo monente ut esset ... ad cor. 16 ... ministerium ... ordinaverunt seipsos ... ad cor. 9 de ministerio ... Ergo ministerium prelatorum est de suis facultatibus pauperibus subvenire ... enim ipsi ... vel ... non indigentibus ... vel in usus superfluos expendunt vel ioculatoribus conferunt ... totum pauperibus furantur et rapiunt ... in rapina pauperum in domo vestra est ... glo. ... pauperes ... publice arguunt et confundunt ... in quorum domo rapina pauperum est ... opes ecclesie ... et in deliciis abutuntur et que dantur ad sustentationem pauperum ... vel suis distribuunt et aliorum inopias ... vel suorum divicias faciunt ... in epistola ad ... nepotianum ... clamat nudi clamat famelica ... et dicunt dicite pontifices in freno quid facit aurum ... aurum a freno repellit frigus sive esuriem nobis fame et frigore ... laborantibus quid conferunt tot mutatoria vel extensa in partices vel plicata in mantica. Nostrum est quod effunditis nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditis et nos enim dei plasmatio christi et nos sanguine redempti sumus vos ergo fratres nostri videte quale sit de portione nostra ... pascere oculos vestros vita nostra cedit vobis in superfluas copias ... necessitatibus detrahitur quicquid accedit vanitatibus ... duo denique mala de una prodeunt radice cupiditatis ... et vos vanitando peritis et nos spoliando perimitis ... ... gemitibus et ... non curatis ... ... et clamate ... ... tam speciosa coloribus quam ponderibus preciosa ... dependet ... sicut ... vel ... infantes apponitis ... accedit quod ... negociatorum studio ... vos ... sed ut ... possidetis ... nisi forte et vos in corde vestro dixistis hereditate possideamus sanctuarium dei. Et hec pauperes modo quidem coram deo tamen cum corda locutus ... audet aperte causari adversus vos quibus interim pro sua vita ... sunt potius supplicare. Verum in futuro stabunt in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt et qui abstulerunt labores eorum stante ... pro eis patre orphanorum et iudice viduarum ... tunc ... dicere ... non fecistis uni ex minimis meis nec mihi fecistis ... in talibus ... ministerium prelatorum ... novit id est approbat ... in sanctos ... de ministerio ... de quo ... ministerium meum honorificabo ... non dominantes in clero sed forma facti gregis ex animo 1 petri 5 ... ministros ... ministerium tuum imple ... accepit ... ministrantes in altitudinem ... boni dispensatores multiformis gratie dei. Et ... caritate ... ministrum ... habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo quomodo caritas dei manet in illo. Et quia omnes qui pie volunt vivere in christo persecutionem patiuntur ... ideo quinta commendatio a pacientia tolerantie ... Et pacientiam tuam id est in tribulationibus novi malos sufferendo et proximum ... tribulatio enim patientiam operatur ad ro. 5 ... expecta dominum viriliter age et confortetur cor tuum et sustine dominum id est flagellantem et ... Et quia ... de bono in melius ideo sexta commendatio eius a profectu in bono ...

dentur plata ministrare suis subditis ... temporalis subventionis ... dulces et blande consolationis ... mollis compassionis vestes pulcre et honeste conversationis ... esse ... ad ... mandata ... accepta ... intelligentes ... per ministerium ... custodiat que ... fuerunt commendata

tum subditur: Et opera tua novissima plura prioribus. Sancti in virtutibus proficiendo iustorum enim semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam
diem. Et ideo iustus comparatur palme que inferius est stricta et superius vasta. Psalmus xci: Iustus ut palma florebit in domo domini. Iob 29: Sicut
palma multiplicabo dies. Super quo Gregorius 19 Moralium: Non inmerito iustorum vita palme comparatur quia scilicet palma inferius tactu aspera est et quasi aridis
corticibus obvoluta, superius vero et visu et fructibus pulchra; inferius corticum suorum involucionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchre viriditatis
expanditur. Sic quippe electorum vita despecta inferius, superius pulchra; in imo ista quasi multis corticibus obvolvitur dum innumeris tribulationibus
angustatur, in summo vero illa quasi pulchre viriditatis foliis amplitudine retributionis expanditur. [illegible] quid aliud palma quo victoris arborem
gubernet. Dicit: Omnis namque arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur et quanto paulisper sublimior, tanto in alto
subtilior redditur. Palma vero minori amplitudine ab imis inchoat et inter ramos ac fructus ampliori robore consurgit et que tenuis
ab imis proficit vastior ad summa succrescit. Omnibus itaque arbusta alia nisi terrenis mentibus inveniuntur esse similia, inferius vasta, superius angu-
sta, quia mentes omnium seculi amatores in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt
et pro spe perpetua ne parum quidem in labore subsistunt; pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant et pro celesti mercede vel tenuissimi verbi
contumelias ferre recusant. Terreno etiam iudici tota die assistere fortes sunt, in oratione vero coram deo vel unius hore momento lassantur. Sepe
nuditatem, frigus, famem pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant, et eorum refectionem [illegible] atque ad adipiscenda festinat. Superna
autem laboriose querere tanto magis dissiliant quanto ea retribui tardius putant. Hii itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum
angusti, quia fortes in inferiora consistentes ad superiora deficiunt. Ecce enim quod qualiter palmarum designatur proficiens vita iustorum qui
nequaquam in terrenis studiis sunt fortes et in celestibus debiles, sed longe aliter [illegible] studiosos se deo exhibet quam [illegible] fuisse me-
minerunt, et in [illegible] et ipsorum quanto plus finiendo pergit quam proponit inchoando, et si tepidius prima inchoat, fervencius consumat. Hinc
secundum apostolum operemur bonum ad omnes non deficientes. Galatas 3. Et Ecclesiastes xi: Mane semina semen tuum et vespere non cesset manus tua. Verba de
uno quoque iusto verificetur. Iob ultimo: Dominus benedixit novissimis eius magis quam principio. Secundum Haymonem autem ista clausula litteraliter intelligitur de ecclesia,
unde dicit: Nam ad ecclesie faciem pertinet, cuius opera illius plura prioribus in modum quia scilicet ecclesia prius fragilioribus et levioribus preceptis solidata est,
unde et apostoli tunc gentibus tantum illud quod credebant imposuerunt, videlicet ut abstinerent se ab immolato, sanguine, suffocato et fornicatione. Aetate pro-
cedente vero ad multitudinem ecclesie crescens ad hoc usque perventum est ut omnia propter Christum relinquerent et ad culmen perfectionis tenderent. Habita
pauperibus tribuerent, patres et matres, fratres et sorores, uxores quoque relinquerent. Abhinc [illegible] religio monachorum exordium sumpsit. Vel etiam
potest hoc secundum eundem referri ad finem mundi, quando imminente tribulatione temporibus antichristi perfectione amplior in ea virtutum operibus enitebunt. Unde Iudei
et gentiles positi in Christi fide fundati duplo quam nunc laborabunt. Unde Gregorius: Ut moriens in fine tanto locupletius dilatabitur ecclesia
quanto et manifestius innotescit quod ad finem presentis vite temporalitas urgetur. Unde de predicatoribus omnium temporis [illegible] prophetando dicit: Adhuc
multiplicabuntur in senecta uberi et bene patientes erunt ut annuncient. Quod exponens Gregorius videlicet dicit: In senecta uberi multiplicabuntur
quia cum eorum vita differtur [illegible] ad meliora fortitudo producitur, eius quod [illegible] temporum crescunt lucra mentium. Bene autem patientes
sunt ut annuncient quia celestia predicantes tanto robustius adversa tolerant quanto et pro tolerantia sua aliorum commoda locupletius
reportant. Sed in [illegible] etiam peccant mortaliter si ea que eis superfluunt in elemosinas pauperum non largiantur, videtur quod, quia super illud Luce
3: Qui habet duas tunicas det unam non habenti, dicit glossa: De duabus tunicis dividendis datur preceptum, quia si una dividatur nemo vestitur,
in dimidia tunica et nudus remanet et qui accepit et qui dedit. Sed per largitionem unius tunice intelligitur largitio eorum que superfluunt ad
necessitatem vite nostre, per ea que in eadem glossa premittuntur. Ergo dare superflua est in precepto. Sed qui transgreditur preceptum peccat mortaliter. Ergo
ille qui non dat superflua pauperibus peccat mortaliter. Preterea preceptum plus obligat quam consilium. Sed dare omnia que quis possidet est consilium,
et tamen ad hoc homo obligatur in casu communis necessitatis. Ergo et cetera quod tempore communis necessitatis tenetur ad superflua dare pauperibus, cum hoc sit de precepto,
et ita qui non largitur peccat mortaliter. Preterea quicumque consumit quod est alterius tenetur ad restitucionem. Sed bona clericorum sunt pauperum, ut per glossam
[illegible] super [illegible] rapina pauperum in domo vestra. Ergo si clerici inutiliter bona ecclesiastica consumunt tenentur restituere pauperibus, aliunde
si fuerint. Preterea quicumque facit se impotentem ad id quod tenetur facere peccat mortaliter. Sed clerici faciendo superfluas expensas se faciunt
impotentes ad subveniendum pauperibus ad quod tenentur. Ergo videtur quod peccant mortaliter. Sed in contrarium videtur esse consuetudo que apud multos [illegible]
valent. Responsio: Dicendum quod doctores scribunt de quolibet 6o questione prima: Aliter videtur sentire circa bona personalia et aliter circa bona ecclesiastica. Nam [et 2a 2e q 185 ar 7]
bonorum patrimonialium vel licite acquisitorum, quorum vere est dominus, unde quantum pertinet ad conditionem ipsius rei potest uti re sua ut vult. Et quod hac
potest non accidit peccatum; potest tamen accidere quod inordinato modo utendo vel propter superfluitatem diversorum utilitatem consumit bona propria, vel aliter quam
oportet utendo eorum modo corrumpitur virtus, ut dicitur in 2o Ethicorum. Bonorum vero ecclesiasticorum clerici non sunt vere domini, sed dispensatores secundum illud 1 ad
Corinthios 4: Dispensatio michi credita est. Pertinet autem ad dispensatorem ut fideliter distribuat ea que eius dispensationi committuntur,
secundum illud 1 ad Corinthios 4: Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Et ideo peccatum duplex contingere potest. Uno modo
quando ipsam rem sibi usurpat, scilicet quia rem propriam et in usus suos convertit illud quod est aliis erogandum. Alio modo ex inordinato usu
eorum que in partem suam cedunt, sicut etiam de aliis dictum est. Unde quia horum dispensacio fidei dispensatoris committitur, ut dictum est,
si quis bona fide dispenset ecclesiastica bona, accipiens inde quod sibi congruit secundum conditionem status et persone et aliis largitur secundum quod sibi
videtur bona fide expedire, non peccat mortaliter, si forte etiam aliquid plus aliquando in suos usus convertat quam oporteat. Talia enim
in singulis eorum mediocre non potest per certitudinem diffiniri. Unde si non sit multus excessus potest reputari bona fide dispensatoris;
si vero multus excessus fiat non potest latere, et ita non potest hoc agi cum bona fide dispensatoris. Si autem non fiat bona fide in dispen-
sando peccat mortaliter. Ad primum ergo dicendum quod sicut dicit Augustinus in libro de sermone domini in monte, illa precepta que dominus tradidit Matthei 5o
ut qui te percusserit in unam maxillam prebe ei et alteram, et alia que ibi scribuntur, sunt intelligenda secundum preparationem animi, ut scilicet homo sit paratus hec
facere quando necessitas hoc requirit. Unde non semper est peccatum mortale quando homo hoc non facit, sed qui videt necessitatem imminere, si non faciat, tunc
peccat mortaliter. Et eadem est ratio de hoc precepto: Qui habet duas tunicas det unam non habenti, et de omnibus similibus. Unde non semper peccat
mortaliter quocienscumque non dat pauperi quod superfluum habet, sed quando necessitas imminet. Cum autem sit talis necessitas quod obliget ad
peccatum mortale non potest regula determinari, sed committitur prudencie et fidei dispensatoris. Unde si bona fide det quod sibi videtur, ex
peccato immunis est a peccato; alioquin peccat mortaliter. Ad secundum dicendum quod illa eadem que sunt consilia cadunt sub precepto secundum animi preparationem.
Nullum enim consilium est perfectius quam quod homo tradat animam suam pro fratribus suis, et tamen hoc cadit sub precepto secundum animi preparationem, secundum illud 1 Iohannis 3:
Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Et similiter dare omnia sua pauperibus cadit sub precepto secundum animi preparationem, ut scilicet homo sit paratus hoc facere
si necessitas immineat. Maior tamen necessitas requiritur ad superflua eroganda quam ad omnia exhibenda. Tamen hoc totum regula [illegible]
non potest, sed committitur prudencie dispensatoris ut dictum est. Ad 3m dicendum quod bona ecclesiastica non sunt solum dispensanda pauperibus, sed etiam ad cultum dei et
ecclesie ministrorum. Unde secundum canones dividi debent hoc modo ut aliqua pars cedat in usus pauperum et alia in usus ministrorum et cultum
ecclesie. Aliter ergo dicendum de illis ecclesiasticis bonis que pauperum attributa sunt necessitatibus pauperum et que cultui necessitatibus ministrorum, sicut patet
xii q ii: De redditibus ecclesie vel oblatione fidelium sola episcopo una ex his portio remittatur, due ecclesiasticis fabricis et erogationi pauperum profuture
a presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur, ultima clericis pro singulorum meritis dividatur.

Si cum districta sunt bona que debent pauperibus et ministris et cultui ecclesie erogari et ad se retinuit comedens de hiis que sunt pauperibus eroganda vel in usus ministrorum aut in cultum divinum expendenda, non est dubium quod contra fidem dispensationis agit et mortaliter peccat et ad restitutionem tenetur de hiis autem que sunt specialiter suo usui deputata [illegible] eadem videtur quod de propriis bonis ut scilicet propter inmoderatum affectum et usum peccat quidem si inmoderata sibi retineat et aliis non subveniat sicut requirit debitum caritatis. Si vero non sit [illegible] districta [illegible] fidei eius committitur si [illegible] deficiat vel superabundet, potest tamen absque bone fidei detrimento [illegible] in talibus puncta[illegible] [illegible] si [illegible] sit [illegible] [illegible]

hospitalium et aliorum huiusmodi. Et aliter de istis bonis que sunt pauperum attribuenda usibus ministrorum sicut sunt prebende clericorum et alia huiusmodi. Nam in primis bonis peccatum committitur non solum quoad abusum sed etiam quoad ipsam rerum acquisitionem dum ad in suos usus assumit quod est alterius et ideo tenetur ad restitutionem tamquam defraudator rei aliene. In secundis vero bonis non committitur peccatum nisi per abusum sicut et de bonis patrimonii dictum est. Unde non tenetur quis ad restitutionem sed solum ad penitentiam peragendam. Ad quartum dicendum quod neque moderatus usus divitiarum neque bona fides dispensatoris salvant videlicet in eo qui facit superfluas expensas sive in voluptuosis conviviis et aliis huiusmodi superfluitatibus et non est dubium quin in talibus peccet mortaliter. Unde dicitur Matthei 24: Si dixerit malus servus ille in corde suo moram facit dominus meus venire et ceperit percutere conservos suos, quod pertinet ad superbum et crudele dominium, manducet autem et bibat cum ebriosis, quod pertinet ad superflua convivia, veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat et dividet eum, scilicet a societate sanctorum, partemque eius ponet cum infidelibus, scilicet in inferno. Unde ibidem subditur: Ibi erit fletus et stridor dentium. Sed attendas in talibus non multum excedat preter bonam fidem si ab aliquo quis vivit secundum decentiam sui status, morem gerens quibus convivit hic. Unde Ambrosius exponens illud Luce 12: Hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit, dicit: Nemo proprium dicat quod est commune. Plus quam sufficerat sumptui violenter obtentum est. Et postea subdit: Neque minus est criminis habenti tollere quam cum possis et habundas indigentibus denegare. Sed violenter tollere alienum est peccatum mortale, igitur episcopus mortaliter peccat si ea que eius sumptibus supersunt pauperibus non largiatur. Dicendum quod verbum Ambrosii non solum est referendum ad dispensationem ecclesiasticarum rerum sed quorumcumque bonorum ex quibus tenetur quis ad debitum caritatis providere necessitatem patientibus. Non tamen potest determinari quando sit ista necessitas que ad mortale peccatum obliget sicut nec cetera particularia que in humanis actibus considerantur. Horum enim determinatio relinquitur humane prudentie etc. Non enim bona ecclesiarum non solum sunt expendenda in usus pauperum sed etiam in alios usus ut dictum est. Et ideo si de eo quod usui episcopi vel alicuius clerici est deputatum velit aliquid subtrahere et suis consanguineis vel aliis dare non peccat dummodo id faciat moderate, id est ut non indigeant, non autem ut ditiores inde fiant. Unde dicit Ambrosius in libro De officiis: Est approbanda liberalitas ut proximos seminis tui ne despicias si egere cognoscas, non tamen ut illi ditiores fieri velint ex eo quod tu potes conferre inopibus. Item dicit Jeronimus ad Damasum papam: Clericos illos convenit ecclesie stipendiis sustentari quibus parentum et propinquorum nulla suffragantur. Qui autem bonis parentum et opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium incurrunt. Unde et apostolus dicit 1 ad Thimotheum 5: Si quis fidelis habet viduas subministret illis et non gravetur ecclesia ut hiis que vere vidue sunt sufficiat. [illegible] in articulo necessitatis in quo casu pro redemptione captivorum et aliis necessitatibus pauperum vasa cultui divino dicata distrahuntur ut Ambrosius dicit. Et in tali necessitate peccaret clericus si vellet de rebus ecclesie vivere dummodo haberet bona patrimonialia de quibus vivere posset. Hec sanctus Thomas 2a 2e q. 184 ar. [illegible]

Sed habeo adversus te quia permittis mulierem Iezabel que se dicit prophetam docere et seducere servos meos fornicari et manducare de ydolaticis. Et dedi illi tempus ut penitentiam ageret et non vult penitere a fornicatione sua. Hic post narrationem prius libri in qua posita commendatoria approbatione subiungit argutoriam increpationem dicens: Sed habeo adversus te etc. Ad evidentiam autem huius sciendum quod Iezabel fuit uxor Achab regis Israel 3 Regum 16 et fuit mortua 4 Regum 9. Qualiter autem permittis mulierem Iezabel docere et seducere etc. Et ad istud notandum secundum Haymonem quod Iezabel uxor Achab regis Israel fuit ydolatrix et fornicaria que et servos Dei persecuta est. Unde [illegible] non vixit usque ad adventum Domini [illegible] et [illegible] aquorum legimus eam conculcata[illegible]. Dicitur enim 4 Regum 9: Cum Hieu venisset in Iesrahel occiso Ioram filio Achab rege Israel et Ochozia rege Iuda, Iezabel introitu eius audito depinxit oculos suos stibio et ornavit caput suum et respexit per fenestram ingredientem Hieu per portam et ait: Numquid pax esse potest Zambri qui interfecit dominum suum? Levavitque Hieu faciem suam ad fenestram et ait: Quenam est ista? Et inclinaverunt se ad eum duo vel tres eunuchi. At ille dixit eis: Precipitate eam deorsum. Et precipitaverunt eam aspersusque est sanguine paries et equorum ungule qui conculcaverunt eam. Cumque ingressus esset ut comederet biberetque ait: Ite videte maledictam illam et sepelite eam quia filia regis est. Cumque issent ut sepelirent eam non invenerunt nisi calvariam et pedes et summas manus. Reversique nuntiaverunt ei. Et ait Hieu: Sermo Domini est quem locutus est per servum suum Heliam Thesbiten dicens: In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terre in agro Iesrahel, ita ut pretereuntes dicant: Hec ne est illa Iezabel? Hec ille. Non ergo vixit illa Iezabel tunc temporis quo Iohannes hec scripsit a[illegible] Thyatire ecclesie. Sed quia tunc erat in eadem ecclesia qui opera illius mala imitabatur, ideo in eius nomine ipsa fornicationum Iezabel vocatur. Sic enim omnes electi unum corpus Christi faciunt, sic omnes reprobi unum corpus diaboli constituunt. Sic quoque fit ut precedentia membra subsequentibus et sequentia precedentibus iungantur esse coniuncta. Unde scriptum est Iude 2°: Ve illis qui viam Caym abierunt. Et 1 Iohannis 2: Nunc antichristi multi facti sunt. Unde beatus Gregorius libro [illegible] super illo verbo Iob 38: Auferetur ab impiis lux sua, dicit quod hec illo maxime tempore multiplicius agetur quo surgente ipso iniquorum capite in sancta ecclesia persecutione ulterius liberius sub viribus eius fortitudo grassabitur. Ibi tunc cor vinguncorum[illegible] audebit. Ibi quicquid in occultis latebat aperietur et qui nunc ore sunt pii et corde sunt impii publica malicia convincentur et luce fidei quam perceperant temeraria perdent. Et ad propositum subdit: Sed mirum hic notandum est ut unusquisque virum ad cordis sui secretum redeat et actionis sue stipendia pertimescat ne exigentibus meritis per districta iusticia iudiciorum Dei in talium hominum numero currat. Nemo autem incaute se blandiatur et ideo se a tali casu extraneum credat quia ad illius tempestatis procella preveniente non consistat. Quanti illius temptationis tempora non viderunt et tamen in eius temptationis procella versantur. Et potest dici: Caym tempus antichristi non vidit et tamen membrum antichristi per meritum fuit. Iudas severitatem persecutionis illius ignoravit et tamen vi crudelitatis eius avaricia suadente succubuit. Symon divisus longe ab antichristi temporibus exstitit et tamen se eius superbie in actionem pravis ... appetendo coniunxit. Sic iniquorum corpus suo capiti, sic membris membra iunguntur cum et cognitione se nesciunt et tamen pravitatis sibi actione copulantur. Et subdit: Neque enim Pergamum Balaam libros aut verba cognoverat et tamen eius nequitiam sequens vocem sue increpationis audiebat: Habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balach mittere scandalum coram filiis Israel edere et fornicari. Hujus eodem Thyatire quoque ecclesia ab Iezabel notitiam et tempora et loca dividebat, sed quia eam pravitate vite reatus astrinxerat inesse ei Iezabel dicitur atque operibus prius [illegible] angelo attestante qui ait: Habeo adversum te quia permittis mulierem Iezabel que se dicit prophetam etc. Ecce quia reprimi potuerit qui Iezabel vitam reproba actione secuti sunt Iezabel illic inventa memoratur quia unum pravorum corpus quicumque mores unum faciunt etiam si hec loca vel tempora scindant. Unde fit ut in pravis suis imitatoribus et inique quisque [illegible] maneat qui iam preterit et in suis operationibus ipse iniquorum auctor iam appareat qui necdum venit. Sicut Iohannes ait: Nunc antichristi multi facti sunt. 1 Iohannis 2 quia iniqui omnes qui iam membra eius sunt que sua prave edita caput suum male vivendo prevenerunt. Hinc Paulus ait: Ut reveletur in suo tempore. Nam misterium iam operatur iniquitatis. Apostolus dicit, quem antichristi manifesta videbitur nam in cordibus iniquorum secreta sua iam nunc occultus operatur. Hec ille. Sic ergo quod ibi eloquium littera sit intelligenda. Sed adhuc instat per eius elucidationem clariorem. Si autem Thyatire ecclesie civitate habebat ut testatur littera preteritorum quo peccata per primorum et maiorum subditorum incontinentia et in puncta permittebat cum hec videantur contra civitate militare. Adhuc [illegible] dicit quod nulla [illegible] permittit ut hec verba pertineant ad eum vel eos quem vel quos superius tanta laude fuit prosecutus. Sed a generali corporis electorum sermone vertit ad partem reproborum que in doctoribus intelligitur qui sua negligentia fornicationes et ydolatrias in ecclesia esse sinunt

super verbis

sub nomine prophete. ad quos dirigendo sermonem dicit. Sed habeo adversum te pauca de quibus eos arguendo et increpando. Prima permittis mulierem
non coniugatam. Mulierem iezabel i. collectionem hereticorum malle litigiosorum. Que vel ydolatras et fornicarios imitatores illius iezabel
uxoris achab regis israel, que fuit fornicaria spiritualiter et ydolatra et persecutrix servorum dei et prophetarum verorum ut helie et aliorum. Que se dicit
prophetem scilicet a deo inspiratam ad usurpandum officium predicandi seu docendi. cum tamen dicat apostolus quomodo predicabunt nisi mittantur. Sed non propheta
vel dicit se esse prophetem i. vanam cum non sit, aut mulierem docere scilicet missa aut presumente docere etc. seducere i. decipere. Ut enim aug. super Joh.
omelia 29 seducere est decipere vel aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere. Vel seducere est credere esse falsum quod est verum aut aug. [illegible]
etc. docebat fornicari corporali fornicatione vel spirituali. Et manducare de ydolatiis i. de ymolatis ydolis. unde corporum veracium [illegible] contra doctores
fidei et veritatis. i. cor. 8. De escis que ydolis ymolantur. Scimus quia ydolum nichil est in mundo, et quia nullus est deus nisi unus. Sed non in omnibus
est scientia. Quidam autem cum conscientia usque nunc ydoli quasi ydolatiam manducant et conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Esca autem nos non commendat
deo. neque enim si manducaverimus deficiemus neque si manducaverimus habundabimus. Videte autem ne forte hec licentia vestra fiat offendiculum infirmis. Si
enim quis viderit eum qui habet scientiam in ydolo recumbentem nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum ydolatica. Et peribit
infirmus in tua scientia frater propter quem christus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres et percutientes conscientiam eorum infirmam in christo peccatis. Quapropter
si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnem metuendo ne fratrem meum scandalizem. Hec ibi. Et ibidem post. Omne quod in macello venit i. venditur
manducate nichil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra et plenitudo eius. Si quis vos vocat infidelium ad cenam et vultis ire. omne quod vobis
apponitur manducate nichil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit hoc ymolatum est ydolis nolite manducare propter illum qui indicat
et propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam sed alterius etc. Potest etiam sic [illegible] et bene quia eo tempore fuit in ecclesia thyatire quedam
mulier sic vocata que secundum quosdam fuit uxor episcopi que se dicebat prophetem i. secreta et occulta videntem ut melius ei crederetur vel
prophetam i. divinam que futura predicebat. Et hoc innuit alia translatio que sic habet: Habeo adversum te multa quia sinis uxorem tuam iezabel
que se dicit prophetem. Docere autem apostolus i. cor. prohibet mulieres in ecclesia taceant non enim permittitur eis loqui. Et i. thi. 2. Docere in
ecclesia mulieri non permitto. Et seducere i. seorsum a via veritatis ducere vel a via fidei et morum servos meos scilicet [illegible] quia docet fornicari
et forte per hanc intelligitur secta [illegible] saracenorum seu machometi que sicut illa iezabel, inducit baal inter filios israel et propter
infirma [illegible] sic lex illa, paupertatem et [illegible] qui predicat que secta corporalis [illegible] et sub [illegible] gentiles lex [illegible]
quia machometus carnalem voluptatem permissit ad quorum desiderium carnalis concupiscentia instigat populos illexit, precepta etiam tradidit
permissionis conformia voluptati carnali habenas relaxans in quibus est in promptu a carnalibus hominibus obediri. Documenta
etiam veritatis non attulit, nisi que de facili aliquis mediocriter sapiente naturali ingenio cognosci potest, qui potius vera que docuit
multis fabulis et falsissimis doctrinis immiscuit. Signa etiam non adhibuit supernaturaliter facta quibus solis divine inspirationi convenit
testimonium adhibetur. Dum operatio invisibilis que non potest esse nisi divina ostendit doctorem veritatis invisibiliter inspiratum. Sed dixit se in
armorum potentia missum. Que signa etiam latronibus et tyrannis non desunt. Ei etiam non aliqui sapientes in rebus divinis et humanis
exercitati a principio crediderunt, sed homines bestiales in desertis morantes omnis doctrine divine prorsus ignari per quorum multitudinem alios
armorum violentia in suam legem coegit. Nulla etiam divina oracula precedentium prophetarum ei testimonium perhibent, quin potius quasi omnia
veteris et novi testamenti documenta fabulosa narratione depravat ut eius lege inspiciendi. Unde astuto consilio libros veteris et
novi testamenti suis sequacibus non reliquit legendos ne per eos falsitatis convincerentur etc. Patet quia eius dictis fidem adhibentes leviter credunt.
Sciendum quod fornicatio ista iezabelis quadriformis intelligitur. Prima [illegible] que una est in aio de qua dicitur mat. v. Qui viderit mulierem
ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Secunda est cum animi voluntas ad effectum perducitur. De qua dicit apostolus i. cor. 6.
Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Tertium genus fornicationis
est quod idolatria per deos colitur. De qua dicitur per ieremiam 3o c. [illegible] mechata est cum ligno et lapide. Quartum vero genus
est quod terrene divitie immoderate concupiscuntur et tantum plus quam creator diligitur. De qua apostolus dicit ad ephe. v. Et avaritia que est
ydolorum servitus. Hec enim ab homine colitur quod pre ceteris diligitur. [illegible] Horum autem fornicationum genera usque modo non desunt in ecclesia et precipue
tria. scilicet in appetitu luxurie corporalis et in effectu ipsius obscene commixtionis atque in avaritia terrene felicitatis. Sed nunc quartum genus
ad plenum extinctum est quod constat in ydolatrorum cultibus. Non vero quia iezabel prophetam se dixit et non servos dei seducit. Hec quippe
factum imitantur multi qui viciis defuncti ne soli sint hortantur alios ut fruantur turpibus delectationibus dicentes quia si hec sibi deus
noluisset, masculum et feminam non fecisset, nec corporis membra tali usui apta formasset. Stultum est ergo ab huiusmodi delectatione abstinere
qua fruuntur non solum alie pecudes aut volucres sed et inuste etc. Dum quis hec dicat, sit aliquis ut carnem delectari compellat
et ad consensum libidinis pertrahat. Sic quia premunt ad opus malum. ut pressu temporis nullus verecundie pudoris [illegible] quod tempus ille gesserit
coram aliis laudibus efferat. Unde hec iezabel fluxus sanguinis aut fluens vel [illegible] interpretatur. Mulieres quippe per singulos
menses sicut scitis [illegible] dicit. fluxum sanguinis sustinent quia cum menstrui tempus advenerit, superhabundans sanguis egreditur. Sanguis
autem nomine peccata designantur. Unde dicitur libera me de sanguinibus i. a peccato adulterii et homicidii. Dicitur itaque iezabel fluxus sanguinis
quia videlicet reprobi malam voluntatem quam prius conceperunt, mox ut tempus venit perpetrande iniquitatis, ad effectum perducunt operationis. Dum
quia opus [illegible] voluptatis ad effectum perducitur, fit inde vehementior amaritudo quam fuerat, et auget in corde flammas libidinis
totaque quasi se in voluptate dederit. Sic quia ut ita dixerim tota humor liquescit. Et hic est quod iezabel fluxus dicitur. Quarta vero
opus malum in consuetudinem peccandi vertit. Unde et absque ulla verecundia mala de se opinionem emittit. Bene autem iezabel
sterquilinium dicitur quia videlicet quod ipsius perpetrate luxurie inquinamentis longe lateque male opinionis fetorem de se reddunt, de talibus
dicitur Johelis primo. Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta enim in stercore suo putrescere est luxuriosos homines in ceno libidinis
vitam finire aut usque morte etc. Talibus quippe congruit illud prophete. Hoc cum in honore esset non intellexit, comparatus est in
insipientibus et similis factus est illis. Tertio quia que fornicationem multi hec sectatores spiritualiter fideles decipere. Dum eos invitant per quibusdam
consuetudinibus per quamplura regnorum eventibus ad cabaces ad fontes certa quia [illegible], dicens quia hec agendo. [illegible] et [illegible] enasitur. [illegible]
conservantur prosperitate. Dum quia hec agunt quasi ad spiritalem fornicationem dicit suos invitat hi i. de quibus dicit augustinus in sermone de auguriis.
Admoneo vos fratres et contestor ut nullus quod vobis caragos divinos vel sortilegos requirat, nec eos de qualibet aut causa
aut infirmitate interroget, nec [illegible] precantatores adhibeat, quia quicumque hoc malum fecerit, statim perdit baptismi sacramentum, et continuo
sacrilegus et paganus efficitur. Et nisi grandis elemosina et dura ac prolixa penitentia subvenerit, in eternum peribit. Observationes et auguria
observare nolite, nec in itinere posita aliquas aviculas cantantes attendite, nec quod illarum cantu diaboli divinationes annuntiare
presumite, neque quod vobis proficiet qua die de domo exeat, qua die iterum revertatur, quia omnes dies deus fecit sicut scriptura dicit. Et fecit deus
dies plurimos. dies 24 etc. Et illa fecit deus omnia bona. Et [illegible] Et quia qui superdicta omnia sortilegia deo vobis imputabit. Quotiescumque
vel desperare ceperitis molestie hec acceptura est [illegible] quia vos videt de animarum vel sanitate sua distendere et sacrilegia per quos vos de
[illegible] quotiescumque aliquas nequiciis vos fecerit est ad infirmitates aliquid [illegible] aut aliquid ad per morbum ad per evagationem
ablatum, quia ad vos probandos hec sepe permittit deus ut cognoscat utrum fideliter vivatis et si toto corde [illegible] dispensatione

Ita est visibile quia [illegible] bona sit [illegible] est [illegible] uxorem et non potuit esse aliqua sua prophetissa sic vocata propter [illegible] quasi fuit fornicaria et ydolatra
sic [illegible] vocat hebreas [illegible] ut forte ab hereticis qui sequuntur designatur nomine mulieris propter mollitiem carnalis viri [illegible] et fiet [illegible] mollis
et effeminatus sicut vocatur quia [illegible] et prophetem. [illegible] docere errorem et seducere servos meos i. simplices faciendo fornicari quod [illegible] licitum
[illegible] dixit errorem fornicationem simplicem esse licitam. Ut hec [illegible] de errore nicolai qui tunc vigebat ut dictum est supra. Et manducare
de ydolatiis in veneratione ydolorum aliud enim non esset illicitum nisi ratione scandali simplicium sicut [illegible] apostolus i. cor. 8. [illegible]

et ut plus apud vos maneat amor sanctus quam cuiuscumque alterius amplexus. Sed si semel aut raro nequitias quas dyabolus immisit toto animo et tota fide contempseritis. de cetero postea a vestra infestatione dedignabitur repelle ut nunquam possit vos sua calliditate decipere vel superare. Et ad ostendendam dominus misericordiae longanimitatem subdit sic parum nequitie de. Et dedi illi scilicet mulieri seu collectioni Iezabel per illam significate tempus ut penitentiam ageret scilicet de peccato suo. Ecce longanimitas dei in ea quae nequiter [illegible] ut [illegible] 18. Nunc monemus bonus ut [illegible] dum [illegible] ad me et venite [illegible] et agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris et non erit vobis in ruinam iniquitas. Et [illegible] non vult penitere a fornicatione sua scilicet quadrupliciter dicta in quo patet maior eius culpa et dei patientia ex qua recipiunt homines quandoque audaciam peccandi [illegible] 8 [illegible] non cito profertur sententia contra malos absque ullo timore filii hominum perpetrant mala. Et subditur ibidem Attamen peccator ex eo quod centies facit malum et per patientiam sustentatur ego cognovi quod erit bonum timentibus deum qui verentur faciem eius. Et sequitur non sit bonum impio nec prolongentur dies eius sed quasi umbra transeat qui non timet faciem domini. Et nota quod dicit dedi illi tempus. Modo enim est tempus nostrum quod possumus facere quod volumus sive bonum sive malum [illegible] de ab initio constituit tempus et reliquit eum in manu consilii sui. Omnium vita et mors bonum et malum quod placuerit et dabitur illi. Sed aliquando deus accipiet tempus suum et tunc non poterimus facere quod voluimus sed quod meruimus accipiemus. [illegible] accepero tempus ego iustitias iudicabo [illegible] quodcumque potes manus tua instanter operare quia nec [illegible] Dat autem nobis deus tempus in spatium maiorem in doctrinam et in monimentum in spatium quo possimus ad deum reverti. [illegible] nos dominus ut misereatur nostri [illegible] dum diem iuvenum prius ne subito [illegible] die mortis quaeras spatium penitentiae et invenire non possis. Item in auxilium quod qualitas temporis iuvat nos ad penitentiam faciendam si volumus. Nam modo frigus modo calor modo ventus modo pluvia nos affligit et si patienter sustinemus in penitentiam proficiunt scilicet [illegible] defectus. Et sic modo tempus est pro nobis. Item in medico erit quod nos [illegible] vocat adversum me tempus ut contereret electos meos. [illegible] sicut capilli de capite sic nec momentum de tempore peribit. Item in doctrinam quod sic post diem in quo laborat homo venit nox in qua quiescit et opera eius [illegible] sed qui non laborat quo quiescit in die laborabit in nocte [illegible] in die mandat dominus misericordiam suam et nocte canticum eius. Item sic post laborem diei redditur merces. Ita post hanc vitam reddetur denarius mercedis. [illegible] dominus vinee procuratori suo voca operarios et redde illis mercedem. Quarto in monimentum quod de die in diem monet nos timere tenebras inferni de quibus [illegible] si semel intrabit [illegible] ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Item mutatio temporis monet et monstrat omnia esse mutabilia nec debere in illis mentem figere. Ecclesiastes 2o. vidi in omnibus vanitatem et afflictionem et nichil permanere sub sole. Item dedi illi tempus scilicet prolongationem temporis secundum partes etatis scilicet pueritiam adolescentiam iuventutem et senectutem ut penitentiam ageret in illis. A prima enim parte penitentia esset incipienda [illegible] in diebus iuventutis. Trenorum 3o. bonum est viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua. [illegible] tamen in pueritia et vespere non cesset manus tua scilicet in senectute. Sed pauci sunt qui velint penitentiam agere in pueritia vel adolescentia vel iuventute et in senectute non possunt et ideo perdunt totum tempus. Unde et non vult penitere non dicit non potest quia non impotentia sed voluntas est in culpa. Modo potestas est in voluntate sed veniet tempus [illegible] quod subtrahetur omnis potestas [illegible] invocabunt me et non exaudiam quia eo quod exosam habuerunt disciplinam scilicet penitentiam. [illegible] vemet nox in qua nemo potest operari. [illegible] pro peccatis negligentia predicatorum ab exhortatione torpentium dictum sit hoc adversum te quia permittis etc. [illegible] non submergit. Dedi tempus illi [illegible] sub uno dedi vobis tempora comprehendit [illegible] et quod ipse increpat penitentiam ageret. Et ad hoc [illegible] in angelo scilicet in episcopo omne corpus ecclesie comprehendit sententiam [illegible] ad eos qui rei sunt increpatio pertinet. [illegible] quod aperte predicatores qui superius fuerunt reprehensi redit sermo ad qualitatem populi et in eo personam specie reproba quae ex occulto impenitentem redarguit quam super aperte increpavit. Hoc autem ideo fit ne per speciem quae in sanctis predicatoribus constat illis quam in reprobis est videtur [illegible] In prefatis itaque doctoribus unusquisque angelus id est episcopus et pro reatu [illegible] aperte corripitur in specie et pro merito obdurationis occulte redarguitur in genere. In sanctis vero nec aperte corripitur in specie nec occulte increpatur in genere. In eo enim quod divina vox ait hoc adversum te quod permittis etc. torpentium ab exhortatione predicatorum [illegible] plenarium. In eo vero quod subiungit Et dedi illi tempus ut penitentiam ageret et non vult penitere a fornicatione sua a specie ad genus transiens et speciem et genus simul sub uno comprehendit [illegible] possit autem dici quod forte illud non compleverunt quia nunquam fuerunt et quia penitentes erant et ad penitendum prompti. Et patet hic periculum illorum quos deus expectat longanimiter ut velint penitere. Iob 24. dedit ei deus locum penitentie et ipse abutitur eo in superbiam. Gregorius [illegible] delinquit et vivit [illegible] [illegible] iniqua agentem tolerat ut ab iniquitate resipiscat. Unde et [illegible] quo amplius expectatur et non vult penitere eo arcius reatus sui vinculis astringitur et iusto dei iudicio punietur. [illegible] mora [illegible] accepta penitentie tempora [illegible] ad culpam districtius in ultimis iudiciis [illegible] ad penam. [illegible] [illegible] Paulus ad Romanos 2. An ignoras quod benignitas dei scilicet longanimitas et patientia ad penitentiam te adducit. Tu autem secundum duritiam tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei. [illegible] puer centum annorum morietur et peccator centum annorum maledictus erit. Ubi aperte nos docet quod vita quippe pueri in longum trahitur ut a puerilibus factis longa annorum maledictus erit. [illegible] ipsa longinquitas quam per penitentiam accepit et ad cumulum maledictionis crescit. Unde nota est ut cum nos expectare dominus aspicimus ipsam prorogate pietatis tempora quod districtius arguenda timeamus ne quo clementia iudicis crescat supplicium peccatoris. Et unde quisque eripi poterat a morte inde quoque ad mortem tendit. Quod ideo plerumque agitur quia nequaquam a sensibus mentis [illegible] considerare neque peccator redemptoris vias negligit et ideo in suis itineribus sine cessatione veraciter [illegible] sola cogitatione sola tua [illegible] que [illegible] suffragetur [illegible]. Gregorius [illegible] quod valde reprehensibiles sunt episcopi et prelati qui in diocesibus suis permittunt fornicationes et adulteria et sortilegia et cetera crimina et non corrigunt et emendant. Si enim episcopus [illegible] a deo reprehensus est quia permittebat mulierem fornicari quid estimare debemus de pastoribus qui nedum fornicari sacerdotibus permittunt. Unde [illegible] [illegible] reputatur quod videt aut audit a sacerdotibus esse commissum. Sed et quod [illegible] nephas est et auditu [illegible] in abhominabile [illegible] mulieres cum parvulis suis [illegible] permittunt. Sic denique angelus [illegible] ecclesie communis [illegible] bonus quod tamen subditos non corripit [illegible] [illegible] [illegible] superiores qui non modo subditorum peccata non corrigunt sed [illegible] et forsan amplioribus maculantur. Ut de his vere [illegible] sit potentes potenter tormenta patientur. Hac enim [illegible] vasa electionis ecclesie heu [illegible] quibus polluuntur [illegible] castitatis [illegible] feda commercia subeunt et quod auditu [illegible] et aerem commaculat [illegible] tota [illegible] polluunt ad ea ut si ignoraverint suis superioribus tantum facinus abscondere [illegible] in [illegible] et [illegible] [illegible] in malicia [illegible] et in palam deducere. Et ut transeam mores clericorum quid de magnis personis et in religione monastica deo militantibus fama celebris loquitur patet qui filios et filias palam non solum procreare sed et impune [illegible] non verentur. quos [illegible] [illegible] penis depositionis [illegible] et [illegible] 81 [illegible]

Ecce ego mitto eam in lectum et qui mechantur cum ea in tribulatione maxima erunt nisi penitentiam egerint ab operibus suis et filios eius interficiam in morte. Et scient omnes ecclesie quia ego sum scrutans renes et corda et dabo

virginem vestrum secundum opera sua. Tercia per periculis navigacionis in qua ponitur comminatoria approbacio et exhortatoria
increpacione subiungit tribulationem comminacio. Et dicitur in hoc potest ipsam comminacionem penarum quas inflicturus est deus predicte mulieri
et sequacibus eius i. collectioni reproborum in ecclesia predicta et cuilibet vel huic subdite sive qualibet promulgacioni commendando fidem ecclesie
qua credit deum punitorem omnium malorum i. Et scient omnes ecclesie etc. Ait ergo: Ecce mitto eam in lectum. Gregorius 23 moralium tractans id
Job 33 increpat per dolorem in lecto dicit quod in scriptura sacra lectus seu grabatus seu stratus aliquando voluptas carnis aliquando repau-
sacio in bonis operibus aliquando requies temporalis accipitur. Declarat hoc. Unde est enim quod in evangelio ait qui sanato a deo dominus dicit: Surge
tolle lectum tuum et vade in domum tuam, nisi quod per grabatum voluptas carnis designatur et iubetur utique ut hic sanus portet ubi
infirmus iacuerat. Quia nimirum omnis qui adhuc vicijs delectatur infirmus iacet in voluptatibus carnis, sed sanus hic portat ubi iacuerat
quia divino adiutorio ereptus a vicijs eiusdem carnis contumelias per mores tolerat in quibus prius desiderijs requiescebat. Rursum per lectum
vel stratum repausacio in bonis operibus designatur unde in apostolorum actibus petrus apostolus dixit: Enea sanat te dominus iesus christus. Surge
et sterne tibi. Ait quod. Unde est dicere: Surge nisi mala que perpetrasti delinque. Et quid est dicere: Sterne tibi nisi necesse causas in quibus
requiescere debeas operare ut et deserat surgendo quod fecit et inveniat sternendo quod faciat. Quod utrumque propheta comprehendit dicens: Declina
a malo et fac bonum. Declinare quippe a malo est ab eo quo iacuit surgere. Bona vero facere est necesse opera in quibus
requiescere debeat sternere. Qui enim declinat mala et bona adhuc non facit surrexit quidem ab eo quo iacuit sed ubi requiescere debeat
nondum stravit. Et rursum lectus vel stratus requies temporalis accipitur sic scriptum est in psalmo: Universum stratum eius versasti in infirmitate eius.
Quod enim quisquis carnis sceleribus fatigatus deserere per divina gratia nititur unica laborum appungitur cogitacione scilicet quo prius vite
desideria fugiat et ab eius laboribus requiescat. Sibi quam moris despicate quietis ordine componit et velut quoddam stratum sic a curis
laboribus cessacionis locum invenire conquisitur. Sed quia in hac vita adhuc sic positus in ipso ordine loco in ipsa secreti secessu vincitur
sive temptacionibus illatis plerumque in id quod ad requiem construitur maior dolor temptacionis invenitur unde recte per psalmistam dicitur:
Universum stratum eius versasti in infirmitate eius quod se parat ad requiem hic ei occulto iudicio mutasti ad perturbacionem
Universum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ubi quippe est vita prius qua ad patriam tendimus et
cum pro quidem consilio agitur ut hic peregrina temporis electorum vita turbetur. Via quippe est vita presens qua ad patriam tendimus et
ideo hic occulto iudicio frequenti perturbacione conterimur ne viam pro patria diligamus. Solent enim nonnulli viatores cum amena for-
tasse itinera prata conspiciunt pergendi moras ducere et a recti itineris tramite declinare. Corporis quia gressum tardat pulchritudo
itineris quod delectat. Electis ergo suis ad se pergentibus dominus hic mundi iter asperum facit ne dum quisque presentis vite requie quasi via
amenitate pascitur magis eum diu pergere quam cito pervenire delectet ne dum delectatur in via obliviscatur quod desiderabat in patria.
Recte quoque dicitur increpat quoque per dolorem in lecto i. in presentis
quia ergo in hac vita omnis nostra quam fortasse spiritualis requies perturbatur recte dicitur increpat per dolorem in lecto vel in pre-
vite requiem vel temptacionis vos stimulis vel afflictionis flagella conterat. Nam sepe quandam aliquis ipse bono tempore sine temptacione in bonis
studijs fuit, more de ipsis studijs in quibus se conspicit quiescendo de ipsis virtutibus quibus multiplicari nititur dum perfectione se sentit
elevatur unde per rectorem interni moderaminis impulsu temptacionis afficitur ut in eo ipso profectus sui elacionem comprimat etc. Per lectum
ergo quo iezabel mittitur intelligitur securitas et audacia peccandi sicut hanc obstinacionem ponitur ad hoc mecho et omnes imitatores eius in lectum
non ut quiescat sed ut febre langueat ut frenesim sustineat quod sic eam iam dicat vel agat que alii audire erubescant.
Sepe namque iusto dei iudicio propter peccata precedencia veniunt peccatores ad maiora facinora dum quia sine timore audacter peccant qui in lecto
i. in peccandi securitate quiescunt. In qua securitate deus eos mittere dicitur quia iusto iudicio permittit ut mittatur. Unde et id
quod induravit dominus cor pharaonis i. non emollivit. Unde et hic dicitur Mitto eam in lectum i. non retraham illam sed permittam propter tuas
actas peccata libere et sine timore peccare. Unde et qui mechantur cum ea in tribulacione maxima erunt hic hanc quem est iezabel. Hic
sunt qui mechantur cum ea hic est filii eius quos fornicacione peperit i. unum corpus sathane. Sed quia reprobi reprobis succedunt ut dicitur
est in precedenti litera dicuntur genus in speciem ut omnia quibus successibus totum corpus diaboli perficiatur quibus in eternum eius soboles coalescat.
Ergo hic ergo litera prius intelligitur. Et qui mechantur cum ea hic est cum superius quia ut dictum est quod est mecho hic sunt et illi qui cum ea fornicantur
in tribulacione maxima erunt hic est in augmento peccatorum per quod veniunt sed ad maiorem tribulacionem gehenne. Nam cum quedam peccatorum
supplicia sunt ipsa viciorum incrementa. Et hic fiet nisi penitenciam egerint ab operibus suis. Dum enim peccatores quidam de perpetratis
criminibus nolunt agere penitenciam fit ut ad alia ruant crimina eciam graviora unde paulus de quibusdam deum cognoscentibus et non glori-
ficantibus dicit ad romanos primo: Propter quod tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant que non conveniunt. Unde et filios eius i. imitatores in
iustificia in morte. Nostra quoque morte debemus hic accipere qua moriuntur et iusti. Sed iam quia post mortem corporis sepulture sequitur
sepulcrorum eciam. Nam et per lectum quo iezabel mittitur comminatur eciam pena post mortem qua miseri et reprobi tradentur
cruciandi. Et qui mechantur cum ea hic est qui fornicacionem illius quocumque modo imitantur erunt in tribulacione maxima post mortem
carnis ubi vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur ysaie ultimo. Et hoc ideo quia penitenciam agere negligunt donec
eorum repetina supervenit interitus 1 thessalonicenses 1. Porro filii sunt hanc sinagogam vel imitatores malorum interficiuntur vel opera vite eorum prescita
que tunc dabuntur in morte qui post latria temporalem per hanc miseri peccatores perpetuis tormentis tradentur cruciandi. Dum
per impunitatem scelerum ad mortem pervenerit eternam. Quos enim electi hic affliguntur ut post mortem letentur quibus dicitur per prophetam ezechiel 16
Ipse iam non irascar amplius quia zelus meus recessit a te. Et infra 3 Ego quos amo arguo et castigo. Reprobantur permittit
ad tempus inique eciam morte plectendi affliguntur. At ad modicum electi presentibus bonis vegetandi dicit ergo: Ego quos
amo arguo et castigo per flagella in corporis per dampna temporalium rerum per varias et diversas tribulaciones corporum et animarum. Econtra
quos despicio mitto in lectum i. in securitate peccandi maneo permitto per quam demum pervenient ad lectum inquietissimum penarum
eternarum. Agit autem hic more patris duos filios habentis quorum alterum quidem sicut placet et voluerit esse permittit sinens
eum libere dormire manducare bibere cetera quoque que videntur facere quia hic est eum hereditate privare. Alterum alterum cogitat verberibus
afficiat aliquando tota nocte vigilare precipit et vinctis pedibus stare quia hic est eum heredem substituere. Tali itaque modo deus
electos suos quibus daturus est hereditatem celestis patrie arguit et castigat ut post finitos huius vite labores ad eternam per-
veniat possessionem. Reprobos autem permittit sicut voluerit esse et in lecto securitatis quiescere quo postea dampnentur cum suis
patribus iniquis ubi erit tribulacio maior quam nulla potest explicare lingua ubi et desiderabit quisque non desistat et moriens
semper vivit. Unde gregorius 3 moralium tractans id Job 2 cum testa saniem radebat sedens in sterquilinio dicit: Dum beati Job vulnera tractamus
quod redeunte ad mentem oculos iohannem reduco et non sine contusione ammiracione penpendo quod ille prophetie spiritu intra matris utero
repletus ac ut ita dixerim prius quam nasceretur renatus ille amicus sponsi ille quo inter natos mulierum nemo maior surrexit etc.
Ab iniquis in carcerem mittitur et pro puelle saltatu capite truncatur et vir tante severitatis pro risu turpium moritur. Credi-
mus est quod omnipotens deus sic vehementer in hoc seculo despicit quos sic sublimiter ante secula elegit nisi hoc quod pietati fidelium pateat

qui videro sic eos puniet in infernis et feris usque ad desperata deiciet quia intus usque ad incomprehensibilia perducet et subdit hic ergo unus
quisque colligat quid illic sint passuri quos reprobat si hic sic cruciat quos amat. Sed quilibet dicit. Ecce ego mitto eam
in lectum etc. Hic loquitur de lecto eterne damnacionis propter quod et alia littera habet luctum. Et ad hoc [illegible] ricardus quod non dicit mitto in punicionem ut
per punicionem temporis formidinem incuteret eorum et hoc ergo dicit ob speciem etc. ob temporis voluptatem et libidinis modicum quia gaudium
ypocrite ad instar puncti Job 20 et non loquitur de futura pena quia punicionem semper eorum venia [illegible] quod deus iustus iudex est
non tempore [illegible] dicit iusti punicionem egit unde [illegible] noluit per effrenatum timorem peccatorum propriorum desperacionem sed per [illegible] co-
minacionis eos revocare si penitere vellet ad confidenciam sue miseracionis et qui [illegible] dominus [illegible] sustinet delinquentes
deinde arguit negligentes postremo punit impenitentes luce 13 nisi penitenciam egeritis omnes peribitis. Bonum ergo scutum et bonus
clipeus et bonum munimentum est penitencia ad defensionem a iudicio damnacionis super eodem. Age penitenciam sed quo minus venia tibi [illegible]
de tribulacione ac talium in inferno dicitur Ro 2. Tribulacio et angustia in omnem animam que operatur malum. magna tribulacio est in penis
infernalibus propter earum acerbitatem, maior propter diuturnitatem, maxima propter eternitatem Jeremie 30 pessima est plaga tua insanabilis fractura
tua. Et ad maiorem timorem subditur [illegible] Et filios eius id est sequaces interficiam in morte id est eterna que est mors secunda super eodem. Unde de
talibus filiis id est sequacibus et perseverantibus in peccatis dicitur Eccli 41 de patre impio querentur filii quoniam propter illum sunt in obprobrium.
dita vel in testificando humana vita vel opera sua. super psalmo. Testis fidelis. in psalmo. Testis in celo fidelis. Job 16. Ecce in celo testis meus
super quo glossa moralium 13. Beatus enim vir adversa presentis vite toleravit ut hec superna gratia ad premia eterna perducat. Carnis sue
mortem despiciat quia resurrectionis glorie intendit et transitoria sunt que patitur, perpetua que prestolatur. De quibus in 2 Cor. 4 bonis perpetuis du-
bietatem non habet quia fidelem utique testem in redemptoris sui gloria tenet. Carnis quippe eius resurrectionem mente conspiciat atque ad spem fortiter
convalescat quia quod in suo iam factum videt capite speret in eius corpore quod ipse caput ipsum facturum est absque dubietate securitas
eterna sit. eternam post ea conspiciens in perpetua perfectione manisurum sub appellatione hunc describit dicens. Sua perfecta mentis Tunc quia
ad resurrectionis spem divina resurrectio roboravit. recte subiungit. Et testis in celo fidelis, quia ut de sua resurrectione non trepidet, eum in
celo qui resurrexit a mortuis testem habet. Fidelis itaque populus cum adversa patitur, cum durius tribulationibus fatigatur, ad spem sequentis
glorie mentem erigat et redemptoris sui resurrectione confidens dicat: Ecce in celo testis meus. Hec ille. Et testis fidelis quia fideliter audita
a patre mundo retulit et operum nostrorum verum testimonium reddet coram patre et angelis cui per omnia fides est adhibenda. Unde dicitur: Et verus
sermo in omnibus verbis suis que mundo a patre narrat et nobis docuit. Matthei 22. Scimus quia verax es et viam dei in veritate doces. Et sequitur: Qui est
principium creature dei, id est de quo omnis creatura suscepit initium secundum Augustinum. Omnia enim que sunt in celo et in terra in mari et in omnibus abyssis
per verbum dei facta sunt. Cum ergo omnia per illum facta sint utique patet quia ipse ante omnia fuit. Neque enim pater precessit filium tempore vel origine
sicut radius solis vel ignis suum precedit calorem vel splendorem. Semper enim fuit pater, semper cum eo filius, qui utique a patre non
est creatus sed genitus. Principium itaque omnis creature dicitur quia ab illo cuncta condita sunt. Initium verbi et ipse interrogantibus iudeis quis
esset, respondit. Principium qui et loquor vobis. Johannis 8. Unde et Paulus dicit. Qui est ymago dei invisibilis primogenitus omnis creature. Colossenses 1.
Sed ne creaturam eum putemus statim subiungit. In quo condita sunt universa. Primogenitus ergo est omnis creature a quo et per quem omnis
creatura condita est. Et hec est veritas fidei catholice quod Christus dei filius a deo genitus est. Dicitur primum omnis creature. Johannis 1. In principio
erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Et quod verbi nomine filius intelligatur ex quibus sequuntur manifestum est. Subdit enim: Et verbum
caro factum est et habitavit in nobis et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratia et veritate. Et Paulus ad Titum 3.
Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei. Et ysaias 9. Parvulus datus est nobis et filius natus est nobis et factus est
principatus super humerum eius et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis, pater futuri seculi princeps pacis. Et psalmo. Sedes
tua deus in seculum seculi. Virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. Et quod ad Christum dicat, patet per id quod
subditur. Propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Huius autem doctrine veritatem Cherinthus et Ebion et plures
alii suo sensu maturi presumentes de premissis verbis et similibus oppositum conceperunt. Non considerantes hanc esse scripture consuetudinem
eos qui divina gratia iustificantur filios dei dicere secundum illud Johannis 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Et
1 Johannis 3. Videte qualem caritatem dedit nobis pater ut filii
dei nominemur et simus. Quos etiam a deo genitos esse scriptura non tacet. Dicitur enim Jacobi 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis
ut simus initium aliquod creature eius. Et 1 Johannis 3. Dicit. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit quoniam semen ipsius manet in eo.
Et quod est mirabilius, etiam non divinitas ascribitur. Dicit enim dominus ad Moysen Exodi 7. Ego constitui te deum pharaonis. Et in psalmo.
Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes. Et sic salvator dicit Johannis 10 illos deos dixit ad quos sermo dei factus est. Ultimum in [illegible]
per hunc ergo modum opinantes Christum purum hominem esse et ex maria virgine initium sumpsisse et per sancte vite meritum divinitatis
honorem pre ceteris adeptum fuisse, estimantes eum per similitudinem cum aliis hominibus per adoptionis spiritum dei filium, et per gratiam ab eo genitum
et per quandam assimilationem ad deum in scripturis dici deum non per naturam sed per consortium quoddam divine bonitatis, sicut et de sanctis dicitur
2 Petri 1. Maxima et preciosa nobis promissa donavit ut per hec efficiamini divine consortes nature fugientes eius que in mundo est con-
cupiscentie corruptionem. Hanc autem positionem videbantur confirmare auctoritate sacre scripture. Dicit enim dominus Matthei ultimo: Data est mihi omnis potestas
in celo et in terra. Quod si ante tempora deus esset potestatem ex tempore non accepisset. Item Romanorum 1 dicitur de filio dei quod factus est ei ex semine David
secundum carnem et quod predestinatus est filius dei in virtute. Quod autem factum est et predestinatum, videtur non esse eternum.
Item dicit apostolus Philippenses 2. Factus est obediens usque ad mortem mortem autem crucis propter quod et deus exaltavit illum et donavit illi nomen
ex quo videtur ostendi quod propter meritum obedientie et passionis divino sit honore donatus et super omnia exaltatus. Petrus etiam dicit Actuum 2.
Certissime sciat omnis domus Israel quia et dominum eum et Christum deus fecit hunc Jhesum quem vos crucifixistis. Videtur ergo ex tempore deus esse
factus non ante tempora natus. Adducunt etiam in fulcimentum sui erroris ea que in scripturis de Christo ad defectum pertinere videntur
sicut quod femineo portabatur utero et profectum etatis accepit, esuriem passus est et lassitudine fatigatus et morti subiectus
sicut quod sapientia proficit, iudicium se nescire dicens confessus est et mortis timore concussus est, et alia que deo per naturam existenti convenire non possunt.
Ex quibus concludunt quod per meritum honorem divinum adeptus est et per gratiam non quod esset nature divine. Hic ergo in Christo solam naturam huma-
nam concludunt quod per meritum honorem quandam excellentem divine glorie participationem qua per opera meruerat in eo fuisse configunt
consistentem. Divinitatem vero non per naturam sed per quandam excellentem. De carne non assumpsisset ut fieret homo sed magis homo [illegible]
quod hoc posito tollitur mysterium incarnationis. Non enim secundum hunc positionem deus carnem non assumpsisset ut fieret homo, sed magis homo carnalis
deus factus fuisset. Et non fuisset verum quod Johannes dicit: Et verbum caro factum est, sed magis econtrario caro verbum facta fuisset. Similiter etiam
non conveniret dei filio exinanitio aut descensio, sed magis hominis glorificatio et ascensio. Et non esset verum quod apostolus dicit
Philippenses 2. Cum in forma dei esset exinanivit semetipsum formam servi accipiens, sed sola exaltatio hominis in divinam gloriam, de qua postmodum
subditur: Propter quod et deus exaltavit illum. Neque verum esset quod dominus dicit: Descendi de celo, sed solum quod ait: Ascendo ad patrem meum,
cum tamen utrumque scriptura coniungat. Dicit enim dominus Johannis 3. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est
in celo. Et Ephesios 4. Qui descendit ipse est qui ascendit super omnes celos. Sic etiam non conveniret filio quod missus fuisset a patre neque quod
a patre exivit et venit in mundum, sed solum quod ad patrem iret, cum tamen utrumque coniungat dicens Johannis 16. Vado ad eum qui me misit.
Et iterum: Exivi a patre et veni in mundum. Et iterum relinquo mundum et vado ad patrem. In quo utroque et humanitas et deitas
comprobatur. Dicitur ergo verba sacre scripture considerantibus apparet non hunc sensum in ea contineri quod predicti heretici sua opinione conceperunt.
Nam cum Salomon dicat Proverbiorum 8. Nondum erant abyssi et ego iam concepta eram, satis ostenditur hanc generationem ante omnia corporalia extitisse,
unde relinquitur quod filius a deo genitus initium essendi a Maria non suscepit. Unde dicitur ad Hebreos Marcum dicat quod filius dei creatura
est in divinitate negantes eum ante Mariam fuisse sed intelligitur. Filius enim dei ipse est sapientia secundum Paulum Christum dei virtutem et
dei sapientiam. Et psalmo ad deum patrem. Omnia in sapientia fecisti. Cum ergo ipsa sit sapientia patris et ista affirmat eum creatum in tempore
atque non dicatur quod erat tempus quando non erat Christus. Hic vero quod per Salomonem ipsa dei sapientia dicit: Dominus possedit me vel creavit secundum quod
alia translatio habet in initio viarum suarum. Dicitur hic verum est quod utique necessitas est cogitare. Deus pater stultus autem antequam [illegible]

sapientiam generavit. Et ideo ipsi negare non possunt quod ipse sit dei sapientia sicut apostolus dicit. Ideo quod illis stultissimis hominibus et ratione carentibus
dicendum est. Si deus stultus erat unde ergo tam sapienter omnia condidit et nos quemadmodum creavit. Si ille antequam [illegible] sine sapientia fuit
utpote insipiens et nesciens quid faceret. Non ergo ipsa sapientia creata est a patre sed antequam cuncta fierent erat cum patre. Neque alia
scilicet deus pater genuit filium sed coeternum veluti conceptum generat in mente. Nam quod dicit Salomon ex persona eius Dominus possedit me in initio
viarum suarum id est in principio actionum suarum antequam quicquam faceret talis est intellectus quod deus pater ante omnes creaturas tam humanas quam angelicas
suam possedit sapientiam per quam et omnia condidit sive in celo sive in terra. Dicitur autem sicut in quibusdam codicibus et in alia translatione legitur
legerunt. Dominus creavit me. Ita est intellectus quod antequam quicquam faceret ab initio suam predestinavit sapientiam incarnandam ut sua passione
et morte genus humanum redimeret et ad patriam revocaret. Tunc utique in principio viarum actionum in divinitate suam sapientiam possedit vel
creavit secundum equalem quam per modum carnem suscipere voluit. Solet enim plerumque sacra scriptura ea que futura sunt quasi iam facta narrare. Nam
et de nobis dicit apostolus quod elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Si ergo deus omnipotens secundum apostolum suos omnes electos ante mundi constitutionem
elegit quid mirum si ipsum caput electorum in sua predestinatione antequam quicquam faceret ordinavit ut esset caput electorum. De ipso enim dicit
apostolus ut sit ipse in omnibus primatum tenens. Et licet et alia similia testimonia depravare conati fuerint prefata expositione
[illegible] secundum predestinationem debent intelligi. Scilicet quod ante mundi constitutionem seu conditionem dispositum fuit ut ex matre virgine dei filius nasceretur
non quod dei filius fuit ante mundi [illegible] quod non solum in predestinatione sed etiam realiter fuit ante mariam. Nam per premissa verba [illegible]
[illegible] subiungitur. Cum appendebat fundamenta terre cum eo eram cuncta componens. Si autem in sola predestinatione fuisset [illegible]
[illegible] Nam cum principium in principio erat verbum quo nomine filius intelligitur ut dictum est [illegible]
secundum predestinationem accipere possum. Subditur omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil. Quod non possit esse verum nisi realiter ante
mundi constitutionem esset dei filius. Dicit Iohannes 3. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Et item Iohannes 6
Descendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Apparet ergo eum fuisse antequam de celo descenderet. Preterea
secundum predictam positionem [illegible] apostolus autem ante [illegible] quod eum deo equalis fuit. Hoc dicit enim Philippenses 2. Cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo.
Item. Inter ceteros qui dei gratiam habuerunt Moyses eam habuit copiose de quo dicitur Exodi 33 quod loquebatur ei dominus facie ad faciem sicut
loqui solet homo ad amicum suum. Si igitur [illegible] non diceretur dei filius nisi propter gratiam adoptionis sicut alii sancti eadem ratione Moyses diceretur
filius dei sicut et Christus, licet enim habundanciori modo Christus gratia fuit dotatus. Nam et inter alios sanctos unus alio maiori gratia repletur
et tamen omnes eadem ratione filii dei dicuntur. Moyses autem non eadem ratione dicitur filius qua Christus. Distinguit enim apostolus Christum a Moyse sicut filium a servo.
Dicit enim Hebreorum 3. Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tamquam famulus in testimonium eorum que dicenda erant. Christus autem tamquam filius in
domo propria. Manifestum est igitur quod Christus non dicitur filius dei per adoptionis gratiam sicut alii sancti. Idem etiam ex pluribus aliis scripture locis colligi potest
quod quodam singulari modo Christum pre aliis filium dei vocat. Quandoque autem absque aliis singulariter eum filium dei nominans sicut vox patris intonuit
in baptismo. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Quandoque eum unigenitum vocat sicut Iohannes primo. Vidimus gloriam eius gloriam quasi
unigeniti a patre. Et item unigenitus qui est in sinu patris ipse enarravit. Si autem quodam modo sicut alii filius dei diceretur, unigenitus dici non posset.
Quandoque etiam primogenitus vocatur ut quandam derivationem filiationis ab eo in alios ostendat, sicut Romanos 8. Quos prescivit et predestinavit conformes
fieri ymaginis filii eius ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et Galatas 4. Misit deus filium suum etc. ut adoptionem filiorum dei reciperemus.
Alia ergo ratione ipse est filius per cuius filiationis similitudinem alii filii dicuntur. Amplius quedam opera in scripturis sacris ita deo proprie attribuuntur
quod alii convenire non possunt sicut sanctificatio animarum, remissio peccatorum. Dicit enim Levitici 20 et 22. Ego dominus qui sanctifico vos. Et Ysaie 43. Ego
sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Utrumque autem horum scriptura Christo attribuit. Dicit enim Hebreorum 2. Qui sanctificat et qui sanctificantur
ex uno omnes. Et infra ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Ipse etiam dominus de se protestatus est quod
haberet potestatem remittendi peccata et miraculo confirmavit, Mathei 9. Ut autem sciatis quod filius hominis in terra habet potestatem dimittendi peccata dicit ait
paralitico etc. Et hoc etiam angelus de ipso prenunciavit dicens. Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Non igitur sanctificans et peccata remittens
sic dicitur deus sicut dicuntur dii qui sanctificantur et quorum peccata remittuntur sed sicut virtute et natura divinitatis habens. Illa vero scripture testimonia
quibus ostendere nitebantur quod Christus non esset deus per naturam efficaciam non habent ad eorum propositum ostendendum. Confitemur enim in Christo dei filio post
incarnationis misterium duas naturas humanam scilicet et divinam. Unde de eo dicuntur et ea que dei sunt propria ratione divine nature et ea que ad defectum
pertinere videntur ratione humane nature. Patet igitur quod scripture sacre quod Christus dei filius et deus dicitur non solum sicut purus homo per gratiam adoptionis
sed propter divinitatis naturam secundum quam dicitur patri consubstantialis. Nec obviat predictis quod [illegible] ipse filio pater dedisse legitur potestatem [illegible] et nomen
Philippenses 2. quam habuit ab eterno. Est enim consuetus scripture mos ut aliqua dicantur esse vel fieri quando innotescunt. Hoc autem quod
filius ab eterno [illegible] potestatem et nomen divinum accepit post resurrectionem predicationibus discipulorum est manifestatum. Et hoc etiam verba [illegible]
ostendunt. Dicit enim Iohannes 17. Clarifica me pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret. Petit enim ut sua gloria
quam ab eterno recepit ut deus in eo iam homine facto esse declaretur. Cum ergo dominus post resurrectionem dixit data est michi omnis potestas
in celo et in terra, non ideo dicitur quod tunc de novo hanc potestatem acceperit sed quia potestas quam filius dei acceperat ab eterno in eodem homine
facto cepit apparere per victoriam quam de morte habuerat resurgendo. Et hoc vero dicit apostolus ad Romanos primo de filio loquens. Qui factus est
ei ex semine David [illegible] secundum carnem. Non enim dicit quod filius dei esset simpliciter factus sed quod factus
est ex semine David secundum carnem per assumptionem humane nature sicut et Iohannes primo dicitur verbum caro factum est. Unde etiam patet quod hoc quod sequitur Qui
predestinatus est filius dei in virtute secundum humanam naturam ad filium pertinet [illegible] humana natura dei filio uniretur ut homo posset dici filius dei
non fuit ex humanis meritis sed ex gratia dei predestinantis. Similiter etiam quod dicit apostolus ad Philippenses 2 quod deus Christum propter passionem [illegible] exaltavit
referendum est ad naturam humanam in qua fuit humilitas passionis. Unde et quod subditur. Dedit ei nomen quod est super omne nomen referendum est ad hoc
quod nomen divinum filio [illegible] etiam manifestandum esset in fide populorum quod filio incarnato [illegible] quod etiam manifestum est quod illud quod dicit
Petrus quod deus Ihesum Christum et dominum fecit referendum est ad filium secundum humanam naturam in qua incepit id habere quod in natura divinitatis
habuit ab eterno. Prosternitur igitur iste impugnator Christi [illegible] qui [illegible] erat vacuus et [illegible]. Impugnavit
veritatem filii dei in solvendo premissa quod est amen id est veritas. Et impugnavit fidelitatem in testificando [illegible] quod est
fidelis testis. Malachie 3. Ero testis velox maleficis [illegible]. Et impugnavit
veritatem in docendo et arguendo quod verus est et impugnavit eius potestatem in [illegible] et [illegible] ad [illegible] reducet.

Bene calidi sunt spiritualiter depicti fervidi; frigidi ... peccatorum suorum et anime ... hec duas affectiones ... et ... optabiles et acceptabiles ... tepidi sunt ... affectionem ... qualis modo se ... inveniunt ... calidus fervore ... frigidus ... tui ... calidus quod amor dei ... non ... frigidus quem per timorem gehenne non ... tepidus quem nec amor inflammat nec timor ...

Scio opera tua quia neque frigidus es neque calidus. Utinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo. Quia dicis quod dives sum et locupletatus et nullius egeo, et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et cecus et nudus. Suadeo tibi a me emere aurum ignitum probatum ut locuples fias, et vestimentis albis induaris, et non appareat confusio nuditatis tue, et collirio inunge oculos tuos ut videas etc.

Secunda pars huius epistole scilicet narracio. Et dividitur in tres partes. Prima pars increpatoria arguendo. Secunda admonitoria exhortatio ibi Suadeo etc. Tercia consolatoria promissio ibi Ecce ego sto etc. Est arguendo cum comminatione, admonendo cum consolatione, promissio cum ... Arguendo est de duobus, de tepore scilicet de sordida ibi quia neque frigidus etc. Secundo de arrogantia et vitiis carnis ibi Quia dicis quod dives sum etc. Circa primum dicit Scio opera tua, scilicet qualia sunt ... quia opera istius episcopi erant per intentionem mala ... bona videbantur. ... Erat enim ypocrita, et ita se gerebat ut non possit apte discerni vel cognosci cum esset secte vel quibus magis faveret, fidelibus an infidelibus. Sed deus ... ibi Scio opera tua ... glosa non ... latet qui intus ... 32 ... multo plus lucidiores super solem circumspicientes omnes vias hominum in absconditas partes. Omnia enim nuda et aperta sunt oculis eius. Hebreorum quarto. Scio ergo scientia simplicis notitie non approbationis ut ... est sepe. Utinam neque frigidus es scilicet per apertam infidelitatem neque calidus scilicet per fidem et ... caritatem. Sed quia tepidus es id est non ex toto infidelis vel absque fide neque omnino ad perfectum ... Unde dicit ... frigidi sunt iudei vel pagani ... glaciali rigore constricti ... ascendam super altitudinem nubium, ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo. Aquilo enim ventus frigidus ... est ... Surge aquilo id est recede ... et veni auster id est veniat spiritus sanctus qui suo adventu calefaciat et illuminet corda hominum ut perficiat opus ...

Calidi vero sunt qui in fervore spiritus in dei ac proximi dilectione consistunt. Tepidi vero qui nec ex toto infideles sunt nec ... ad perfectum tendunt. Et quia ... Richardus ait Neque frigidus es per infidelitatem neque calidus per caritatem, sed quia tepidus es ... ad plenum et ... sola sufficere sine caritate et operibus fidei et ideo inutilis es deceptus securitate ... Utinam frigidus esses aut calidus ... sed quia tepidus es incipiam te evomere ex ore meo id est ... de ... collegio ... Sumite ... separamini ... a vili os meum eris ... ad ... Qualiter autem ... esse tepidus id est ex parte infidelem et ex parte fidelem; quia nulla est conventio christi ad belial ... in ... et ... commixtio fidelitatis et infidelitatis ... qualiter autem Utinam esses frigidus ... esse frigidus est magis malum quam esse tepidus et remotius a fervore caritatis ergo minus optandum ... est ... sed ... ergo et illud ... est quod est bono ... quale est esse frigidum ergo minus optandum ... tepidum esse ... ad bonum ...

... Sunt nonnulli qui prius quidem fuerunt frigidi et multis criminibus obnoxii quorum corda plerumque spiritus sanctus tangit, quo inflammati ferventes efficiuntur, quia quanto se peccatores fuisse recordantur eo amplius liberatorem suum diligere appetunt ... iniquitate ... caritas ... Luce septimo. Duo debitores erant cuidam feneratori etc. Et ... quod plus diligit cui plus donatur ... ibi de magdalena. De talibus etiam dicit Luce 15 Gaudium est in celo super uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta novem iustis.

Sunt autem et quidam ... constituti qui vitam quidem ab omni crimine custodiunt, sed tamen in agenda quelibet bona non assurgunt, et tales nec frigidi sunt nec calidi, quia non sufficit mala cavere nisi studeat quis et bona facere ... Declina a malo et fac bonum. Et ideo salvator ait ... Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur ... Tales quippe de suis operibus ... solent dicere: Ecce aliena non rapio, ... non adulterium, non homicidium, non ... talia mala facio ... sufficit mihi mala non agere ... et ... indigentibus ... non tribuunt. Et quia non ... rapiant ... metuunt tenere tenacia. Nec recordantur quod dives epulo non ideo dampnatus est quod aliena rapuit sed quia propria non distribuit ... Sunt quoque et alii qui aliena non rapiunt et propria distribuunt, sed hoc non tam dilectione dei et proximi faciunt sed propter iactantiam ... ut ab hominibus laudentur. Sic faciebant scribe et pharisei qui dabant elemosinas ante se canebant tubis. Mathei 6. Et tales etiam nec calidi nec frigidi ... quia ... indigentiam pauperum sublevant ... amore ... audientes ... apostoli ... Corinthiorum 13 ... distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, caritatem autem non habeam, nichil mihi prodest.

Sunt quoque et alii qui opes terrenarum facultatum dimittunt et ad monasterium venientes habitum religionis assumunt, deinde ... ad salutem sufficere credunt quod sua dimiserunt ... sub habitu religionis constituti non admittunt ... dormiunt, bibunt et secure vivunt ... tepidi ... moram in ... et peccata sua recognoscentes et alii per dei misericordiam compuncti bonis operibus insistentes ... in monasterio manent et a bonis operibus cessant. Alii quoque sunt qui ab infantia sua in monasteriis consistunt, bonis operibus studiant in fervore spiritus manent, et ... in tempus vite sue torpescunt et tepidi efficiuntur. Et utique talibus ... esset ut vel perfecte boni essent vel ex toto ... quod nec omnino boni nec omnino mali ... subiungit. Utinam tepidus es incipiam te evomere ex ore meo. ... frigidus ... qui tales qui dicuntur sunt frigidi et ... arguuntur de peccatis et facilius convertuntur ad penitentiam et ferventius postea penitent. Unde ... facilius est enim paganum ad fidem ... adducere quam talem id est tepidorum quemlibet a suo tepore ad fervorem spiritus revocare. Ideo ait ... Utinam esses frigidus etc. Unde et salvator ait ... Non veni vocare iustos id est reputantes se esse iustos sed peccatores ... ubi studiant delictum superhabundat et gratia ... optatio duplex: una est absoluta et simpliciter que est ... maioris boni, alia ... que est ... maioris mali evitandi ut qui quis optat ... in mare ne ... et talis est optatio primus. Unde Richardus ... est ... de fidei cognitione et sacramentorum ... non ... esse caritate et caritatis actione; melius fuisset ei in infidelitate permansisse ... non quod hoc esset bonum, sed quia ... esset malum et forsitan ... ad fidem aliquando ... ad ... consurgeret ... tepidus sit ... caritatis que ... calor et iniquitatis que dicitur frigus ... sit in ... ut ... dictum. Et per hoc patet solutio obiectionis ... Quare dicit incipiam te evomere ex ore meo et non ait absolute Ego evomo te ... quod omnis cognoscitur ... frigidus vel calidus facile ... in corpus; tepidum vero cum magna nausea ab ipso ore ... Os dei dicuntur sancti predicatores ... unde sepe propheta dicebat Os enim domini locutum est ... tanta ... ut in illis sicut in corpore ... et per eos loquitur ... Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri ... dei sunt ... et ... doctores ... quotidie ...

... calidus qui prius non fuit frigidus quia nemo est bonus qui non fuit malus ... apostolus ad Romanos 3 quod omnes peccaverunt et egent gloria dei ... tepidus ex frigido sit ... et ex calido ... et alius ex frigore infidelitatis ... ad ... fervore non ... et alius ab ipso ... quo prius fervebat ... deflectit ... cognoscitur quia frigidus vel calidus facile traicitur in corpus etc.

mirabilis dei pacientia qui multo tempore excommunicatos sustinet per multos annos de cibo evomito nisi hec facie figuraret. Ideo dicit incipiam te evomere. Adhuc incipit evomere sed non perevomit donec in morte. Item in hoc quod dicit incipiam quodammodo premunit tepidum ut se premoneat: quod est magna misericordia.

in corpus suum quod est ecclesia traicit. Calidos facit id est fructuosos dum meliores adhuc efficiuntur per divinam predicationem et frigidos id est infideles quando quibus vel iudei vel pagani ad eius fidem convertuntur et modo ferventiores fuerunt. De hoc exemplum habemus de Petro Actuum 10 macta et manduca. Sed tepidos autem non convertit quia eorum verba despiciunt dum in sua securitate torpescunt. Monitos et exhortati desistunt et velut in statu aspectu tam desperati quod ad meliorem vitam nequaquam posse reformari conspiciuntur. Facilius est enim quemlibet paganum ad fidem convertere quam talem quemlibet ad fervorem spiritus revocare. Hec ille. Unde Richardus. Cum per teporem resolvitur non subito nec ex toto a gratia deficit ut ad malum raptus relabatur sed primo minora et deinde maiora contempnens ad yma descendit. Ecclesiastici 19. Qui modica spernit paulatim decidit. Et ob hoc hic dicit incipiam te evomere id est permittendo eum cadere. Prima Iohannis 2. Ex nobis prodierunt sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis permansissent utique nobiscum. Super quo dicit Augustinus [illegible]. Sic sunt mali in corpore ecclesie quomodo mali humores in humano corpore quos cum evomuit corpus relevatur. Sic cum mali exeunt tunc ecclesia relevatur. Et dicit hic ibi Bernardus [illegible]. Hic in os dum ingrediuntur per baptismum et fidem et caritatem sed cum ab eis torpescentes evomimur sicut aqua mortuum et fastidiosum et putridum. Iohannis 6. Et eum qui venit ad me non eiciam foras. Propterea vel loquitur quia plane calidum enim et frigidum valet ad multos usus nam [illegible] fames est despiciens siti et calidi ut dicit Avicenna [illegible] tepida sicut aqua provocat nauseam. Ideo dicit hic Haymacus est quod aque frigida sit vel calida comedere possum et bibere, tepida vero corpus meum ferre non potest. Tali itaque modo accipitur quod dicitur in libro Abacuk 2o vomitus ignominie super gloriam tuam. Exponit [illegible] quibus vero [illegible] vel comparantur reprobi sicut mali et quibus iusti sunt boni et quibus torpentes sunt despiciosi. Mali enim dicuntur frigidi [illegible] quod frigidum est privatio caloris ut dicit philosophus [illegible]. Autem generatur frigus ex elongatione a principio fontanio caloris vel ex infusione corporis solidi calorem impedientis vel ex raritate et porositate corporis per quam transit calor ut patet per philosophum primo de generatione et primo methaurorum ubi ponit causam propter quam aer proximus terre est calidus scilicet ob terre soliditatem calorem solis recipientem et calefacientem aerem proximum. Et ob quam causam aer in medio interstitio est frigidus quia non retinet calorem. Item frigus generatur ut dicit Algazel primo sue methaphisice. Et desiccat et indurat ut dicit philosophus 4 de [illegible] et constringit ut dicit commentator 2 ethicorum. Sic est spiritualiter de frigore iniquitatis et de infrigidatis illo frigore. Unde Gregorius 16 moralium tractans illud Iob 24 Quibus non est operimentum in frigore dicit operimentum ad iustitiam pertinet frigus ad culpam. Et idem 29 moralium tractans illud Iob 38 Numquid ingressus es thesauros nivis aut thesauros grandinis aspexisti dicit quid nomine nivis vel grandinis nisi frigida et dura intelligenda sunt corda pravorum. Sic enim fervore caritas sic solet in sacro eloquio frigore malicia designari. Dicit namque Ieremie 6 Sicut frigidam facit cisterna aquam sic frigidam fecit maliciam suam. Caritas autem designatur in calore et fructuose caritate dicuntur calidi. Calor enim est causa [illegible] et rectificat corpora et ideo [illegible] est erecti corporis quia corpus eius est calidum dicit philosophus [illegible]. Ut enim dicit commentator super Anglicum [illegible] caliditas est naturaliter inclinativa subiecti in dilatationem et diffusionem in omnem partem et calor intensus prorumpit in inflammationem et in lucem. Sic et amor. Et quia ideo dicit Augustinus libro primo sermonum sermone 32. Adhibentur ligna curva igni ut rectificentur et ideo dicitur fervor spiritus sancti ut dicitur [illegible] 21. Et beatus Gregorius 27 moralium tractans illud Iob 37 Nonne vestimenta tua sunt calida cum terra perflata fuerit austro dicit per austrum qui calidus ventus est non immerito spiritus sanctus signatur quo quisque dum tangitur ab iniquitatis sue torpore liberatur. Unde sponsa dicit Canticorum 4 [illegible] Surge aquilo et veni auster perfla ortum meum et fluent aromata illius. Aquiloni enim iubet ut fugiat [illegible] mortalium corda restringit adventu ergo spiritus fugiat. Auster enim venit et ortum perflat ut eius aromata defluant quia per adventum sancti spiritus dum mens hominum repletur ex ea mox operum virtutum aspergitur ut iure iam fortior ligna quasi orti austro perflati dicant Christi bonus odor sumus deo. Vestimenta ergo sancte ecclesie calida sunt dum terra austro perflatur quia hii qui ei per fidem inherent fructibus caritatis studiis inardescunt dum corpus mentis sancti spiritus afflatu perfunditur. Et in natura vestitorum est ut per semetipsa calere non possint sed adiuncta viventi corpori dum exhalantes membrorum poros contingunt emanante ab intimis calore perfecte [illegible] hec vestimenta calefiunt sed calefacta calorem quem acceperint retinendo ad corpus reddunt. [illegible] ergo per vestimenta viventi corpori adherentia nisi dilectorum vita [illegible] viventibus coniuncta signatur. Ecce qui per poros calorem accipit quia ad [illegible] dei et exemplo actionis et impulsu exhortationis inardescit quem velut frigidum proximum recepit dum a pristina ingratitudine [illegible] calorem quem accepit retinet quia in eo quod per predicamenta suscepit fervore qualescit. Hec ille. Sic igitur per austrum signatur spiritus sanctus per vestimenta fideles ecclesie qui per se calidi esse non possunt sed cum sunt perflati spiritu sancto et adiuncti corpori vivendi et calefacti ab invisibili vel ex predicatoris. Ezechielis 40 Edificium civitatis vergentis ad austrum. Unde tractans Gregorius omelia [illegible] super Ezechielem dicit civitas que in monte constituta est ad austrum vergit quia electorum ecclesia cogitationes suas in afflatu spiritus sancti aperit ut ab omni superbie sue torpore descendens in deo tunc [illegible] amoris calorem concipit ut intelligere debeat nisi ea que [illegible] dilectione calefit eius afflatus se invicem repleri. Hec ille. [illegible] Non est enim qui se abscondat a calore eius ut dicit [illegible].

Tepidi autem sunt ut dictum est qui a criminibus se abstinent sed ad bona opera non surgunt [illegible]. Unde Gregorius 16 moralium tractans illud Iob 24 Quibus non est operimentum in frigore dicit Sunt nonnulli qui in quibusdam rebus peccata faciunt in quibusdam vero recta opera faciunt. Cum ergo ex aliis actibus delinquunt atque ex aliis iustitiam peragunt quid iste nisi in frigore vestitur algent et tegitur quia ex alio opere fuerit ad iustitiam quem ex alio fregerit ad culpam. Hec ille. Et tales possunt dici tepidi quia habent fidem informem non tamen caritate accedente. Matthei 23 Refrigescet caritas multorum. Super primo caritatem primam reliquisti. Et tales multos evomuit. Ut tactum est. Ideo est tepidum provocat nauseam sive evomitionem. Item quia tales [illegible] ut sepe putrescunt multos evomunt et cadunt ut sepe in aperta peccata. De quibus Trenorum 3 Nos ex corde abierunt [illegible] sed peccatis illorum congregentibus illi abierunt et de hoc [illegible] et in glosa. Unde Richardus [illegible] per naturalem calorem in dilectionem membra [illegible] sunt plus quamquam ad fidem per suam incorporationem sunt membra Christi sed tepidi per reprobationem evomuntur ut dictum est. Gregorius omelia [illegible] plus de conversis peccatoribus quam de stantibus iustis in celo gaudium esse fateatur nisi quod ipsi per quotidianum visionis experimentum novimus quia plerumque hii qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt stant quidem in via iustitie nulla illicita perpetrant sed tamen ad celestem patriam anxie non anhelant tantoque sibi in rebus licitis usum prebent quanto se perpetrasse illicita nulla meminerunt et plerumque pigri remanent ad exercenda bona precipua quia valde sibi securi sunt quod nulla commiserunt mala graviora. At contra nonnumquam hii qui se aliqua illicita egisse meminerunt ex ipso suo dolore compuncti inardescunt ad amorem dei seseque in magnis virtutibus exercent

cuncta difficilia sibi clamans appetitur, omnia mundi delinquunt, honores fugiunt, acceptis iniuriis letantur, flagrat desiderio ad celeste patriam anhelat et quia cucurrisse se a deo considerant, rapina perfecta, lucris sequentibus recompensat. Animus ergo de peccatore conuerso quam de stante iusto gaudium fit in celo, quia et dux in prelio plus eum militem diligit qui post fugam reuersus hostem fortiter premit quam illum qui numquam terga prebuit et numquam aliquid fortiter fecit. Sic et agricola illam amplius terram amat que post spinas uberes fructus profert quam eam que numquam spinas habuit et numquam fertilem messem produxit etc.

Bernardus de Tornaco in cuius [illegible] Secunda: Cum proposita non perficiunt que fuerant inchoata conuellit. Sic enim nauis que contra fluminis impetum ascendere nititur, nisi remigantium viribus adiuuetur, non solum ad locum in quo fuerat, sed in posteriora et inferiora relabitur. Sic vite nostre status labitur in peiorem statum, nisi totis viribus consequamur bonum quod fuerat inchoatum. Sic carbo vero cum ruborem conceptum defacili vergit ad nigredinem, nisi flabellis validioribus concitatus aut venti [illegible] se resuscitet in fuocum, quia teste Salomone: Qui in opere suo est dissolutus et mollis, frater est sua opera dissipantis. Sic enim tepor declinat ad frigus, sic euomitur de ore dei qui reperitur tepidus. Ut enim ait Gregorius in pastorali: aut calidus quisque a frigidis quiescitur, ne tepidus euomatur. Ut videlicet aut necdum conuersus adhuc de se spem conuersionis prebeat, aut iam conuersus in virtutibus inardescat, ne euomatur tepidus qui a calore quem proposuit torpore ad noxium frigus redit. Sic enim aqua tepida nauseam prouocat et vomitum, sic tepor et torpor inuictus debite turbat propositum inchoatum etc. / Tertia quod potest quis ut sic totus in bono perfectus sit homo ad salutem necessarium videtur, quod non, quia secundum hoc nullus non saluaretur qui propter in vno statu bone consuetudinis puta in certis orationibus et ieiuniis consumat vitam suam, quod vix nimis durum. Dicendum quod quamuis perfectus est homo vero quam in ad desiderium non autem quam in ad opera conatiora [illegible] sic patet. Simul enim in hac vita quantumcumque studens dicere quotidie cum propheta ps. 26: Et dixi nunc cepi etc., quia cum consummauit tunc incipit. Ecclesiastici [illegible] Gregorius: Hec est perfectorum summa iustitia ut se numquam perfectos esse credant, ne ibi deficiendo incidant in periculum, ubi proficiendo deponant appetitum. Item dicit: proficiendi appetitum non conterunt, timens pro hoc quod quamuis perfectus perfectus est studiosus in desiderio, non autem hoc omnino in operis contento. Secundum Augustinus dicit: Summa perfectio sancte religionis est ut quicumque homo in hac vita proficiat, propter [illegible] putet superesse quod querat. Aliqui etiam assignant locum propter [illegible] qui se estimat ad hoc peruenisse quod cupiit non reperit quesita, sed in inquisitione deficit. Ideo quibus eueniunt accidit error istorum qui dicunt quod homo in presenti vita potest tantum culmen perfectionis attingere quod amplius in gratia et caritate non possit proficere. Alias enim inueniretur aliquis perfectior Christo. Cuius non fuit finita [illegible] deum esse omnium sanctum et creatura. Nam perfectio in Christo fuit per modum confundi vbi gratificauit, et ideo sicut omnis linea recepta in istis mensionibus non adequatur linea solari, sic etiam omnis perfectio constituta omni homini perfectio adequari gratie Christi etc. / Ergo in via dei stare retrocedere est. Intelligitur ergo Dicis.

Tunc ibi Secunda Dicis quia diues sum, posita arguitur de torpore sed desidia subsequitur de arrogantia et virtutum carentia. Et primo potest tamen sed bonorum suorum ostentatio sui iactantia, 2o omnium bonorum penuria, et nescis quia tu es miser etc. Dicit ergo primo ad primum Secunda Dicis quia diues sum, quod est execrabilis es et abhominabilis et ideo multo auomibilis, quia dicis sic licet ex te iactando te dicis quia diues sum, sine per sue cognitionem sui per scripture predicationem, sine per singularis eloquentie nitorem, sine per pontificalis apicis dignitatem, sine per volgi laudem ranue ut ait Ricardus. Et etiam locupletatus sum in predictis. Dicit enim idem Ricardus quod idem est diues et locupletatus, duplicatur tamen pronunciatur ut sublimius verborum quantitas attollatur. Vel secundum Hanonem: Dicis quia diues sum sed in fide, quia dominus dicit Marci ultimo: Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Et locupletatus sum, quia recte doceo et malis operibus non seruio et nullius egeo, quia recte credens non solum mala non perpetro sed et bona quecumque ago, licet non propter deum, ipsa et alia, ergo sum et non est quod me amplius non sedebo vidua etc. Vel Dicis quia diues sum affluens sancte scripture locupletatus, affluens sapientie et nullius egeo, ob habundantiam virtutum et instructionem bonis operibus. Auditis ergo istius sue iactantie erunt arguendus et ad cognitionem defectuum reuocandus. Ideo sequitur: Et nescis quia tu miser es peccatorum mitrario. Miseros enim populos facit peccatum, prouerbiorum 14. Vt enim ait Augustinus XIIIIo de ciuitate dei c. 14: Miseria hominis est non esse cum illo, sine quo non potest esse. Et miserabilis es, vere reatus subse quentis pene, sui obligatus ad penam 2 Machabeorum 4: Pergere in montibus miserabili obitu vita functus est etc. Vel miser propter amandum, miserabilis ordinate amantis fruendo. Dicit Augustinus 8 de ciuitate dei c. 8: Amando que non sunt amanda nullus sed miserior tu fruiter, Ysaie 47: Veniet super te repente miseria. Vel miser es in te, miserabilis aliis cognoscentibus tua miseriam et compacientibus, ait Richardus. Vel miser dum deceperis, miserabilis, quia non intelligis quod te propriam deludis. Ut enim ait Seneca epistula 41: Nemo nisi suo vitio miser est. Et in precedente Miser fuit sed et creatus ipse miser in actu miserabilis in habitu, Iob 14: Homo natus de muliere breui viuens tempore repletus multis miseriis. Et subdistinguit pauperis usque in finem dicit: Et pauper, sicut es per amissionem caritatis, et cecus per amissionem vere cognitionis, nudus per amissionem boni operis, sic distinguit Richardus. Et quia idem Hanonem: Pauper quia non habes opera quibus diteris in celo, et cecus quia non habes lucem scientie, nudus quia spoliatus es virtutibus. Secundum quod beatus Gregorius 34 moralium super illud Iob 41: Faciem eius precedit egestas, dicit quod egestas sui paupertas in sacro eloquio aliter eloquio ponitur, aliter reproborum. Egestas namque electorum est, cum vere diuicie celestis patrie ad corpore animi redeunt, et in hec corruptionis presentis vite conditione positi pauperes se esse meminerunt. Illas quippe diuicias sine cessatione suspirant, de quibus Paulus ait: Ut sciatis que sit spes vocationis eius, et que diuicie glorie hereditatis eius in sanctis. Et quia adhuc eas nequaquam conspiciunt, studiose interim in corruptione istius paupertatis gemunt. Hac propheta Dauid paupertate semetipsum aspiciens dicebat Trenorum iii: Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Virga enim indignationis dei est percussio districtionis, qua indignationis sue homo pertulit, cum ergo paradiso pulsus, vas interni gaudii diuitias amisit. Sed quia electi quique incessanter conspiciunt quod in presentis vite penuriam ab illa potestatis ingenite facultate ceciderunt, bene dicitur: Ego vir videns paupertatem meam. Reprobus enim adhuc dum visibilia appetit, reprobationis sue malum non intelligit, et hoc ipsum quod patitur videre nescit. Hanc paupertatem intuens propheta dicit dicebat: Infirmata est in paupertate virtus mea. In paupertate etenim virtus infirmata est quia lapsus in hac reprobatione animus et corruptionis sue molestius reuerberatur, hoc quod prius conditus contemplari perdiderat. Sed hanc paupertatem reprobi considerare nesciunt, quia dum seculi bona conspiciunt, cogitare inuisibilia neglegunt que perdiderunt. Unde et egestas corporis ipse dicitur, quia dum replentur viciis, virtutum diuiciis vacuantur, quibus sepe eueniunt per elacionis dementiam sublevati, dum nequaquam ruine sue rapinam considerant esse se credunt a bonis actibus inopes non cognoscunt. Unde vox angelica isti episcopo Laodicie dicitur: Dicis quia diues sum etc. Aperte diuitem se asserit qui per arrogantiam scientie extollitur, sed pauper et cecus quia et nudus arguitur, pauper quia virtutum diuitias non habet, cecus quia nec paupertatem quam sustinet videt, nudus quia primam stolam perdidit, sed peius quia nec se perdidisse cognoscit etc. / Dicit ergo quantum ad primum [illegible]

Paup enim est pctor p'uacione ve opulencie qr sit et diuicijs caritate que est mater omnium bonorum virtutum et origo sine qua nulla bona proficiunt ad salutem
corporis Si caritatem non habuero nichil sum. Vt enim ait Aug. sup iohannem omnem vtilitate nichil sit hic de suo nisi mendicium et peccatum. Vnde
gl. in ps. pauperes facti sumus nimis. Et alibi infirmata est in paupertate vita mea. Item pctor est vere tenebra veste sue excecat
enim eos malicia eorum Sap. 2o. Et gregorius morum 14 tractans illud Iob 24 oculus sum ceco. dicit Cecus est qui quo pergit non videt vnde et 19 palpa
mus qr ceci parietem. Item pctor est nudus tunica vel amissione iusticie ornatus. Iohel p.o nudans spoliauit eam et proiecit. Apoc. 16 Beatus qui
vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulat. Vnde ista paupertas est ignominiosa ista cecitas est periculosa et ista nuditas est obp
briosa. Et hec omnia sunt magis dampnosa pctori qui nescit se esse miserum miserabilem. Inicium enim salutis est notitia peccati ait Seneca ep. 29
et epla 11. Quid aliud agis quam ut te meliorem quotidie facias Et scire vt intelligas tua vicia esse que putas etc. Nemo ancap
se esse intelligit neca cupiditas. Seca duce sequitur nos sine duce errauimus Et post Ideo difficulter ad sanitatem peruenimus qr nos egrotare
nescimus et ibi bene de hoc. Deutr. 32 Vtinam saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent Ieremie 2o Causa dixisti absque peccato sum et idio
contendam tecum etc. Et in ps. nescierunt neque intellexerunt. Ve ergo miser est ac miserabilis qui ignorat se esse peccatorem. Vnde beatus Aug.
lio soliloquiorum ad deum c xviii dicit Soli illi qui se cognoscunt pauperes et confitebuntur tibi de sua paupertate sua ditabuntur a te qui
qui se diuites existimant cum sint pauperes a tuis diuicijs inueniuntur exclusi. Et subdit. Ego ergo confiteor tibi paupertatem meam
et sit tibi tota gloria tua qui tuum est omne bonum. pro me enim dico fateor ut docuisti me nichil aliud sum quam vniuersa vanitas et umbra
mortis et abyssus quedam tenebrosa et terra inanis et vacua que sine tua benedictione nichil germinat fructum qz non facit nisi confusionem
peccatum et mortem. Si quid unquam boni habui a te recepi quicquid boni habeo tuum habeo. si quando steti per te steti. si quando cecidi per
me cecidi et semper in luto iacuissem nisi tu me erexisses semper cecus fuissem nisi tu me illuminasses etc. multa ibi vide si placet.
No miseria primum hec a pctis dicit enim Aug. contra epistolam fundamenti peccatum efficit animam miseram que honestate recte voluntatis
beatitudinem obtinebat nulla addita detracta ve substantia. Et idem lio contra fortunatum circa finem dicit peccauit anima et ideo misera et
liberum arbitrium accepit quo vsa est quemadmodum voluit lapsa est et euersa de beatitudine et implicata est miserijs.
Vnde de miseria pctoris loquens idem Aug. lio meditationum c xviii. Heu miser et nimis miser quem torquet conscientia sua
quam fugere non potest nimis miser quem expectat dampnatio sua quam vitare non potest nimis infelix qui dignus est horribili
nimis infelicior cum mors erit eterna sensibilis. nimis erumpnosus quem tenent eterni de sua infelicitate horrores.
nimis erumpnosior quem torquebunt eternum pro sua iniquitate dolores etc. No sup 1o vero et nescius secundum Aug. lio
de vtilitate credendi satira sunt hominum genera perfecto improbanda ac detestanda. Vnum opinatorum id est eorum qui se arbitrantur scire
quod nesciunt et hoc est proprie hereticorum scilicet dicit idem Aug. lio 16 contra faustum de ipso fausto Cum non intelligat quisque sit hereticus si consideres
videbis qr multo qr aduersus alios legit qui non ideo scrutatur ut sciat si quod nescit se scire putat hec presumptio tumide ar-
rogancie oculum cordis vel claudit ut omnino non videat vel distorquet ut peruerse videat et aliud pro alio probet aut improbet
Et io dicit in epla ad optatum episcopum Non erubescendum est homini confiteri se nescire quod nescit ne dum se scire mentitur nunquam
scire mereatur. Et idem lio p.o de origine anime contra vincencium victorem circa finem Melius est homini fateri se nescire quod nescit quam
in heresim condempnatam incurrere vel nouam condere seu temere defensare. Vnde consulit lio 9o confessionum circa finem Caue ne quid acquires
nesciens confitendo te scire. si ut sciens disce nescire. hec ille. Ecce quomodo patet primum genus hominum improbandum ac detestandum scilicet opinatorum etc.
Alium est eorum qui sentiunt quidem se nescire sed non ita querunt ut inuenire possint. Tercium eorum qui neque se scire estimant nec
querere volunt hec ille. Quocunque autem istorum modorum ista quis nesciuerit patet quod multo sunt arguendi et ad cognitionem defectuum reuocandi
Bernardus sup 1o cantica Si ignoras te etc. sed 3a dicit neminem absque sui cognitione posse saluari de qua mater salutis humilitas
oritur et timor domini qui et ipse sicut inicium sapiencie ita est et salutis. Porro ad se humilianda vel vinaciter seu accommodacius anima
pt ruemene quam si se in veritate inuenerit tunc non dissimulet non sit in spiritu eius dolus statuat se ante faciem suam nec se a se
auertere abducatur. Nonne ita se intuens clara luce veritatis inueniet se in regione dissimilitudinis et suspirans misera qua iam
latere non potest quod vere misera sit. Nonne cum propheta clamabit ad dominum In veritate tua humiliasti me. Nam quomodo non vere humiliabitur
in hac vera cognitione sui cum se perspicit oneratam peccatis mole huius mortalis corporis aggrauatam terrenis intricatam curis
carnalium desideriorum fece infectam cecam curuam infirmam implicatam multis erroribus expositam mille periculis mille timoribus trepidam
mille difficultatibus anxiam mille suspicionibus obnoxiam mille necessitatibus erumpnosam pronam ad vicia inualidam ad virtutes
vnde huic iam extollentiam oculorum vnde iam leuare caput Nonne magis conuertetur in erumpna sua dum configitur spina. Conuertetur
inquam ad lacrimas conuertetur ad gemitus et planctus conuertetur ad dominum et in humilitate clamabit Sana animam meam qr peccaui tibi etc.
porro conuersa ad dominum recipiet consolationem qr pater est misericordiarum et deus tocius consolationis hec ille. Item nono secundum Aug. sermone 3o
de dedicacione ecclesie pauperes virtuosi dei sunt diuites Ait enim Audi quisquis de paupertate conqueris et io ad edificandam domum
Narrata prima visione que fuit de ecclesiis Asie specialiter et [illegible] universalis ecclesie informacione et presidencium increpacione et [illegible] hic narratur secunda visio de misteriorum revelacione. Unde Richardus postquam sanctus Iohannes prime visionis descripsit ad [illegible] visionem procedit et hic ordine congruo quia correctos competenter revelacio [illegible] ut ait glossa. Et durat ista visio usque ad capitulum octavum. Et dividitur in tres partes secundum tria misteriorum preludia in ea revelatorum. In prima parte de visione sedentis in throno et assistencium narratur. In secunda de visione libri signati et circumstantibus adiungitur capitulo v Et vidi in dextera sedentis in throno librum. In tertia de septem sigillis et eorum apercione declaratur capitulo 6 Et vidi cum aperuisset agnus unum ex septem sigillis etc. Unde in primis duobus capitulis revelatur misteria attendenda circa caput ecclesie, in aliis duobus scilicet sexto et septimo revelatur misteria circa ipsius corpus quod est ecclesia. Prima pars subdividitur in duas. Primo premittit antecedencia visionis. Secundo ponit ipsam visionem et visorum descripcionem ibi Et ecce sedes posita erat in celo. In prima tria antecedencia visionis declarantur scilicet ostii aperti in celo visio et vocis alloquentis audicio et ipsius videntis sublimacio. Secunda ibi Et vox prima quam audivi. Tertia ibi post hec statim fui in spiritu. Dicit igitur primo post hec vidi Et ecce ostium apertum in celo. Ricardus ad evidenciam huius [illegible] ait post hec vidi. Sic enim apparet quod non simul vidisset omnia sed aliqua post alia. [illegible] vero quia supra primo dixit quod fuit in spiritu secundo vero quod simul omnia vidit. Ad hec videtur [illegible] quod cum ait post hec vidi non ad vicissitudinem temporum refertur sed ad ordinem visionum quia post ea que superius viderat vidit et ista que sequuntur quia vidit hec non visione corporali que fit per oculos corporis nec ymaginaria solum que fit per similitudines rerum corporalium futura misteria presagantes sicut vidit Nabuchodonosor lapidem precisum de monte sine manibus, Danielis 2, et Pharao septem boves crassas septem quoque spicas plenas, Genesis 41, sed neuter quod viderat non intellexit ut ibidem, sed vel ymaginaria et intellectuali vel intellectuali solum. Ad quod intelligendum notandum quod secundum Augustinum xii super Genesim ad litteram visio sive cognicio prophetica maxime pertinet ad mentem. Illa cognicio autem humane mentis secundum doctorem sanctum secunda secunde questione 173 articulo 2 oportet duo concurrere scilicet accepcionem sive representacionem rerum et iudicium de rebus representatis. Representantur autem humane menti res aliquo secundum aliquas species, nam secundum philosophum 3° de anima lapis non est in anima sed species lapidis. Et secundum ordinem nature oportet quod primo presententur res sensui, secundo ymaginacioni, tercio intellectui possibili qui immutatur a speciebus fantasmatum secundum illustracionem intellectus agentis. In ymaginacione autem non solum sunt forme rerum sensibilium secundum quod accipiuntur a sensu sed diversimode transmutantur vel propter aliquam transmutacionem corporalem sicut accidit in dormientibus et furiosis vel eciam secundum imperium racionis disponuntur fantasmata in ordine ad id quod est intelligendum. Sicut enim ex diversa ordinacione litterarum accipiuntur diversi intellectus, ita eciam secundum diversam disposicionem fantasmatum resultat in intellectu diverse species intelligibiles. Iudicium autem humane mentis fit secundum vim intellectualis luminis. Per donum autem prophecie confertur aliquid humane menti supra id quod pertinet ad naturalem facultatem quantum ad utrumque scilicet et quantum ad iudicium per influxum luminis intellectualis et quantum ad accepcionem seu representacionem rerum que fit per aliquas species. Et quantum ad hoc secundum potest assimilari doctrina humana revelacioni prophetice, non autem quantum ad primum. Homo enim suo discipulo representat aliquas res per signa locucionis, non autem potest interius illuminare sicut facit deus. Horum autem duorum primum principalius est in prophecia quia iudicium est completivum cognicionis et ideo si cui fiat divinitus representacio aliquarum rerum per similitudines ymaginarias ut Pharaoni et Nabuchodonosor aut eciam per similitudines corporales ut Balthasar non est talis censendus propheta nisi mens eius illuminetur ad iudicandum, sed talis apparacio est quoddam imperfectum in genere prophecie. Unde a quibusdam vocatur casus prophecie sicut eciam divinacio sompniorum. Erit autem propheta si solummodo intellectus eius illuminetur ad diiudicandum eciam ea que ab aliis ymaginarie visa sunt ut patet de Ioseph qui exposuit sompnium Pharaonis. Sed sicut Augustinus xii° super Genesim ad litteram dicit maxime propheta est qui utroque precellit ut videat in spiritu corporalium rerum

visiones et iste non distinguitur aperte tempus in quo facte sunt quia Iohannes totum videtur [illegible] scilicet [illegible] ut dicitur supra primo sed distinguitur aperte tempus in quibus partim completa sunt et partim sunt implenda. Sic dicit Lira [illegible] videtur quod non visione corporali solum que fit per oculos corporis etc. 6.

Ad intelligendum prime partis sciendum quod sicut patet ex dictis capitulo primo et prologo Tota trinitas revelat apocalipsim homini christo, christus autem Iohanni per angelum mediante [illegible]. Christus enim homo superior est angelis propter unionem ad suppositum divinum et plenitudinem gracie licet sit minor angelis racione nature secundum quod dicitur Hebreorum 2°. [illegible] maiestas dei revelatur. Secundo dignitas hominis per revelacionem recipientis et sequentis [illegible] declaratur ex tribus scilicet ex imperiali throno et ex nobili [illegible] et ex revenienti obsequio. Secunda ibi Et in circuitu sedis. Tertia ibi Et requiem non habebant. [illegible] adhuc subdividitur quia primo premittit antecedencia visionis.

fantasias similitudines et eas vivacitate mentis intelligat. Representantur autem divinitus menti prophete quandoque quedam mediante sensu exteriori
quedam forme sensibiles sicut Daniel vidit scripturam parietis ut legitur Danielis v°. Quandoque autem per formas ymaginarias omnino
divinitus impressas non per sensum acceptas puta si ceco nato imprimerentur in ymaginatione colorum similitudines vel autem divinitus ordi-
natas ex hiis que a sensibus sunt accepta sicut Ieremias vidit ollam succensam a facie aquilonis ut habetur Ieremie primo. Sive etiam imprimendo
species intelligibiles ipsi menti, sicut patet de hiis qui acceperunt scientiam vel sapientiam infusam, sicut Salomon et apostoli. Lumen autem intellec-
tuale imprimitur menti humane divinitus ad diiudicandum ea que ab aliis visa sunt sicut dictum est de Ioseph et sicut patet de apostolis quibus
dominus aperuit sensum ut intelligerent scripturas ut habetur Luce ultimo et ad hoc pertinet interpretatio sermonum. Sive etiam ad diiudicandum secundum divinam
veritatem ea que cursu naturali homo apprehendit. Sive etiam ad diiudicandum veraciter et efficaciter ea que agenda sunt secundum illud Ysaie 63 spiritus
domini ductor eius fuit. Sic igitur patet quod prophetica revelatio quandoque completur per solam luminis influentiam, quandoque autem per species de novo impressas vel
impressas vel aliter ordinatas sicut quod divinitus ordinantur species ymaginis percepte a sensu secundum convenientiam ad veritatem revelandam. Hec ibi.
Et isto ultimo modo Nicolaus Lira dicit beatum Iohannem visiones in hoc libro contentas vidisse. Dicit enim quod in spiritu sub quibusdam ymaginibus
vidit decursum ecclesie ab apostolorum tempore usque ad finem mundi quantum ad tribulationes consolationes et mutabilitates nobiles quarum tamen
aliquae preterierunt et aliquae sunt future. Visiones autem istas ymaginarias beatus Iohannes scripsit intellectum tamen earum non conscripsit licet ad
plenum intellexerit. aliqua tamen interposuit per que datur via ad reliqua aliqualiter capienda. Sicut supra primo capitulo subiunxit Septem
candelabra aurea septem ecclesie sunt et septem stelle septem angeli id est episcopi earum. Et similiter in sequentibus aliqua dicit, licet modo
ad capiendum aliqualiter intellectum occultorum ut habet in locis suis domino concedente. Ipse quod intellectus litteralis non est ille qui per
voces fiat immediate sed ille qui per ymagines significatur. Sicut dicitur Iudicum 9 quod ligna ad arborem [illegible] et impera
nobis. Sensus litteralis non est de arboribus vel lignis sed de viris Sichem per ligna significatis qui fecerunt super se Abimelech regem.
Hec ibi. Dicit Haymo quod in istis visionibus nichil hystoricum est accipiendum quod ipsa verba spiritualiter subtiliter inspiravit [illegible]. Nam cum hic
dicit ut e multis pauca dicam quod vidit [illegible] equos in visione qui ascensores habebant loricas igneas et iacinctinas et
sulphureas etc. Sed quod vel ymaginarias similitudines vidit et intellexit ad plenum quid per illas significetur [illegible]
tata sibi sunt omnia spiritualiter secundum Haymonem. Tertio quantum ad [illegible]. Cum alii prophete descripserunt tempora visionum suarum ut Ezechiel primo et Daniel
tamen beatus Iohannes hic tempus sue prophetie non descripsit. Et ad hoc innuit Haymo dicens: Mos est prophetarum antiquorum visionis sue
tempora describere per reges et numerum annorum et mensium et etiam dierum ut et Ezechiel dicit In anno quinto transmigrationis Ioachin
in mense quinto decima mensis factum est verbum domini. Sic Daniel Anno tertio Nabuchodonosor etc. Iste autem nove prophetie tempus
sue prophetie nequaquam descripsit per tempora id est per annos aut menses sed tamen mentionem facit unius diei cum dicit fui in spiritu in die
dominica supra primo. Ex quo datur intelligi quod omnem hanc prophetiam una die vidit. Aut ergo [illegible] visa in prima visione
absque temporum vicissitudine. Vidit non corporeo intuitu sed visione in spiritu. Et ecce ostium apertum in celo. Celum in hoc loco ecclesiam
[illegible] Celum mentis sedes est Salomonis quia dicit Proverbiorum [illegible] anima iusti sedes
est sapientie vel ut habetur [illegible] prudentia requiescit in corde iusti. Ergo anima iusti sedes est sapientie que est Christus
ut quod apostolus dicit I Corinthiorum primo Christum dei virtutem et dei sapientiam. Et celum sedes est dei utique ecclesia est celum in quo ipse sedet dicit Haymo.
In hoc celo id est in ecclesia que celum in scriptura multotiens vocatur vidit Iohannes ostium apertum id est Christum revelatum qui de se dicit Iohannis x:
Ego sum ostium per me si quis introierit salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet. Nemo enim venit ad patrem
nisi per ipsum per quem ingreditur ad fidem et egreditur a fide ad speciem et inveniuntur pascua eterne refectionis. Hoc ostium prius
erat clausum quia ante adventum ipsius eius mysteria latebant omnes nisi tantum prophetas qui per spiritum sanctum illuminati videbant eius incarnationis
passionis mortis et resurrectionis que eadem mysteria non erant revelata per totum orbem per predicationem [illegible] apostolorum. Vidit autem Iohannes
hoc ostium duplex vel oculis corporis vidit hoc cum ut potest qui illi adherens eius miracula vidit quia suscitavit mortuos illumina-
vit cecos et hiis similia. Postea illo complevit ad novissimum quod mortuus est et matrem eius virginem in sua cura suscepit. Vel oculis
mentis sic in hac prophetia aperto ondit. Vidit ergo ostium apertum in celo id est Christum revelatum in ecclesia vidit oculis corporis et
mentis I Iohannis I Quod fuit ab initio quod audivimus quod vidimus oculis nostris quod perspeximus et manus nostre contrectaverunt de verbo
vite et vita manifestata est et vidimus et testamur et annuntiamus vobis vitam eternam que erat apud patrem et apparuit nobis.
Ostium ergo apertum in celo est Christus revelatus in ecclesia que celum est quia sicut celum est corpus nobile sublime altissimum lucidum
et primum corporum ut elicitur ex primo de celo et mundo sic secundum Richardum ecclesia est per celeste conversationem elevata Philippensium 3° nostra conversatio
est in celis per firmitate et constantia solidata Iob 37 celi solidissimi qui quasi ere fusi sunt. Ad omnes sanctos et iniquos
per dilectionem dilatata Psalmus extendens celum sicut pellem. Sapientie et scientie stellarum claritate illustrata Danielis xii qui autem docti fuerint
fulgebunt quasi stelle in perpetuas eternitates etc. Per quod ostium debet esse intelligibilis ad eterna multitudine et in eterna triumphantes
de hoc ostio Genesis super Iohannem cum xx et Actuum x 9 et Gregorius super Ezechielem omne verbum sic per tectas id est Ezechielis 40 ostium quod ostium
dicit quod ostium conveniens ostium ~~[illegible] fidei aperte aditus visionis dei~~ est tamen tecto nunc ab oratione ad interiorem aditum
pervenitur in cognitione vero omnipotentis dei primum ostium nostra fides est secundum vero species illa ad quam fide ambulando pervenimus
in hac eterna vita hac ingredimur ut ad illam postmodum perducamur. Ostium ergo conveniens ostium est quod per intellectum fidei aperitur
aditus visionis dei etc. Vel per celum scriptura sacra significatur ut ait Gregorius primo parte [illegible] omne quia inde enim lucet sol sapie-
ntie et stelle exemplorum et virtutum sanctorum patrum lucent in quo celo Christus est ostium qui aperit nisi vero dignus est aguus
aperire librum. Sacra scriptura est reputata celum clausum et electis apertum ab eo qui aperit et nemo claudit et habet clavem David supra 3°
Et subditur secundum ante visionem sed vocis alloquentis audiendo cum dicit Et vox prima quam audivi tamquam tube loquentis mecum
secundum Haymonem vox prima quam audivit Iohannes veteris testamenti intelligitur ubi mysteria Christi et ecclesie que sunt predicta. Dicitur enim que in
hac prophetia vel iam impleta vel in processu implenda cognoscuntur ante in lege et prophetis ceteris scripturis veteris testamenti sunt prenuntiata
prefigurata et prophetata. Que vox bene tamquam vox tube fuisse dicitur quia per ora predicatorum sonuit quibus dicitur Ysaie 58 clama
ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. Tubis quoque utebantur antiqui in bellis unde praecepit fieri duas tubas quibus convocare possit
multitudinem quando movenda sunt castra. Et nos sacra scriptura ammonet in prelio domini pugnare contra diaboli temptamenta et incitamenta carnis. Unde
de hac tuba infra 8 date sunt eis septem tube. Et de hoc Richardus dicit: voces sunt divine admonitiones in quibus prius prophetica dicta
prima inquit ordine non dignitate. Nam Ecclesiastica prima est dignitate. Item vox veteris testamenti prius quia promittit terrena et transitoria sed
vox Ecclesiastica promittit celestia. Sed prius est quod animale est id est ad corpus pertinens vox inquit tube loquentis id est sic verba distinguentis
loqui enim est voce distinguere. Dicit pluraliter quo de aliis et loquentis mecum id est ad me dirigentis sermonem non aliis vocem sed dicit

locuta sunt

in scriptura vocatur [illegible] quia solvit [illegible] madatus est et dormit sic [illegible] in [illegible] regno celorum

et dicitur scriptura celum a celando vide ibi

prefigurata prenuntiata et prophetata

Ascende huc. Ad evidenciam huius obicitur qualiter ait hic ascende cum iam ascendisset et erat in spiritu ut habitum est supra. Respondeo
secundum Richardum In imo posita minus perspicue cernimus secundum in altum ascendimus ut maiora videamus. Et hic ergo cum ait ascende liquet conpelle-
tiora esse ea que visurus erat quam ea que premiserat quod prima visio fuit de correccione ecclesiarum ista de visione celestium misteriorum
ut in processu videbitur. Vel aliter ascende non quod ipse alias ascendit sed quod iam ad statum secundum quem subliminora et altiora videbit. Ascende ut vises
maiora et subliminora et occultiora. Et addit huc id est ad ostium secundum Haymonem. Omnis enim scriptura veteris testamenti nos invitat ad
conducenda misteria Christi unde dicitur Ysaie 2º Et erit in novissimis diebus erit mons domus domini preparatus in vertice moncium et fluent ad eum omnes gentes
Mons iste Christus est quem vidit Daniel precisum sine manibus qui crevit et implevit universam terram Danielis 2º Domus autem Iacob est
ecclesia fidelium. Hic est itaque Iohanni ad ostium apertum ascende quod eciam ad montem id est ad Christum confluere. Dicitur ergo Iohanni et cuilibet
cuilibet predicatori ascende huc non gressibus corporis sed mentis et fidei et vide omnia in Christo iam completa que prius sunt per prophetas
deo pronunciata [illegible]. Et ostendam tibi que oportet fieri cito id est in parvo tempore quod eternitati comparatum brevissimum est momentum [illegible] ait Haymo
super potest de hiis que oportet fieri cito [illegible] [illegible] hic narravit que erant perfecta per magna parte sicut de passione Christi et misteriis suis
qualiter ait que oportet fieri cito. Ad hoc [illegible] Haymo quod in eo quod dicit ostendam tibi que oportet fieri non negatur quod iam non essent facta secundum declaratur
quod deinceps essent mansura. Ecclesia enim dicitur oportere fieri que iam erat facta ut potest in eodem statu quo cepit permansura
Dignitas enim ecclesie iam erat exaltata quam vobis tenebat ista que usque in fine seculi quo ad bona ad modicum vetus est
hec sua permanencia monstratur. Vel loquitur quantum ad illa futura tempore futuro presencium [illegible] que vetera sunt secundum ordinacionem
dei que non possunt frustrari. Et subditur et in anno [illegible] hic statim fui in spiritu non est intelligendum quod spiritus eius a corpore fuit separatus
sed vidit ista visionem secundum quod mente totum hoc vidit. Unde enim spiritus sanctus sublevatur mente illius ad contemplanda misteria celestia
nichil quod per corpus vel audivit vel vidit. Ait Haymo [illegible] qualiter hic quod supra dicitur fui in spiritu. Nec postea legitur quod descendisset
dicit quod ideo dicit quod fuit in spiritu quod prius vidit ea que erant inferiora et planiora quibus esset magis et que erant ad correccionem
et instruccionem septem ecclesiarum specialiter et illius fuit intentum. Et quod hec visio continet maiora et subliminora et obscuriora pertinencia
et ad erudicionem universalis ecclesie ut ait Richardus ideo in hac visionis ingressu recte dictum est ascende huc et quod fuit in spiritu
specialiter ait [illegible] quod volentes speculari celestia secreta debent ascendere. Ecclesiastici 24 Transite ad me omnes qui concupiscitis me
Et debent esse ac [illegible] in spiritu. Ecclesiastes 2º Cogitavi abstrahere a vino carnem meam ut transferrem ad sapienciam animam meam.
Iob 28 Non invenitur in terra suaviter viventium secundum sapiencia maxime celestis et divina [illegible] secundum [illegible] [illegible] sermone [illegible] enim carne
[illegible] discipline studiis et [illegible] spiritu ante spreta et abiecta seculi pompa et sarcina undique a nobis [illegible]
[illegible] Quomodo [illegible] incessu [illegible] [illegible] vel [illegible] ita alius [illegible] non percipit ea que sunt spiritus dei
Sanctus spiritus discipline effugiet fictum quod est vita [illegible] [illegible] enim ei [illegible] vanitate [illegible]
[illegible] enim societas ei que desursum est sapiencie et sapiencie mundi que stulticia est apud deum. Ait sapiencie carnis que [illegible] [illegible]
Vel vox prima quam audivit vobis fuit vox angeli qui ista ei intimabat que tube comparatur quia voce angelicam seu inspiracionem
[illegible] fragilitatis vox potest [illegible] de qua dicitur [illegible] 2º factus est repente de celo sonus [illegible] advenientis spiritus vehementis Et
ergo [illegible]. Et vox prima id est vox angelica seu inspiracio divina que dicitur prima respectu vocis corporee que posterior est tempore et dignitate
et qualiter tanquam tube que intimabat ad plenum que dicitur [illegible] [illegible] que [illegible] [illegible] [illegible] carnis oblectamenta et ad que [illegible]
ad festum celi. Loquentis mecum id est in me sed intus id est in mente secundum illud [illegible] Audiam quid loquatur in me dominus deus. Dic [illegible]
vox spiritualis et corporalis quia vox spiritualis loquitur in homine corporalis ad hominem spiritualis sonat intus in mente corporalis [illegible]
in aure vel in aere. Vel mecum id est vel non dissonanti secundum concordanti quia mens eius loquenti voluntati concordabat. Et quod hoc [illegible]
quod vobis [illegible] desiderabat quod angelus admonebat dicens Ascende huc id est erige mentem dilata intellectum et que non poteras carnis
oculis carnis mentis intuitu contemplari. Et ostendam tibi [illegible] ascensum que oportet fieri cito [illegible] et persecuciones et postea
consolaciones et premiaciones maiores [illegible] id est premiacionis [illegible] que in Christo sunt passiones et posteriores glorias. [illegible] statim
id est hoc audito fui in spiritu id est in spirituali contemplacione [illegible] [illegible] pigros qui se procrastinant quod eis percipitur faciendum
[illegible] voce [illegible] secundum vera obediencia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] obediens mandatum non procrastinat secundum [illegible] [illegible]
auditum [illegible] vocis [illegible] [illegible] [illegible] opus et se totum intus recolligit ut mandatum peragat imperantis. Genesis 18
Festinavit Abraham ad Saram dixit que ei Accelera tria sata simile commiscere. Super quo dicit Gregorius festinat Abraham
accelerat Sara. Currit puer nusquam piger in domo viri. Vel ascende huc [illegible] ad [illegible] spirituale [illegible] noli morari in superficie
[illegible] in quo arguit pigriciam [illegible] qui adhuc ad radicem montis expectat cum asino id est cum [illegible] [illegible] Genesis [illegible]
Et ostendam tibi que oportet fieri cito [illegible] [illegible] Iohannis 2º Filioli mei novissima hora est. [illegible] quod hec visio respicit universum
statum ecclesie a principio usque ad finem et quedam dicit de ultimis fidelibus et passionibus corporis quedam de hiis que passi sunt fideles
ante Christi incarnacionem que omnia valet ad fidelium exhortacionem et premunicionem. Et quia non ydoneus est pati [illegible] nisi prius
corrigit male acta vel neglecta ideo hec visio que est de eorum exhortacione sequitur post eas que fuit de eorum correccione
[illegible] [illegible] que dicta sunt non tempore secundum ordinem vidit id est revelaciones seu visiones habuit. Et ecce quod admiracionem et [illegible] notat
[illegible] hostium apertum [illegible] erat in celo id est in ecclesia militante que dicitur celum per vite sublimitatem qua [illegible] [illegible] claritate sicut [illegible]
post varietate stellarum id est fidelium qua [illegible] [illegible] simile est regnum celorum sagene misse in mare. [illegible] celi ostium est Christus
quod nulli clauditur neminem enim venientem ad se repellit [illegible] [illegible] non ingreditur non ostii secundum [illegible] est culpa
Iohannis [illegible] quod dat [illegible] ad me veniet et eum qui venit ad me non eiciam foras. [illegible] celum dicitur [illegible] scriptura
Et dicitur a celando quia sub [illegible] celat multiplex intellectus [illegible] ostium est Christus quod per ipsum solum eius intellectus [illegible]
Omnis sapiencia a domino deo est. Vel ostium scripturarum est obscuritas figurarum que usque ad Christum clause fuerunt ita ut
pauci intelligerent aliquid de scripturis [illegible] Tenebrosa aqua in nubibus aeris id est obscura scriptura in lege et prophetis
[illegible] venit Christus qui est [illegible] recessit obscuritas figurarum et patuit ostium scripturarum [illegible] 2a Aperta sunt [illegible]
et apparuerunt herbe virentes [illegible] qua aperitur hic ostium est humilitas oracionis [illegible] [illegible] Si quis vestrum indiget
sapiencia postulet a deo qui dat omnibus affluenter. Et [illegible] 35 Oracio humiliantis se nubes penetrat id est obscuritates scripture
[illegible] 18 nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli iste non intrabitis in regnum celorum id est in abdita scripturarum. [illegible]
[illegible] dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere quia modicam habes virtutem id est humilitatem que modicam facit [illegible]
reputacione. Et vox prima quam audivi id est in celo id est in ecclesia militante vel in scriptura. Vox prima respectu ecclesie est vox
angelica [illegible] secundum respectu scripture est veteris testamenti quod precedit novum. Tanquam tube loquentis id est tubis et obscuris [illegible]
naturalis legalium ceremonialium et iudicialium preceptorum et tubalis veritas ad plenum ut supra. [illegible] ascende huc id est [illegible]
ad ostium totum enim veteris testamenti [illegible] ad Christum [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] 1a levantes oculos [illegible] neminem viderunt nisi solum Iesum

tras sup ezech om v huib vinq modis applicacione solent p pphie spm multa figri / Si tunc obicit h hayo i. ecctia est sedes dei · et celum est qr ecctia ut dr q
go si sedes est in celo ecctia est in ecctia / Sed hayo q hic no est incovenies qr pus ecctia que adhuc in corpe peginat q dns mete est in ecctia q iam regnat cu illo /
vl aliter h eciam hic lr gen viii octo aiabs tpe diluvij salvatas in archa / Iuno in loco octo aie / alitr nt sigut fidelium · archa vo ecctia velut hic g ibi · qd e archa
sic sut octo aie z qd octo aie sic est archa i· vlis ecctia · Ita hic · qd est sedes hic e celum z qd est celum hic est sedes · ut [illegible] sedes posita d celo i ecctia ecctia si ·
vl aliter h Nicolaus lira sedes in celo est auctas et ptas dei ecctiam regentis · quod quia regit p angelos et platos · ppt qd quiri sedes in celo · s angli z plati p sedes re. /

Tunc ibi Et ecce sedes posita erat in celo Premissis antecedentibus visionis / subiungit ipam visionem et visorum descriptionem et primo narrat visio sedentis in throno / Scdo post corporum que erant in circuitu throni descriptio i. Et iris erat in circuitu sedis z ista pa narrat ecellen sedentis in throno simpr et indistincte In 2a narratur eius ecellencia quantum ad sua dignitatem i. Et qui sedebat similis erat aspectu rc
dit go Et ecce qd evidentiam not · Sedes posita erat in celo Celum fm Ieron et Bedam · significat ecctiam que est sedes dei · fm illud
ps posuisti in celo sedem tuam Et item dns in celo sedes eius Et et sedes posita est dr ecctia celum / qr licet carne in terra verset mente tn celum inhitat ait hayo phil 3 nra conversacio est in celis z ppt alias rones dictas in preceden lectione viii Ioachim dt
Glosa et felix sta mater ecctia sedes dei est · vl sedes est omnium rerum universitas ysaie 6 vidi dnm sedentem sup solium excelsum ·
vl sedes in celo / sut angeli et plati p divinam prudenciam positi et ordinati in ecctia in quibus deus prius residendo regnat ·
ait richardus vnde gg · omel octava pe pte sup ezech / tetas vo ezech po similitudo throni dr dnus p thronum nisi virtutes
anglicas designat · Cf eius enim mundi conditor ac rector · universa p se potest aministrare cunctis / quippe cuius virtus et sapia
attingit a fine usque ad finem fortiter / suap & tn cunctis quo habundancius bonitatis sue foret participes no solum contulit esse aut bn esse
sed et ut aliis essendi aut bn essendi existerent quodammo causa / Ita q p suprema media aliq p hc infima · deus instituit ad
ministrare ac regere / cunctorum corpalia p spualia regit corpalium terrena p celestia · spirituum infimos p medios medios p supmos
purgat illuminat et pficit · porro cunctos homines tam pari potuit illustrare sapia qm pares illa condidit / si homines hominibus
doctores pfice voluit et pastores / quo gens humana in venustate ordinis / mirabilis fecundaret et virtutum bonitate conciliaret /
hinc ecctia pulcritudine posita commendat / q adextris regis assistet ut regina in vestitu deaurato circundata varietate / scilicet ordinum
gradum et officiorum / demumque sponsus in canticis · ecctiam dt ortum / fontem / puteum aquarum vineam / q habeat ubera q dentes sicut
ut greges ovium que omnes sunt gemellis fetibus nec sterilis inter eas / hinc tabernaculum comminas conubantem fecunditate mulierum eius /
posuit vero ecctie ... ad prudenciam subditorum subditis vero ad obediendam platorum / hac postremo dispone deus homines
qui si no essent carnali natiuitate vel sufficere / saltem spirituali volunt copulare vnde sicut dt augus po de doctrina xpiana
ipa caritas que se invicem homines nodo unitatis astringit no haberet aditum refundendorum et quasi miscendorum sibimet aiorum
si homines p homines nichil discerent et pudet ulli etati nisi deficerent et sapientes pbrones nisi qui alios erudirent / ut
deducit b gg · lo po moralium in quibus tn ut dt richardus deus prius residendo regit / fm id po regnabit deus sup gentes
deus sedet sup sedem stam suam / Sedes g posita in celo / est est chorus angelorum et cetus platorum ordinatus in ecctia / fide
et miraculis choruscante sicut celum luminaribus suis de quibus dt Ioh xv posui vos ut eatis z fructum afferatis et act
xx Attendite vobis et universo gregi in quo vos spus stus posuit epos regere ecctiam dei quam acquisivit sanguine suo rc
vl sedes / dicitur pt aia fidelis z sta · ysaie ult / vl ecctia triumphans in gloria quiescens vel beatitudo ihu xpi vel mater eius rc /
Et sup sedem sedens · sup ipe deus trinus et unus s. lura qr p divinis sue potestatis eminet maiestatis dignitate qui cuncta sedibus
sua virtute continet ait richardus / vl sup sedem sedens est ihs xpus · dt enim hayo consuetudo est istius pphie ut aliquando p sedente
deum patrem intelligat / aliquando filium / patrem quippe ibi sessorem intelligi volo ubi dt / vidi in dextera sedentis / librum / dexteram
si sedentis in throno / filium appellans p quem facta sunt omnia ipm vero sedentem deum patrem intelligens / hic aut p sedentem
debes fm eum intelligere dnm ihm xpm Sic tunc quid e que dictum est sup 2o q vidit similem filio hominis ambulantem i medio
candelabrorum aureorum hic at ait q vidit eum sedentem Sed hayo q dns dt ambulare qui dona sue gre electis diffundit
sedere vo qui singulorum merita diiudicat et distinguit · et dt sedere sup sedem / rone eminencie et dignitatis qr excedit omnem dignitatem
et regit ptate · s io Ioh 3 qui de celo venit sup omnes est · math ult data e mi ois ptas in celo et in terra Ibi ergo
ambulat diuidens dona gre desiderantibus et inquirentibus merita singulorum / hic sedet / iudicans et reddens singulis fm merita eorum /
Ibi ambulat querens requiem hic sedet inventa requie ibi ambulat in medio ut pacificus · hic sedet sup sedem ut dns
vnde hic ezech po sup firmamentum similitudo throni et sup similitudinem throni qr aspectus hominis desup / ergo qr et sup sedes homines
adhuc in hac corrupcione corporis vinctos et sup angelicas ptates deus promans / elevatus e mediator dei z hominum homo xpus rc /
Sequitur post ipa descripcio sedentis magis distincte cum subdit · Et qui sedebat similis erat aspectu lapidis iaspidis et sardinis
Circa ad evidenciam lre que dt similis erat aspectu lapidis dicendum q sicut dt dyonysius libro anglice ierarchie c i et ultimo neque possibile
est nobis ad immaterialem illam ascendere celestium ierarchiarum contemplacionem nisi formatis ymaginibus et similitudinibus multiformes
enim in sacris revelacionibus representantur visibilium ymagines ut mens nra p assueta ad occulta discat penetrare q videre no
consueuit unde cum quam visibilia nouit nisi manuductione mali i rerum corpalium similitudine · que fm ipm est i· qua nouit
ad immaterialem invenire possit ascendere contemplacionem hc vo z ibi multum et bn de hoc · Et io dt hic similis qr quilia sit qualis qz gloria
divine maiestatis subsistit incomprehensibile est ut ait richardus Ite quid tunc dt q erat similis aspectu lapidis ideo
qr similis aspectu istorum lapidum Ad pm dicendum q sicut dt aug sup Ioh omnia possunt divina pot dici de deo et nullum condigne
digne enim cuius cogitur nomine sed invenire no invenimus quid sibi conveniens dignum est · leo est · s ob quandam similitudinem hic re
dt go similis lapidi ob suam firmitatem et immutabilitatem qr in seipso firmus et immensus et solidus et qr stabile fundamentum suis electis
Et de hoc richardus bn et helinandus similiter qr firmus est omnia regens p suam potenciam tranquilla cordis nequicia tam lapis precioses /
duricia confringens / Electis stabile fundamentum opus Erga bonos et malos immutabilitatem vitalis custodiens / io dt similis
lapidi ysaie 28 Ecce ego mittam i fundamentis syon / lapidem pbatum angularem preciosum pbatum in fundamento fundatum rc
daniel 2o Abscisus est lapis de monte sine manibus et percussit statuam in pedibus rc vnde bta gg · 28 morum in fine Et nota id
Iob 38 Quis dimisit lapidem angularem eius · dt q conditor nr lapis angularis dr qr duos in se pplos iungit /
vl qr quecunque utriusque vite activa vz et contemplative in se copia monstravit / hic go deus dimisit / qr unicum quem sine tpe
genuit pcuandis hominibus cum tpe audivit / in cuius vita discrevit / cuius divina vivendi studia no discrepare hic i· hic enim lapis
factus est in caput anguli ait pphia in ps · ait xpc Qui cecidit sup hunc lapidem confringet · sup qm vo cecidit comminuet eum /
p pet 2 Ad quem accedentes lapidem vivum ab hominibus quidem reprobatum · ado aut electum et honorificatum z ipi tam lapides vivi
superedificamini domos spirituales / Ad fm dicendum fm lyram q tales apparicones fiut fm convenienciam ad id quod revelatur · Et qr
h eum · sup sedem sedens · deus trinus et unus fuerit sic g apparebat ut gubernans ecctiam militantem / circa quam sicut est
ut consolator et incensor caritatis ppt qd in ecctia primitiva / sup aplos misit spm scm in similitudine ignis · io dt q
coloris iaspidis i· viridis cuius color est confortativus visus et sardinis i· rubei coloris q ppe similis est ad ignem / sicut dictum est /

Sed sequitur Apoc. 4. Super sedem sedens est ipse Christus qui similis dicitur aspectui istorum lapidum. Ad denotandum in eo duplicem naturam scilicet divinitatis et humanitatis. Nam per iaspidem qui viridem habet colorem debemus intelligere claritatem divinitatis filii dei. Viriditas enim inter omnes colores magis delectat visum et reficit
confortat. Sic divinitas inter omnia intelligibilia magis delectat et confortat et reficit intellectum. Sardius autem lapis est rubee similitudinis habens
et ideo per eum humanitas filii dei designatur, que rubore sanguinis perfusa est tempore passionis. Unde et angeli tempore sue ascensionis in celum
interrogantes dixerunt Isaie 63: Quare rubrum est indumentum tuum et vestimenta tua sicut calcantium in torculari. Christus itaque habet virorem
in divinitatis claritate habet etiam ruborem in humanitate. Per quam et ipsum Adam qui rubra testa interpretatur cum ceteris electis ad celestia
revocatur. Aliud est enim ipsius quod viret et aliud quod rubet, non tamen alius est qui viret et qui rubet quia non duo sed unus quia unus deus et homo
constat ex duabus naturis. Perfectus enim deus perfectus est et homo. Et ideo quod in eo viret est potentie, quod rubet misericordie. Et qui per eo quod viret
nos creavit, per eo quod rubet nos redemit. In hac ergo visione constat tota hominis beatitudo, ut sive intus ingrediatur per intellectum
ad contemplandam divinitatem sive foras egrediatur per sensum ad videndum humanitatem in suo salvatore pascua inveniet, intus in
aspectu divinitatis foras in intuitu humanitatis. Unde dicit Augustinus in libro de spiritu et anima quia ideo totum assumpsit hominem deus, ut totum in se beatificaret.
Sed in verbo Augustinus in originali: Iaspis colorem habet aque, Sardius colorem ignis. Et in hiis duobus duo iudicia dei intelliguntur,
unum quod factum est in aqua diluvii, aliud quod erit in igne. Nam ignis in conspectu eius exardescet. Ait Psalmista. Et in petro ultimo
celi calore solventur. Concreto ergo dei filius habens viriditatem in divinitatis claritate et ruborem in humanitatis passibilitate, dicitur similis hiis lapidibus.
Sanctus vero dilectus meus candidus et rubicundus. Vel similis dicitur hiis duobus lapidibus quia in potestate sua habet duo iudicia quorum unum
consummatum est per aquam, aliud consummabitur per ignem. Vel potest hic referri ad filium dei in iudicio futuro in quo suis electis apparebit
clarus blandus dulcis et delectabilis, reprobis autem iratus et terribilis. Unde et angelus indicans eius resurrectionem apparuit mulieribus
cuius aspectus erat sicut fulgur, vestimenta autem candida sicut nix. Matthei ultimo. Super quo glossa omnia per eum sic per ceteros Ihesus in fulgure
terror timoris designatur, in nive vero blanditudo amoris. Omnia quippe opera dei et terribilis est peccatoribus et blandus iustis. Recte testis
resurrectionis eius angelus in fulgure vultus et in candore habitus demonstratur, ut ipsa sua specie et terreret reprobos et mulceret pios. Unde
recte quod populum per deserta gradientem columpna ignis in nocte et columpna nubis in die preibat. Exodi 13 et post. In igne enim
terror est, in nubis autem visione lene blandimentum. Dies vero vita iusti, nox autem accipitur vita peccatoris. Unde et quondam peccatoribus
Paulus dicit Ephesiis 5: Fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino. In die ergo per nubem columpna monstrata et nocte per ignem,
quia omnipotens deus et blandus iustis et terribilis apparebit iniustis. Istos in iudicio veniens per lenitatis mansuetudinem demulcet,
istos vero per iustitie districtionem terret. Hec glossa. Et de hoc etiam dicit hic Richardus: Primus lapis viret, secundus rubet, viror sed inmarcessibilitatis
eternitatis, rubor ignem dampnationis. Vel ideo dicitur esse similis hiis lapidibus quia electis promittit glorie eternitatem et reprobis ostendit
dampnationis illos per promissum virorem demulcet, istos per minatum ruborem terret. Et ibi bene de hoc et quasi idem Helimandus.
Et de hiis lapidibus dicit Isidorus libro 16 ethimologiarum capitulo: Iaspis est viridis coloris et est gemma preciosa. Et ut dicitur in tractatu
de lapidibus fugat febres et mulieri parturienti confertur prebere tutamentum et ut fertur fantasmata noxia pellit. Sardius vero
rubri habet colorem ut dicit Isidorus ibidem. Et ut dicitur in predicto tractatu vilis reputatur et tamen virtuosus est, quia ut ait quidam sapiens
Onix quem dicitur esse lapis faciens sopniare tristitia et multiplicat lites non nocet portanti Sardium. Et ob hanc ipse est
ut non dicitur sedente in sede similem esse aspectum predictorum lapidum. De quibus etiam habetur Exodi 38 In primo versu erat lapis Sardius et
et infra 21: Fundamentum primum iaspis etc. Vel per istos lapides etiam potest significari status hominis qui viriditatem iaspidis habet in dei contemplatione
manens, alius vero iacens virtutibus ipsa per nichilo reputat, dum pastus etiam vitalis viret. Sed quod rubri colore sardii
quem electi ne desperent extollantur visione singularitate humana admonetur. Unde propheta dicit: Domine iniustitiam contendentibus semper dicitur
filii hominis, acsi eis diceretur: Et si claritate divina vestra aspiratis, tamen mortales estote quia homines estis. Et de propagine petrus
homo descendisti, ideo quoque per humana intimo te. Rubea terra estis. Hec ille. Item non sic deum est nomine presidis intellectus, dignitas
et auctoritas prelationis. Unde dicitur Ecclesiastici 7: Noli querere ab homine ducatum neque a rege cathedram honoris. Et ibidem: Sedes ducum
superborum destruxit deus et sedere fecit mites pro eis. Hec ille. Cuius quia multi tamen sederunt in throno et insuperabiles
portabit diadema. Sed scribitur 3 Regum 10 quod ad thronum Salomonis sex gradibus ascendebatur. Ad innuendum quod sex sunt precipue
quia in se habere quilibet volens ad prelationem ascendere. Primus est innocentia qua nulli noceat et cunctis proficiat. Sic quod Augustinus diffiniens eam
dicit: Innocentia est que nec facit iniuriam nec relinquit iniuriam. Hoc est quod nulli nocet et omnibus proficiat. Unde in 1 iudicium cordis de
qua Ysaias 52: Mundamini qui fertis vasa domini. Hinc est quod Aaron et filii eius primo preparantur femoralibus lineis et camisia
candida induuntur Exodi 36. Secundus est solitudo spiritualis ad quam pertinet ut prelatus in solicitudinibus quibus oportet occupatur temporalium.
tamen 2. Nemo militans deo implicat se secularibus negociis. Tertius est vitas promissio ut quod permittit in susceptione
regiminis sperat in operatione officii. Unde Petro. Hos docuit Moysen eligere adiutores in quibus esset vitas Exodi 18
de hiis ergo dicitur in Psalmo: Quis ascendet in montem domini, id est ad prelationem aut quis stabit in loco sancto eius, id est in dignitate prelationis
qui tenet locum suum est et sequitur dicit facere vel suscipere processore. Et sequitur: Innocens manibus et mundo corde. Quo ad 2m
quod non accepit in vano animam suam, id est quia vanitatibus mundi non implicat animam suam et est 3m nec iuravit in dolo proximo suo. Quarto
Quintus gradus est sapientia, id est intelligentia spiritualis sapientie, quoniam Thimotheo vanum sunt omnes honores in quibus non subest sapientia dei. Ad Romanos 8
prudentia carnis mors est, prudentia spiritus vita et pax. Propter hoc non est pax in terra quia prelati non habent prudentiam sed carnis
et mundi que habere facit in morte Iacobi 3. Non est ista sapientia desursum descendens sed terrena animalis et diabolica. Que autem desursum est
sapientia primum quidem pudica est deinde pacifica modesta suadibilis bonis consentiens plena misericordia et fructibus bonis. Unde
sapientia prelatorum Baruch 3° dicit: Ubi sit prudentia, ubi virtus, ubi sit intellectus, ut scias simul ubi sit diuturnitas vite et victus
eius sub prelatore. Baruch 3. Ubi principes gentium et qui dominantur super bestias que sunt super terram, qui in avibus celi ludunt
ubi sit lumen oculorum et pax. Ubi principes gentium et qui dominantur super bestias que sunt super terram qui in avibus celi ludunt
qui argentum thesaurizant in quo confidunt homines et non est finis acquisitionis eorum etc. Exterminati sunt et ad inferos descenderunt. Prelati forte in istis temporibus
Sextus gradus est zelus animarum sine quo nec omnia prosunt dicit implatum. Unde et dicitur Petro interrogavit de dilectione sua per quam commisit
et custodiam omnium suarum Iohannis ultimo. Sed heu modicum apparet hodie ubi quis nunc zelus animarum in prelatis. Ideo potest dici cum Caritate
ipsa hec loquens iustus et non est qui recogitet. Bona cadit asina et est qui sublevet, perit anima et non est qui curet.
Ezechiel 34 dicit: Super oves meas eo quod non est pastor et facte sunt in devorationem omnium bestiarum agri. Hec ille. Iohannes 10: Ego sum pastor bonus et
ideo sedes posita dicitur in celo ut ostendatur quod qui sedet in ea dicit esse celestis. Augustinus 19: Vos qui secuti estis me etc. Unde et
Et qui sedebat super sedem similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardii. Quemadmodum per virorem iaspidis iusticie fides et
dicitur quod qui sedebat super sedem. Hec ille. Rubore sardii caritas prelatorum designatur, vel iustitia et misericordia que sunt maxime necessaria prelato sedenti in pastorali

Iusti enim et clementes debent esse prelati. Nam iusticia sine clementia crudelitas est, clementia sine iusticia remissio invenitur. Unde dicit [illegible] Estote prudentes sicut serpentes etc. ut astuciam serpentis temperet simplicitas columbina, columbe simplicitatem acuat astucia serpentina. [illegible] moralium rectoribus utrumque summopere est tenendum ut nec in disciplinae vigore mansuetudinem nec [illegible] mansuetudine discretionis desit disciplina, quibus nec a compassione pietatis obdurescat cum [illegible] corrigit nec disciplinae vigorem molliat cum infirmorum animos consolatur. Regat ergo disciplinae vigor mansuetudinem et mansuetudo ornet vigorem ut nec vigor sit rigidus nec mansuetudo dissoluta etc.

Et yris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinae. Et in circuitu sedis sedilia xxiiii^or et super thronos xxiiii^or seniores sedentes circumamicti vestimentis albis et in capitibus eorum coronas aureas. Et de throno procedunt fulgura et voces et tonitrua. Et septem lampades ardentes ante thronum que sunt septem spiritus dei. Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile cristallo. Et in medio sedis et in circuitu quattuor animalia plena oculis ante et retro.

Posita narratione visionis et visorum, scilicet sedis et appellationis sedentis in throno, subiungitur descriptio eorum que erant in throni circuitu. Et primo premittitur eorum que erant in circuitu sedis descriptio, secundo descriptionis eorum que erant in medio sedis et in circuitu sedis [illegible] ibi: Et in medio sedis etc. [illegible] quinque narrantur: primo premittitur de yride, secundo subditur de xxiiii senioribus ibi: Et in circuitu sedis sedilia etc., tertio subiungitur de procedentibus de throno ibi: Et de throno etc., quarto de lampadibus ibi: Et septem lampades etc., quinto de mari vitreo ibi: Et in conspectu sedis etc. Dicit ergo quo ad primum: Et iris erat in circuitu sedis. Secundum [illegible] iris grece latine dicitur arcus. Arcus autem in die pluviae paret et est signum propitiationis. Dixit dominus tempore diluvii ad Noe Genesis [illegible]: Ponam arcum meum in nubibus et recordabor foederis mei. Quid utique per arcum debes intelligere nisi dominum Ihesum Christum [illegible] solem [illegible] inspicit et effectus [illegible] irradiat videtur. Nam radiis solis ingreditur nube ymbrifera etc. formatur arcus. Sed utique [illegible] Christo congruit quia ipse enim est sol per divinitatem de quo scriptum est Malachie [illegible]: Vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticiae. Radius vero solis id est claritas lucis eternae ingressus est nubem qui in utero virginis carnem accepit, de qua nube dicitur Ysaie 19: Ascendet dominus super nubem levem et ingredietur Egyptum. Que nubes id est caro domini recte ymbrifera dicitur propter plenitudinem gratiae et multitudinem doctrinarum. Est autem arcus signum propitiationis et pacis quia videlicet in Christo omnium salus et propitiatio consistit. Unde angeli in eius nativitate pacem annuntiaverunt dicentes Luce 2: Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Et ipse ad patrem ascensurus dixit discipulis suis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, Iohannis xiiii. De quo etiam scribitur I Iohannis 2: Si quis peccaverit advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Unde et yris grece [illegible] ut dicatur yrini id est pax ut dicit [illegible] et Christus ipse est pax nostra, Ephesios 2. Yris itaque erat in circuitu sedis quia dei filius Ihesus Christus est corona et protector sanctorum suorum. Unde et in arcu sunt duo colores principales scilicet viridis id est aqueus et rubeus sive [illegible] in quibus misterialiter apte designatur aqua baptismatis et sanguis redemptionis, per que duo mundantur ab omnibus peccatis. Cum his duobus misteriis tota ecclesia tingitur et per hec in novitate spiritus renovatur. In cuius signum de latere Christi dormientis in cruce exierunt sanguis et aqua, Iohannis 19. Unde Gregorius omelia [illegible] super [illegible] exponens illud Ezechielis primo: Velut aspectus arcus in die pluviae cum fuerit in nube, dicit: Arcum omnipotens deus inter se et homines in signo posuit ut ultra mundum diluvio non deleret. In arcu autem aqua et ignis apparet et per mediatoris adventum virtus sancti spiritus in baptismo gratiae claruit, qua electos dei et aqua baptismatis lavit et igne divini amoris accendit. Ex eo enim admixto colore aque simul et ignis quidam arcus in nube ad protectionem perspicitur, unde dicit Iohannis 3: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Cum arcus in nube est in die pluviae quia in divina incarnatione in effusione predicationis ostenditur ut ad veniam corda credentium duo parte renoventur. Nube enim redemptoris carne non incongrue accipitur de qua per prophetam dicitur: Qui ponis nubem ascensum tuum. Nubem quippe ascensum suum posuit quia ille qui divinitate ubique est carne ad celestia ascendit. Hec ille. Est ergo sensus hic: Et iris erat in circuitu sedis id est Christus in circuitu ecclesiae tingens eam, protegens et muniens aqua et sanguine suo signum [illegible] foederis inter deum et homines. Et additur in littera: Similis visioni smaragdinae. Secundum [illegible] smaragdus est viridis coloris et plurimum [illegible] et super per iaspidem signatur divinitas filii dei qua tota ecclesia fundatur et gubernatur, in quo est color viridi qui tunc certis intersignis videbatur, sic [illegible] designabatur consolatio dei suis electis affutura maxime in tribulationibus ecclesiae futuris eo quod viridis color est confortativus visus. Et sicut smaragdus viriditate omnes herbas et omnium arborum frondes superat et oculos turbatos recreat, sic divina consolatio suo visu sanctos reficit ut [illegible] iusti in conspectu dei et delectentur in leticia. Quod quia non nisi in circuitu sedis nisi quia audit quod nemo venit ad deum nisi per Christum, Iohannis x: Nemo venit ad patrem nisi per me. Recte yris est arcus sive corda ad nos inclinatur [illegible] in signum quod non vult ferire sed parcere. Unde Ezechielis 18: Nolo mortem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat. Et ut [illegible] dicitur simile smaragdo qui loca vicina suo colore induit et informat, signum est quod divina consolatio et misericordia super omnes se extendit ad [illegible] solem suum facit oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Yris ergo in circuitu sedis similis visioni smaragdinae fuit quia misericordia eius protegit illos in quibus sedet et quod nunquam accedit ad ipsum nisi sua misericordia mediante seu gratia preveniente. Trenorum 3: Misericordie domini quia non sumus consumpti quia non defecerunt miserationes eius per multa flagella peccatorum. [illegible] at in [illegible].

Si ergo voluit insuperabile atque inexhausta dominice maiestatis virtute / quo liberamur meritis persensuit / ut dicit Augustinus / Sed de tutela / sed alio nos et alium modum redemptionis nostre deo fuisse possibile cuius potestati cuncta subiacent / Sed nunc miserie sanande convenientior modus alius non fuisse nec esse oportuisse / Nichil quippe mentes nostras tantum erigere potuit / et ab immortalitatis desperatione liberare / quam quod tanti nos fecit deus ut dei filius immutabiliter bonus in se manens quod erat et a nobis accipiens quod non erat / dignatus nostra inire consortium mala nostra moriendo perferret. Item redemptio est actus iusticie commutative que secundum philosophum quinto ethicorum consistit in equalitate quantitatis / Pretium autem redemptionis humane nature equale culpe non potest esse nisi creator et non pura creatura / propter tres rationes / prima racio propter valorem redimendi / Sed cum sit tota humana natura in omnibus suis individuis / cui nulla virgo creatura potest equari / Secunda propter infinitatem offense quia cum contemptus sumat magnitudinem ex subiecto / utputa in humanis peccatum ut dicit philosophus quinto ethicorum iusticia non est quia si quis alapa dederit regi vel pontifici non sufficeret quod ipse idem patiatur / sed multo maiori et graviori pena dignus existeret / Inde est quod contemptus infinite maiestatis infinitum est / sed creatura aliquorum cum infinitum nunquam creatura cuius ipsi finite virtutis equari non potest / sed quod infinitum creature sicut opus dei per minorem creature cum deo / et accipiat virtute infinita / Tercia propter inopiam creature / quicquid enim habet bonum quod suum sit / sed totum est dei Sed in cum pro se ipsa tota se teneatur impendere creatori / ipsum tamen stricti iuris pro ullo satisfacere potest. Quod quia sola dei munere condita bonum sumit complectitur deo / ipsa non redimet / quia nichil non potest redimere / Redimet hoc pretium / quod dicit non est / quia non dabit / non potest dare deo placacionem suam et quia nichil non potest redimere / Redimet homo pretium / quod dicit. Non est / quia non dabit / non potest dare deo placacionem suam et / prout indigent redemptionis anime sue super indignum. Multo ergo minus dabit pretium hoc placacionis pro tota natura humana. Et hic pulchre deducit Bernardus quam proveniret moralium tractatus id Job 26 prudentia eius percussit superbum deus / Ipse namque dyabolus in illa nos primi parentis radice supplantans sub captivitate sua quasi iuste tenuit hominem / qui libero arbitrio conditus ei iniusta suadenti consensit / Nam vita namque conditus / in libertate propria voluntatis sponte sua factus est debitor mortis / Delenda ergo erat talis culpa / sed nisi per sacrificium deleri non potuit / Querendum itaque erat sacrificium / Sed quale sacrificium poterat pro absolvendis hominibus inveniri / Neque enim iustum fuit ut pro rationali homine brutorum animalium victime cederent / Unde dicit apostolus Hebreos 10 / Necesse est ergo exemplaria celestium hiis mundari / ipsa autem celestia melioribus hostiis quam istis. Ergo si bruta animalia pro rationali animali id est pro homine digne victime non fuerant / requirendus erat homo qui pro hominibus offerri debuisset / ut pro rationali peccante rationalis hostia mactaretur / Sed quid est quod homo sine peccato inveniri non potuit. Et oblatus pro nobis hostia / quando nos a peccato mundare potuisset / si ipsa contagione peccati non careret / Inquinata quippe hostia inquinatos mundare non posset / Ergo ut rationalis esset hostia homo fuerat offerendus / ut vero a peccatis mundaret / homo et homo esset sine peccato / Sed quis esset homo sine peccato si ex peccati commixtione descenderet / proinde venit propter nos in uterum virginis dei filius / ubi pro nobis factus est homo / sumpta est ab illo natura non culpa / fecit pro nobis sacrificium corpus suum / victimam sine peccato / que et humanitate mori et iusticia mundare potuisset / Hunc ergo cum per baptismum cognovit pro peccatoribus victima sine peccato / vidit antiquus hostis mox temptationibus impetiit et per diversos aditus ad interiora eius molitus irrumpere / victa est atque ipsa inexpugnabili mentis eius integritate prostratus / Sed quia ad interiora eius non valuit / ad eius se exteriora convertit / ut quem temptatione non valuit / carnis saltem videretur morte superare / atque permissus est in illud quod ex nobis mortalibus mediator acceperat / Sed ubi potuit aliquid facere / ibi ergo omnino parte devictus est / et unde exterius accepit potestatem dominice carnis occidende / inde interior potestas eius qua nos tenebat occisa est / Ipse namque sed dyabolus intus victus est dum quasi vincit exterius / et qui nos iure debitores mortis tenuit / iure in nobis ius mortis amisit / quia per satellites suos eius carnem puniendam appetiit / in qua nil ex culpe debito invenit / Quem ergo in se pro nobis mortem solvit indebitam / ut nobis mors debita non noceret / Bene itaque dictum est / prudentia eius percussit superbum / quia antiquus hostis per concessum presumptionis sue eum etiam perdidit quem iniqua persuasionis lege possedit / et dum audacter eum in quo nil sibi competebat appetiit / iure illum quem quasi iuste tenebat amisit / Prudentia itaque non virtute percussit / quia quasi dum ad temptandum deum se solvit / ab homine possidendo religatus / ut inde eum quem sub ipso erat perderet unde eum illo qui super ipsum est aggreditur / presumpsisset hic / Hic est enim ut mox apostolus ad Colosenses 2° Cyrographum decreti quod erat contrarium nobis quod per delevit sanguine suo et tulit ipsum de medio solvendo debitum quod in ipso fuit descriptum et affixit ipsum cruci id est ipsum morte perimit quasi / Sic cyrographum decreti illius pene in dei iusticia debitum fuit / quam ipse dyabolus perpetuaverat / Quacumque die comederitis ex eo morte moriemini Genesis 2° / Sed quando hic dimissis vinculis suos captivos hostis humane salutis tenuit / in ipso soluto / expolians principatus et potestates infernales / eradicans captivos / palam id est aperta iusticia triumphans eos in semetipso / triumpho inserere per potentie quasi tirannice utentes sua potestate contra eum in quo nil iuris habuit / ipsam meruit privari tradiderunt se ipsos suos in sua domini etiam admodum sponse / cum ascendens in altum captivam duxit captivitatem / ad Ephesios 4 / Sic per hanc etiam operibus non humane redemptionis esse potest / quia homo non fuisset sufficiens a servitute peccati et dyaboli liberatus / nisi etiam ab opprobrio omni similis gravi erat victoria consequi / quod quantum fuit quod ipse dyabolo et peccato victus concubuit / quando at victi est quod dico servus / cum a quo quis superatus est illius servus est 1 Petri 2° Nam secundum leges servus dicitur a servando / quasi captus ab hostibus servabatur in vita / ad servitutem victoris / A qua quidem condicione non plene potuit homo liberari / nisi ipse idem vinceret qui victus fuerat / Et hec victoria fuit victoria Christi que est per passionem per quam palam triumphavit principatus et potestates in semetipso / Unde quod homo perfecte libertatem non nisi per redemptionem congruencius restitui potuit / convenientissime humana scriptura huiusmodi liberationis pelegit et per eum abstulit opprobrium de universa terra / Ysaye 25 / Propterea quod pronunciasset quod licet alio modo liberari. Deo possibile fuit / tunc modo

Unde dicit apostolus Hebreos 2° decebat eum illum propter quem omnia et per quem omnia qui multos filios in gloriam adduceret auctorem salutis eorum per passionem consummare / Quod enim sanctificat et qui sanctificantur ex uno omnes

redemptionis per mortem et sanguinem eterna dei sapientia Christus [illegible] congruentissime elegit. Christus quod convenit sibi [illegible] et
convenientis magistra dei iustitia. Dicitur: dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius quoniam occisus es et redemisti nos deo.
Et prima adhuc congruentia quantum sufficit ad propositum potest accipi scilicet ex parte Christi reparantis, ex parte modi reparandi scilicet per mortem
et ex parte utilitatis inde sequentis. Quantum ad primum dicit Damascenus super primo capitulo: [illegible] Christus filius dei vivi [illegible] Christus in
persona filii dei duplicem exprimit naturam scilicet divinam et humanam, dignitatem regiam et sacerdotalem et gratie plenitudinem. Christus unctionis
[illegible] quantum ad divinam naturam sit patri et spiritui sancto coeternus consubstantialis et coequalis virtute quo ad [illegible] et [illegible]
de peccatorum [illegible] ut dicit apostolus ad Hebreos primo: Cum sit splendor glorie dei et figura substantie eius, id est imago, portans omnia verbo virtutis
sue purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Congruentius igitur per personam filii completur mysterium
redemptionis quod apparet tam ex parte [illegible] quam ex parte [illegible] quia ipsa sit imago filius verbum et media in trinitate persona. Decuit
enim ut imago [illegible] assumeret et repararet et qui filius dei patris est in deitate filius esset virginis in humanitate
et qui filius est naturalis cui debetur competit hereditas filios faceret adoptivos et coheredes. Et qui verbum est patris manifestativum
viam salutis manifestaret humanis [illegible] ut ipse dicit Iohannis xvii: Pater manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Et quia media
est persona in divinis sit mediator reconciliationis humane [illegible]. Ad Timotheum 2o: Unus est mediator dei et hominum homo Christus Iesus. Talis
[illegible] ex parte [illegible] quia est sapientia vera equalitas species et decor ut hec sapientia dei [illegible] astucia dyaboli seducta [illegible]
equalitatem divine sapientie cecidit in ignorantie [illegible] et dyaboli servitute [illegible] equitate iusticie decuit ut [illegible] ymago [illegible]
[illegible] dei sapientia vera equalitas species et decor de hoste [illegible] reformatur. Ideo etiam factus dignus est agnus scilicet Christus
qui [illegible] humanitatem in qua cum ceteris [illegible] hominibus, quia tamen in se maiorem habet gratie plenitudinem pre ceteris dignus fuit.
Habet enim gratie plenitudinem secundum triplex genus cause scilicet finalis formalis et efficientis. Finis enim gratie est ut homo deo iungatur quod
plane fit quando [illegible] dei bonitate humana natura assumitur a dei verbo in unitate persone divine non solum quantum ad animam que est deo
magis similis sed quantum ad carnem a divina simile magis elongatam quod est indicium maioris benignitatis et pietatis divine. I ad Timotheum 3o:
Et magnum pietatis sacramentum quod in carne manifestatum est. Iohannis primo: Verbum caro factum est. Et ad Colossenses 2o: In ipso
habitat plenitudo divinitatis corporaliter. Sic ergo humana natura in Christo [illegible] plene consequitur finem suum. Ab ipso autem fonte divinitatis
egreditur gratia formaliter perficiens humanam naturam quod supereminenter et excellenter fuit in Christo per plenitudinem carismatum
virtutum gratiarum et donorum quantum ad omnes usus et affectus gratie. Iohannis primo: Vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre
plenum gratie et veritatis [illegible] ab ipso effective in omnia membra [illegible] est omnis gratie plenitudo tamquam a capite [illegible] ordine
[illegible] a divinitate fluunt in [illegible] corpus [illegible] a quo in corpus ipsius mysticum [illegible]. Christi enim caput deus est et
[illegible] caput Christus. I ad Corinthios [illegible] de cuius plenitudine omnes accepimus. Iohannis primo. Ipsum enim dedit caput super omnem ecclesiam
ad Ephesios primo [illegible] influxit in ipsam quam redemit et edificavit in sanguine suo [illegible] fidem
et motum caritatis [illegible] gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Iohannis primo. Et tamquam pugil invictissimus [illegible] contra hostem humani
generis [illegible] ingressus est ut David contra Goliam et ut summus pontifex per proprium sanguinem introivit semel in sancta
eterna redemptione inventa. Hebreos ix. Christus enim dilexit ecclesiam et tradidit semetipsum pro ea ut eam sanctificaret
[illegible] et virtutibus mundans eam lavacro aque in verbo vite per baptismum et alia sacramenta que fluxerunt de latere pendentis in cruce
ut exhiberet sibi eam gloriosam fidelem et pacificam non habentem rugam [illegible] neque maculam deformitatis morum.
Sic ergo Christus plenitudinem gratie quam super omnes habuit [illegible] secundum genus cause finalis [illegible] secundum genus cause formalis
et capitis secundum genus cause efficientis dignus fuit aperire librum et solvere signacula eius quod fuit primum. Secundum quo ad secundum scilicet de
congruentia ex parte modi reparationis quem notatur [illegible] quod dicitur occisus es [illegible] per peccatum primi parentis totum genus humanum
erat alienatum a deo non quidem ab eius potestate [illegible] sed a visione beatifica faciei eius ad quam filii domestici
admittuntur. Ad Colossenses primo: Vos cum aliquando essetis alienati et inimici reconciliavit in corpore carnis sue per mortem. Et in potestate
dyaboli usurpantis detinebatur tamen hoc sibi consenciendo se subdiderat. [illegible] Christus per passionem suam duo fecit deo per offensam satis-
fecit nos reconciliando filios et domesticos fecit et a potestate dyaboli nos liberavit vincendo eum per iustitiam [illegible]
primum fecit cum secundum dei ordinationem ex maxima caritate [illegible] scilicet dei et hominis [illegible] quam obtulit. Ad
Ephesios v: Dilexit nos et tradidit se, non vendidit sicut impius Iudas, semetipsum non rem temporalem non angelum non hominem
pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suavitatis. Secundum fecit [illegible] dei ordinationem quia filius hominis vadit ad mortem sicut
diffinitum est [illegible]. Christus enim est agnus qui occisus est ab origine mundi [illegible] scilicet secundum dei ordinationem et
[illegible]. Tertium fecit ex magna caritate. Maiorem enim caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Iohannis xv. [illegible]
Bone Iesu tu maiorem adhuc habuisti qui posuisti eam pro [illegible] et [illegible]
[illegible] divine maiestatis et [illegible] divine pietatis. [illegible] ad Romanos v. Et tu [illegible]
mortuus es ex inestimabili caritate que omnem modum excedit omnem mensuram superat et omnibus supereminet. I Iohannis 3: In hoc
cognovimus caritatem dei quoniam ille animam suam posuit pro nobis. Et iste modus est efficacissimus ad attrahendum nos ad amorem suum ut
[illegible] super omnia [illegible] reddit amabilem te [illegible] bone Iesu calix quem bibisti opus nostre redemptionis.
Hic [illegible] amorem facile vendicat totum [illegible] est quod [illegible] devotionem et blandius allicit et iustius [illegible]
[illegible] et afficit vehementius. Hoc autem opus nostre redemptionis prestitit ex maxima caritate patris qui [illegible] commendat caritatem suam in
nobis quoniam proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ad Romanos 8. Et iste modus fuit deo acceptissimus ad sibi
placandum genus humanum quia [illegible] rectitudo divine iustitie ordo divine sapientie [illegible] divine
pietatis et [illegible] divine maiestatis [illegible] tanta offensa non relinqueretur impunita quod exigit rectitudo divine iustitie
[illegible] ad debitum ordinem per penam reducatur secundum ordinem divine sapientie et [illegible] hoc [illegible] facere non potuit
deus pater [illegible] dedit filium suum quod est maioris [illegible] quam si solo verbo remisisset offensam. Ad [illegible]

Iustificati sumus per gratiam dei qui filium suum proposuit propiciatorem pro peccatis nostris. Ignorata ante te domine potestatis eius non subsistit tanta offensa et honorificencia divine maiestatis que reparatur per oblacionem et mortem filii dei qui per obedienciam pene austeritatem sustinuit ac acerbitatem pati voluit sustinendo quia sicut quibus hostis antiquus primum hominem vicerat scilicet per inobedienciam cibi vetiti delectacionem superba operacionem. Christus que dei filius cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed exinanivit semetipsum formam servi accipiens humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem etc. Phil. 2. Ut sicut per inobedienciam unius constituti sunt peccatores multi ita per unius obedienciam iusti constituentur multi ad Ro. v. Ex qua obediencia pati voluit penam acerbissimam. Cuius acerbitatem auxit nobilitas subiecti integre et vivacitatis paciencis. Malignitas inducti populi crudeliter sevientis et acerbitas supplicii celeriter et ignominiose punientis. Primum patet quia nunquam fuit dignitate prestancior neque vita innocencior ideo pena maior reputabatur et minus debita quemcumque erat quantum ad partes sibi … et … et quantum ad universitatem peccatorum propter que paciebatur. Unde Bernardus in quodam sermone: Caput angelicis tremendum spiritibus densitate spinarum pungitur, facies pulcra pre filiis hominum sputis iudeorum deturpatur. Oculi lucidiores sole caligant in morte. Aures que audiunt concinunt angelicos cantus nunc audiunt peccatorum insultus blasphemias et opprobria illusiones et convicia. Os quod docet angelos felle et aceto potatur. Pedes quorum scabellum adoratur et manus que formaverunt celos crucis clavis affiguntur, corpus flagellis laceratur, latus lancea perforatur. Et ut tota tradam non remansit in eo nisi lingua ut matrem discipulo commendaret et pro peccatoribus exoraret. Nam a planta pedis usque ad verticem non erat in eo sanitas, species neque decor. Ysa. 53. Vidimus eum … quasi leprosum percussum a deo et humiliatum. Hic autem dolor non solum erat in corpore sed procedebat usque ad animam que tristis erat usque ad mortem apprehendens causas dolorum scilicet maiorem peccatorum multitudinem pro quibus omnibus propere sustinuit penam unicuique debitam. Et ideo ad … delicti dicit esse plagarum modum et ipse paciebatur pro peccatis totius mundi oportuit penam eius esse acerbissimam. Variat etiam paciebatur quantum ad lesionem corporis quod erat tenerrime complexionis quia miraculose formatum erat miraculose sunt potencia sic ut ait … de vino facto ex aqua … Variat etiam quantum ad receptionem lesionis propter … spiritum … nobilitate complexionis et propter … secundum Damascenum divina dispensacione unicuique virium permittebatur agere et pati secundum modum sue nature quantum competebat ad finem redempcionis humane nature et omnes vires sic pro viribus inferioribus non immittebatur consolacio sed doloris mitigacio a superioribus. Et propter hoc pendens in cruce dicebat: Deus deus meus ut quid dereliquisti me. Mt. 26. id est tantis doloribus exponendo, licet enim anima esset gloriosa per unionem divinitatis tamen gloria anime non redundabat in corpus sicut erit in corporibus glorificatis ut in carne compleretur misterium nostre redempcionis … qui sic destructus et non fuit qui consolaretur et non inveni. Et Ysa. 63. Torcular calcavi solus et de gentibus non est vir mecum … concepta pertransivit matrem cuius animam pertransivit filii gladius in angustiam doloris …

dt p

Crescebat insuper dolor eius ex malignitate inducti populi crudeliter sevientis quos sibi … habebat contradictores in verbis, observatores in factis, in tormentis illusores et in morte exprobratores de quibus constat in hystoria evangelica … et 18 … O bone Ihesu quam dulciter cum hominibus conversatus es quam habundanter multa et magna bona opera largitus es, a quibus tam indigna tam aspera et magis pateris, dura verba, duriora verbera et durissima tormenta. Crescebat denique dolor eius ex atrocissimo etc. supplicio ipsum … et ignominiose puniente quod erat latronum supplicium quo nichil acerbius aut formidabilius quo transfodiebantur loca magis nervosa scilicet manus et pedes et inde dolor crudelior reddebatur. Hoc genus tormenti pati voluit ut qui in ligno vicerat in ligno vinceretur. Voluit insuper pati mortem per separacionem anime a corpore salva tamen unione divinitatis cum utroque quia anathema sit qui dicit dei filium naturam quam semel assumpsit aliquam reliquisse et in hoc solvit debitum ad quod totum genus humanum divino iudicio erat obligatum de quo dicitur Gen. 2. Quacumque die comederitis morte moriemini. Hec mors etiam eius fuit acerbissima propter etatem perfectam in qua mori voluit ut dilectionem suam ad nos magis commendaret et ut in tali etate resurgens perfectam resurgentium demonstraret etatem ut dicit apostolus ad Eph. 4. Donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnicionis filii dei in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi in qua quidem etate gratissima et iocundissima erat anime et corporis coniunctio sine rebellione carnis ad spiritum ut non dicere possit cum apostolo: Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius ad Ro. vii. Quorum gratissima et perfecta quedam pacifica morte reddebat acerbiorem. Eccli. 41. O mors quam amara est memoria tua homini habenti pacem in substancia sua et valenti sumere cibum. Hec est perfecte etatis qui nec morbo corruptus est neque senio. Si memoria mortis fuit in Christo tam amara quod sudor eius factus est sicut gutte sanguinis decurrentis in terram quanto amarior fuit realis punicio. Fuit etiam ignominiosa ex loco insigni, tempore celebri, coram vili … latronum. In urbe pati voluit quia erat locus oblacionis sacrificiorum passionem suam per quam deo pro nobis oblatus est figurantium et ut salutem humani generis operaretur in medio terre habitabilis. In tempore solemni quod ut ait Leo papa divino dispositum fuit consilio ut manifeste impleretur effectu que diu figurate fuerant promissa misterio. Christus extra civitatem passus est ut veritas tenderet figure quia sacrificia que fiebant pro toto populo offerebantur extra civitatem ut dicitur Levit. xvi de vitula ariete et hirco. Ad Heb. 13. Ihesus ut sanctificaret populum suum extra civitatem passus est dans nobis exemplum ut cum volumus deo acceptum offerre sacrificium a mundana conversacione recedere debemus … improperium eius portantes quem sicut pro nobis maledictum … portat sic pro omnium saluti inter nocivos quasi noxiorum affigitur ostendens quid in futuro iudicio facturus sit electos ponens a dextris et reprobos a sinistris et quod in futura vita quidam enim … portant pro eterna gloria alii pro … aut temporali … Sic passus est passione gravissima acerbissima … tota ac ignominiosissima ex quibus verificatur quod canitur prophetice de ipso: O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Dolor magnus ex afflictione ipsius corporis, maior ex compassione aliene iniquitatis, maximus ex lesione divini honoris secundum debitum ordinem caritatis quo … plus diligere proximum quam corpus proprium et deum super omnia. Hec urget me infigi memorie devote anime ut dicat cum celesti sponsa Cant. 1. Fasciculus mirre … amarissime mortis dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur scilicet inter … per meditacionem et affectum per compassionem et devocionem. Quam ut ait Bernardus … hec meditari dixi sapienciam, in hiis mihi perfectionem iusticie constitui, plenitudinem scientie, divicias salutis, copias meritorum. Hec me erigunt in adversis, in prosperis deprimunt et inter leta tristia quod vite presentis via regia incedenti tutum prebent utrobique ducatum hinc inde mala imminencia propulsando

q̄d in ore frequētur in corde est. Q̄ mea sublimior ppha fac ihm et hic ēfsyon qui est agnus occisus cuius sanguine si fuerint duo
postes domus mēe sc̄ intellectus et affectus tincti nō nocebit percussor. liberabimur ab egipciaca seruitute et dimisso pharaone
impio. seruī tu sibi mac. v̄ibus puti vite p̄ cordis agros ac p̄ desertu pnie venemus ad terrā pmissionis q̄ ora nos facere dignus
sit agnus qui occisus est. aperiendo librū et soluendo signacula eius. Et subdit fructus sc̄ utilitas inde sequens cum dicit Et rede-
misti nos deo in sanguine tuo. Cita qd posset qui ante nō dicit p̄ sanguine tuu. R̄t quia eo q̄ redemit oēs quantum ad pciu sufficienciam
et dicit redimere p̄ sanguinē sc̄ bonos redemit quantum ad efficaciam. vñ ait Redemisti nos in sanguine i sanguinis sui passionis fide et
imitacione. Et de hoc richardus dicit. dignus es q̄ solus a pctō alienus etc. Redemisti nos vt simus dei qui prius eramus dyaboli. vñ deo
Redemisti inquā nō ex vna gente sed ex omni tribu. quam enim haymo et richardum sanctus dicit a filiis noe tres de quibus omnes ex
a quibus tres tribus dicunt puenisse vel ex omni tribu i ex omni ordine s platorum actiorum et contemplatiorum q̄ fuerunt p̄ noe daniel et iob
designati sc̄. Et q̄ in illis sunt multe lingue sc̄ septuaginta due ex quibus multi sunt ad fidē collecti vñ subdit Et lingua Et q̄ in singulis
linguis sunt plures ppli vñ subiungit Et pplo pplus enim est cetus multitudinis racionabilis rerum quas diligit concordi communione sociatus aut
augustinus de ci. dei c. 24. Multi enim ppli locuntur vna lingua Et q̄ in vno pplo sunt multe naciones Nacio enim dicitur q̄ cognacio.
vñ subdit Et nacione Ad demonstrandum ergo q̄ nō est apud deum p̄sonarum acceptor sed in omni gente q̄ timet deum et operatur iusticiam acceptus
est illi Act. x. vñ sic loquitur Cypo omni tribu etc. mistice vnius plebis Et nō solum sic redemisti a malis liberando sed fecisti nos deo nostro regnum i redeptos
regnum i. ut deus regnet super nos p̄ graciam super quos prius regnabat dyabolus p̄ culpam. Nā licet regnum eius nō sit de hoc mundo. tamen
est tamen in hoc mundo. Regnabit enim super nos deus noster sicut Et sacerdotes vt q̄ nosmetipsos prius obtulimus dyabolo. deinceps offeramus
nos deo Et regnabimus super terram i. quicquid in nobis est terrenum subiciemus prout ait richardus Et q̄ in hoc haymo Electi inquam reges appel-
lantur q̄ tyrannide viciorum in se insurgere nō sinunt. Sacerdotes vero dicuntur q̄ semetipsos in ara cordis sacrificium contribulatum offerunt
vt enim ait augustinus 20 de ci. dei c. 10. Omnes electi dicuntur sacerdotes q̄ membra sunt vnius sacerdotis etc. fecit nos regnum et sacerdotes [illegible]
Et mistice p̄ affectus passionis ihu xpi in liberacione et ocupacione oīs mali i Redemisti nos Et in collacione oīs boni i fecisti nos regnum
et sacerdotes. et in subieccione repugnancium aduersarii i Regnabimus super terram Job 12 Balteum regum dissoluit. ducit sacerdotes
inglorios i. q̄ moralium 11 Reges sunt qui motus suos bene regere sciunt Job 36 Reges in solio collocat i. moralium 26 bene debet
vt ait Reges q̄ plati motibus carnis nō luxurie appetitum frenat. nō estuanti auaricie temperant. nō glam elacionis illuminat etc.
Et vidi et audiui vocē angelorum multorum in circuitu throni et alium et seniorum Et erat numerus eorum milia milium
voce magna dicencium Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutē et diuinitatē et sapienciam et fortitudinē
et honorē et gloriam et benediccionem et omnem creaturam q̄ in celo est et que super terram et sub terra et q̄ sunt in mari
et q̄ in eo sunt Omnes audiui dicentes sedenti in throno et agno Benediccio et honor et gloria et potestas in secula se-
culorum amen. Et quatuor alia dicebant amen. et 24 seniores ceciderunt et adorauerunt viuentem in secula seculorum
Narrata ab hominibus gracia accione et laudis exhibicione p̄ libri apercione subiungit ab angelis congratulacionem et collaudacionem Et primo
premittit laudancium descripcionem secundo ipsorum laudis expressionem ibi dicencium dignus est agnus etc. Quantum ad primum dicit Et vidi et audiui
vocē angelorum multorum. dicit haymo. 14 Si visio tota spiritualis fuit sicut magis videtur omnibus cum dicit. Et vidi vocē. Neque enim vox videri potest
sed videre positum est p̄ intelligere sicut legitur Exo. 20 Cunctus pplus videbat voces i. intelligebat. Sic enim solemus et nos dicere. Quis
aliquid omnes experiencis vtrum videat i. vtrum intelligat ea que dicit Tota quippe visio nō auditus iohannis in spiritu fuit. atque spiritualis
est ergo sensus Vidi et audiui s. spiritualiter i intellexi acsi vidissem et audissem sic Vocē angelorum multorum etc. Cum vox
sit formata corporalibus organis cum percussione aeris vt p̄ philosophum 2o de anima qualiter ait hic vocē angelorum multorum in qua nos sunt audiui
pdicta Rñdetur secundum gregorium sexto moralium pg. primum q̄ vox angelorum est in laude conditoris ipsa admiracio intime contemplacionis
quibus virtutes diuine miraculo obstupuisse est dixisse. q̄ excitatus cum reuerencia motus cordis magnus est ad aures incircumscripti
spiritus clamor vocis. Que vox quasi sic p̄ distincta verba explicant dum sese p̄ innumeros modos admiracionis formant angeli ergo
locuntur deo cum p̄ hoc q̄ super semetipsos respiciunt in motum admiracionis surgunt. Et i vñ richardus dicit vox spiritualis sit affectu
deuocionis vox corporalis ictu aeris. i chorum primo ad linguis hominum loquar et angelorum. Et dicit in circuitu thronum et alium et seniorum
deum est super principio celos thronus. Et animalia et seniores i. cetus electorum ne pocius militans vel p̄ thronum ecclesia quiescens p̄ animalia
doctores p̄ seniores plati et presbiteres in quorum circuitu sunt angeli protegentes et custodientes secundum id ysaie 62. Super muros
tuos constitui custodes etc. Omnes enim sunt administratorii spiritus missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis. hebr. primo.
ad quid ministerium ipsi letantur p̄ficiunt et nos custodiunt vñ dicit Bernardus sic dicit augustinus libro soliloquiorum c. 24 Magna cura
et vigilanti studio assunt nobis omnibus horis et locis. succurrentes et prouidentes necessitatibus nostris et solicite discurrentes inter nos
et deum gemitus nostros et suspiria referentes ad eum. vt impetrent nobis facile clementissime benignitatis eius propiciacionem
et referunt ad nos desideratam gracie sue benediccionem Ambulant nobiscum in omnibus viis nostris intrant et exeunt nobiscum
attente considerantes quam pie quam honeste conuersemur in medio nacionis praue et peruerse. Quanto studio queramus et desideremus regnum
regnum dei et iusticiam eius. quanto cum timore et tremore seruiamus ei. et exultemus i letamur corde meo. Adiuuant laborantes
protegunt quiescentes. hortantur pugnantes. coronant vincentes. Congaudent gaudentibus de deo compaciuntur pacientibus p̄ deo. Grandis
enim est eis cura de nobis. et magnus affectus dileccionis eorum erga nos concines suos. p̄ quos sue ruine dispendia ex
parte restaurantur. dependentes vt eo citius possent ad eorum consorcium puenire etc. Et ut dicit idem libro x de ciuitate dei capitulo vn-
decimo illi in celestibus sedibus constituti inmortales et beati qui creatoris sui participacione gaudent cuius eternitate firmi cuius veritate certi
cuius munere sancti sunt. nos mortales et miseros vt inmortales beati q̄ simus misericorditer diligunt. Vnde ipsis enim simus vna ciuitas
dei cum dicitur ipsos Glosa dicta sunt de te ciuitas dei. cuius pars in nobis peregrinatur pars in illis opitulatur etc. sequitur ~~Et erat numerus~~
~~eorum milia milium~~ haymo Nō est ergo dubium q̄ de reparacione humani generis angeli letati sunt qui prius a suo consorcio sepa-
rabant homines communes vñ nato domino affuit multitudo milicie celestis laudancium deum et dicencium Gloria in excelsis deo et
in terra pax hominibus bone voluntatis luce 2o. vñ et hic multitudo innumerabilis ostenditur cum subiungit Et erat numerus eorum

millia milium et quater centum milia [illegible] non posuit in [illegible] [illegible] simul [illegible] corporis et dicit decies millia aut [illegible] millia
aut secundum [illegible] utrique finitum numerum [illegible] angelorum nobis [illegible] quia vero numerus eorum nobis est incertus [illegible] innumerabilis licet non de
eo sit aut millia milium et multa millia decies millena milium millia enim numerus est finitus [illegible] plenum numerum reddit infinitum quia non dicit duo millia
sed millia milium Deo quia qui videt omnia finitus est numerus angelorum nobis autem infinitus Job 25 numquid est numerus militum eius [illegible]
[illegible] moraliter [illegible] cognitione [illegible] superiorum spirituum numerus non est quia quanta sit illa frequentia invisibilis exercitus nescit [illegible]
quod Daniel [illegible] millia milium ministrabant ei et decies millies centena millia assistebant ei superiorum [illegible] numerus et infinitus et de
finitus [illegible] ut qui Deo innumerabilis est nobis innumerabilis demonstretur [illegible] ut ibidem dicit aliud est assistere aliud ministrare assistunt enim
ille [illegible] potestates que ad quedam [illegible] mittenda non [illegible] ministrant vero hii qui ad complenda officia [illegible] veniunt [illegible]
[illegible] contemplatione ab intimis non recedebant et quia plures sunt qui ministrant quam hii qui assistunt [illegible] numerus quasi definitus [illegible]
definitus ostendit et subdit [illegible] vero spiritus [illegible] Dei milites [illegible] cum potestates aereas non ignoramus [illegible]
[illegible] non laborem sed [illegible] quia quicquid agendo [illegible] appetunt [illegible] adiutorio [illegible] regentis [illegible]
et subdit [illegible] laudis [illegible] voce magna et magna [illegible] quia sed gaudium est in celis angelis Dei super uno peccatore penitentiam
agente [illegible] magna est gaudium de [illegible] voce magna et magna admiratione et laudabit [illegible]
[illegible] omne [illegible] voce [illegible] nobis est [illegible] vox super [illegible]
[illegible] voce [illegible] ab imis ad superiora [illegible] passibus ascendat [illegible]
ita [illegible] contrahit [illegible] vox [illegible] in mente [illegible] intelligentie [illegible]

[illegible]

vel accipere dicit hic prius conclusum. Christus enim accepit virtutem id est potestatem principandi. Super Isaiam 9 principatus super humerum eius, et divinitatem quia fuit deus et homo. Apocalypsis 2 dicit filius dei erat iste et sapientiam Colossenses 2 in ipso omnes thesauri sapientie et scientie. Et fortitudinem scilicet in passione qua omnia vicit mortem et dyabolum vicit, quod enim infirmum est dei fortius est hominibus 1 Corinthiorum 1. Et honorem in resurrectione. Gloria enim et honore coronasti eum. Et gloriam in ascensione quia cum ascendit in nubibus tunc manifestatur quod fuit rex glorie. Et benedictionem id est donorum spiritus sancti collationem per quam facti sumus benedicendo et laudando ab omnibus quia tunc infudit benedictionem de qua impleti omnes ad benedictionem constanter eum benedicentes dominum qui exaltavit eum. Et sequitur: Et omnem creaturam ... dignus est accipere in fidelium conversione ad fidem quia in omnem terram exivit sonus eorum scilicet apostolorum et confessorum. Psalmus: laudent eum celi et terra mare et omnia reptilia in eis. Vel dignus est accipere omnem creaturam id est potestatem secundum illud Matthei ultimo data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Et ideo dicit: Que in celo est id est in angelis et in terra id est in hominibus et subtus terram id est in inferno. Et dignus est accipere mare et que in eo sunt secundum illud Psalmi: Omnia subiecisti sub pedibus eius oves et boves universas insuper et pecora campi volucres celi et pisces maris. Dignum est enim ut humanitas filii dei que tanta sustinuit tormenta per sputa per alapas per mortem et sepulturam resurgat et in dextera patris collocetur et ab omni creatura laudetur adoretur benedicatur et glorificetur magis quam antea. Et sequitur: Et omnem creaturam scilicet dignus est accipere ut videlicet ipsa humanitas unita verbo perpendeat omnia que sunt in celo etc. Philippenses 2 in nomine Ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum etc. Et sequitur: ... laudes ab omnibus ... Omnes audivi. Ubi primo ponitur laus exhibita sive magnificatio, secundo laudis confirmatio ibi et quatuor alia. Dicit ergo: Omnes audivi scilicet homines et angelos concordes dicentes sedenti in throno id est ipsi trinitati et agno id est Christo homini vel humanitati benedictio et gloria et potestas etc. Benedictio id est exaltatio sit ei et honor id est impassibilitas et gloria in visione et potestas in plena dominatione. Sic dixit: gloria et honor in parte, vel ut ait Ricardus benedictio etc. quia et benedicta et glorificanda gloriosa et glorificanda mundo resurrexit. Vel septem supradicta possunt referri ad septem dona spiritus sancti ad denotandum quod in eo requiescit septiformis spiritus, ut ait Bedas. Ista vero quatuor possent referri ad quatuor dotes corporis quas accepit Christus et accepturi sunt omnes qui sunt eius membra. Vel ad prerogativas quatuor de quibus dictum est primo et eius potestas in stellis id est ... ut expositum est supra primo. Et sequitur laudis confirmatio. Similiter ... laude ... Et quatuor alia. Ubi doctores ... Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas se humiliantes. Et adoraverunt mente ore et opere. Ait glossa: Viventem in secula seculorum id est Christum deum verum vivum et immortalem, supra primo: Et fui mortuus. Vel ideo dicit ipse resurgens ex mortuis iam non moritur. Et patet hic quomodo humanitas omni fidelium in benedictione dei recognitione et in gratie collatione ... professione et in vera ... humiliatione. Et in terra dei adoratione. ... in ... Et secundum istum modum Ricardus in sermone ... super cantica. In opere nostre restaurationis ponit tria: scilicet deum angelos et homines qui ... in hoc opere cooperantur. De primo dicit: et sine ipsorum adminiculo sufficiens ad complendum opus nostre salutis ... nichil. Ergo quod consilio assumit in opus ministerii ... non sibi solatium sed ... Angelorum ... ad salutem humanam ... ut ab hominibus diligantur ... ab angelis ... diligantur ... antiqua ... reparatur ... regnum ... regem ... ipsorum qui ... regnum sunt ... amoribus et ... affectionibus ... Bene tecum agitur o mater ecclesia in loco peregrinationis tue de celo venit auxilium tibi. Qui custodiunt te non dormitant neque dormiunt custodes tui angeli sancti. Non erat qui te inventa ab angelis perfecit et custodit et est hominis plenitudo ... ad suam plenitudinem ... Nam quis nesciat sathana cadente de celo et eius complicibus ... parte non modica ... de te utique ... in omnibus viis tuis ... tibi ... reverentiam ... devotionem ... fiduciam. Reverentiam pro presentia, devotionem pro benevolentia et fiduciam pro custodia. Custodiunt enim stantes ne cadant, cadentes adiuvant ut resurgant, resurgentes custodiunt ne recidant. Adhibet primo omnes sunt administratorii spiritus etc.

Utrum una et eadem adoratione Christi divinitas et eius humanitas sit adoranda. Dicendum secundum doctorem sanctum in 3a parte questione ... articulo 2 ... in eo qui honoratur duo possumus considerare scilicet eum cui honor exhibetur et causam honoris. Proprie autem honor exhibetur toti rei subsistenti. Non enim dicimus quod manus hominis honoretur sed homo. Et si quandoque contingat quod dicatur honorari manus vel pes ... non dicitur esse ea ratione quod huiusmodi partes secundum se honorentur sed quia in istis partibus honoratur totum. Per quem eciam modum aliquid potest honorari per aliquid exterius puta in veste aut in ymagine aut in nuncio. Causa autem honoris est id ex quo ille qui honoratur habet aliquam excellentiam. Nam honor est exhibitio reverentie in ... in testimonium virtutis ... excellentia ... Et ideo si in uno homine sunt plures cause honoris puta prelatio scientia virtus etc. erit quidem illius hominis unus honor ex parte eius qui honoratur, possunt tamen esse plures honorationes ex parte cause qua honoratur ut puta propter scientiam virtutem prelationem etc. Cum autem in Christo sit tantum una persona divine et humane nature et eciam una ypostasis et unum suppositum, est quidem eius una adoratio et unus honor ex parte eius qui adoratur. Sed ex parte cause qua adoratur possunt dici plures esse adorationes ut scilicet alio honore honoretur propter sapientiam increatam et propter sapientiam creatam. Si autem ponerentur in Christo plures persone seu ypostases sequeretur quod simpliciter essent plures adorationes et hoc in synodo reprobatur. Dicitur enim in capitulis Cirilli: Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere deo verbo quasi alterum alteri et non magis una adoratione honorificat Emanuelem secundum quod verbum caro factum est anathema sit. Quoniam igitur honor adorationis debetur ypostasi subsistenti, tamen ratio honoris potest esse aliquid non subsistens propter quod honoratur persona cui id inest. Adoratio ergo humanitatis Christi dupliciter potest intelligi. Uno modo ut sit eius sicut rei adorate. Et sic adorare carnem Christi nichil est aliud quam adorare verbum dei incarnatum sicut adorare vestem regis nichil aliud est quam adorare regem vestitum. Et secundum hoc adoratio humanitatis Christi est adoratio latrie. Alio modo potest intelligi adoratio humanitatis Christi que fit ratione humanitatis Christi perfecte omni munere gratiarum. Et adoratio humanitatis sic non est adoratio latrie sed dulie. Itaque quod una et eadem persona Christi adoretur adoratione latrie propter suam divinitatem et adoratione dulie propter perfectionem humanitatis. Nec hoc est inconveniens quia ipsi deo patri debetur honor latrie propter divinitatem et honor dulie propter dominium quo creaturas gubernat. Unde super illud Psalmi: Domine deus meus in te speravi, dicit glossa: Domine omnium potestate cui debetur dulia, deus omnium creatione cui debetur latria. Si autem arguatur quod cultus latrie nulli creature debetur, sed humanitas Christi est creatura, dicendum quod adoratio latrie non exhibetur humanitati Christi ratione sui ipsius sed ratione divinitatis cui unitur, sicut dicit ... ponit exemplum Johannes Damascenus libro 3o de carbone ignito. Dicit enim: Timeo tangere carbonem non propter carbonem sed propter lignum cui adiungitur. Sic adoro Christi dei mei simul utramque naturam propter carnem unitam divinitati. Et Beatus Augustinus: Ego magis divinam carnem, immo perfectam in Christo humanitatem adoro que a divinitate assumpta et divinitati unita est, et non alium et alium sed unum eundem quia deum et hominem filium dei esse confiteor. Si enim hominem separaveris a deo illi magis credo ... illi nunquam ... cultum latrie ... quam familiaris ... ut ... vel ... regali ... quam nullus ... regi adoraret sed cum ... induta fuit ... mortem ... cum rege ... adorare contempsit. Ita divinitas humanitate non sola nec nuda sed divinitati unita ... adorare contempsit eciam ... monetur. Beatus Augustinus

c. vi

Et vidi quod aperuisset agnus unum de septem sigillis, et audivi unum de quatuor animalibus dicens quasi vocem tonitrui: Veni et vide. Et vidi et ecce equus albus, et qui sedebat super illum habebat arcum, et data est ei corona, et exivit vincens ut vinceret. Capitulum sextum huius tercii libri continuatur ad precedentia. Premissis duabus primis partibus huius visionis, scilicet de visione sedentis in throno et assistentibus, et de visione libri signati et aperti, hic ponitur de tercia parte visionis, scilicet de apertione septem sigillorum et revelatione status universalis ecclesie per tempora futura ad premuniendum ecclesiam ne deficeret [illegible]

[illegible]

sessor admonet salubriter non docebat. Quibus equi nomine sicut quisque predicator accipitur propheta attestatur qui ait Abacuc iii Misisti in
mare equos tuos turbantes aquas multas. Homines quippe aque vocantur qui mentes habent dum sub vitiorum suorum torpore sopite
fuerint. Sed equis dei mare turbatum est quia missis sanctis predicatoribus omne quod pestifera securitate torpuit impulsu salutiferi terroris commovetur.
Et in isto sensu equus accipitur Job 39 cum dicitur Numquid prebebis equo fortitudinem aut circumdabis collo eius hinnitum. Hinnitum enim sicut Gregorius ubi supra
vox predicationis exprimitur. Verum autem quisque predicator prius fortitudinem et post hinnitum accipit quia cum in se prius vitia compescuit tunc per
audiendum alios ad vocem predicationis venit. Equus iste sicut fortitudinem quia adversa constanter tolerat, sicut hinnitum quia ad superna blandiens vocat
sicut equo deus et fortitudinem et hinnitum se dare testatur. quia cum predicatorem nisi vita et sermo [illegible] nequaquam utique perfectos apparet.
Non enim multum prodest quod sit sublimis vite operibus suffultus si loquendo non valet ad hoc alios excitare quod sentit, vel quid prodest
alios loquendo accendere si semetipsum monstrat male vivendo torpuisse. Oportet ergo in predicatore necesse est ut ad perfectum utraque
gaudet equo suo deus et cum actionis fortitudine hinnitum vocis et cum hinnitu vocis fortitudinem ministrat actionis. Hec ille. Hic itaque
loco secundum Bedam et alios expositores per equum album ecclesia primitiva baptismo dealbata portans Christum sessorem significatur.
Ysaie 61 Induit me dominus vestimento salutis, per quod vestitum significatur iusticie indumentum. Super quo vestimentis albis induaris [illegible]
[illegible] equus albus est primitiarum electorum [illegible] ab omnibus peccatis in unda baptismatis purificatus et donis spiritualibus
super nivem dealbatus. Et dicitur equus Christi propter securitatis audaciam contra temptationum et tribulationum insultus et Christi fortitudine qua audacter
predicabat. Unde dicitur Job 39 Numquid prebebis etc. et sequitur Gloria narium eius terror. Ungula terram fodiet, exultat audacter, in occursum
pergit armatis, contempnit pavorem, non cedit gladio, procul odoratur bellum etc. [illegible] equus est ecclesia que portat locum sessori
Christo [illegible] et [illegible] sedet [illegible] Hic est quem rex honorare cupit [illegible] vestibus regiis et ponitur super equum
qui de sella regis est. Frenum quo ducatur equus huc et illuc est obedientia. Ps. In chamo et freno maxillas eorum constringe.
Equis frena in ore mittimus ad consentiendum nobis. Jacobi 3. [illegible] equum sunt opera sanctorum quibus debent esse pedes muniti. Cant. 7 Quam
pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Ephes. 6 Calciati pedes in preparatione evangelii pacis. Calcaria quibus stimulatur
equus sunt timor et amor, et [illegible] caritas Christi urget nos. Dicitur autem albus equus Christi baptismus quem predicabat in quo dealbati
sunt et quam albedinem innocentie vivendo servabat. Ps. Asperges me domine ysopo et mundabor lavabis me et super nivem dealbabor.
Et Ysa. 1 Si fuerint peccata vestra sicut coccinum quasi nix alba erunt et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt. Vel
dicitur albus propter maiorem claritatem cognitionis. Albedo enim magis participat de luce [illegible] colores, et apostoli plus habuerunt de vera cognitione
unde ait Spiritus veritatis [illegible] est vos [illegible] Sic ergo per equum album intelligitur secundum [illegible] cetus apostolorum dealbatus sanctitate vite
et quia beatus Jacobus [illegible] equus ut dicitur [illegible] illustrium virorum dicitur usus fuisse [illegible] vestibus lineis et pannis albis
et [illegible] probabiliter de aliis apostolis, unde et Machometus vocat [illegible] dealbatos. Per sedentem autem super equum
intelligitur Christus sessor et ductor corporis secundum apostolum ad Romanos 8 Quicumque spiritu dei aguntur hii filii dei sunt. Non enim potest homo
pro suo libero arbitrio in itinere virtutum [illegible] ambulare nisi habeat sessorem qui freno divine legis ipsum dirigat, calcaribus pungat
vel flagello compellat. [illegible] in bonum [illegible] virtutis [illegible] ad hoc requiritur gratia dei
preparans liberum arbitrium hominis operatur sicut [illegible] beatus Augustinus libro Ypognosticon [illegible] Recte arbitror liberum arbitrium
iumento comparari. Unde dictum est in psalmo Ut iumentum factus sum apud te. Gratia vero sessori, quia sicut iumentum animal [illegible]
ut domaretur ad opera [illegible] de armento vagum apprehenditur et incipit per gratiam domatoris sic eius perficere voluntatem. Ita liberum arbitrium
quod vulneratum venit in hominem gratia dei apprehenditur de armento [illegible] in quo sub pastore diabolo vagabatur per [illegible]
voluptates, pastore diabolo [illegible] secundum Zachariam prophetam dicentem O pastor et ydolum. Apprehenditur gratia liberum arbitrium ad
domandum ut male [illegible] deposita feritate [illegible] ad obedientiam in opera divino [illegible] et corrigitur et ita per eius curam
incipiat in dei perficere voluntatem. Et sicut iumentum ductum in via dirigitur sessoris manu regitur ut iter rectum [illegible] sine
[illegible] secundum sedentis voluntatem possit incedere quatinus ad locum perveniat destinatum. Ita liberum arbitrium ductum in via id est in Christo
esse cepit gratie regimine regitur ut possit [illegible] domini recto corde [illegible] spiritu secundum dilectionem gratiam ambulare
[illegible] ad promissum regnum celorum perveniat [illegible] Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et sicut iumentum
[illegible] sub sessore pastum largiorem [illegible] freno [illegible] sessoris flagello [illegible] ut si eius ablatus [illegible]
[illegible] dono gratie [illegible] efficitur et [illegible] glans [illegible] flagello [illegible]
ad varios tribulationibus paululum [illegible] ut [illegible] ad gratie revertat [illegible] Et sicut sedente iumento
non pergit iter quo incepit [illegible] fecisse dicitur quod non fecisset nisi ea iumento [illegible] iumentum a sessore
ductum fuisset, sed labor utriusque imputatur utrique. Ita gratia et liberum arbitrium pergit sine dubio iter. Fides liberum arbitrium
[illegible] fac preceptum sed non sine gratia dirigente et gubernante. Propter quod dicitur in psalmo Dirige in conspectu tuo viam meam et a domino
gressus hominis dirigentur. [illegible] per [illegible] dictus intelligatur [illegible] qua dicitur Et ecce equus albus super apostolorum [illegible] qui dicitur equus et albus [illegible]
Et qui sedebat super eum scilicet Christus per gratiam suam eos dirigens et gubernans. Habebat arcum in manu. Secundum Gregorium in moralibus Arcus
nomine in sacro eloquio quandoque malorum insidie designantur sicut per psalmum dicitur Intenderunt arcum rem amaram etc. Aliquando vero dies iudicii
Ab hiis septem capitibus passionem vidit Johannes ecclesiam Christi. Sicut cum septuplex persecutio figuraliter precessit in synagoga. Prima persecutio in figuram congruebat illius in corpore. Prima fuit ab egiptiis mortuo Joseph quarum caput fuit pharao cum magis suis. Secunda a Cananeis mortuo Josue quarum caput fuit Jabin cum Zizara Judic. 4. Tercia fuit a decem tribubus contra duas quarum caput fuit Jeroboam mortuo Salomone 3o Regum 12. Quarta fuit ab Assiriis quorum caput fuit Salmanasar contra decem et Sennacherib contra duas tribus israel 4o Regum 17 et 18. Quinta fuit a Chaldeis quorum caput fuit Nabuchodonosor qui destruxit Jerusalem et israel captivavit. Sexta fuit in ipsa captivitate sub Assuero rege qui dedit sententiam de omnibus iudeis per consilium Aman macedonie precavente. Septima fuit a Syris quorum caput fuit Antiochus epiphanes qui templum domini prophanavit et alia multa mala populo israel fecit ut legitur primo Machabeorum in multis locis. Sic tamen valde notandum quod in qualibet persecutione misit deus filiis israel aliquos adiutores seu liberatores qui eos eriperet de manibus inimicorum. A prima persecutione liberavit Moyses et Aaron. A secunda Barach de bozra. A tercia Ezechias qui reliquias x tribuum revocavit ad cultum dei. A quarta angelus domini qui una nocte occidit exercitum Sennacherib centum 85 milia. A quinta Cyrus rex persarum sub Esdra Neemia et Zorobabel. A sexta Mardocheus. A septima Judas Machabeus et fratres eius. Sic ecclesie sue misit et mittit adiutores in persecutionibus suis septem scilicet ordines predicatorum de quibus supra dictum est satis late. Quia ecclesia dei consolata est in septem persecutionibus suis. Nunc autem iniquorum septem predictis capitibus tribulatur ecclesia diabolo procurante qui super omnia studet et conatur unitatem ecclesie scindere, [illegible] sanctorum operum dulcedinem iniquitatis felle inficere, et aliis modis quam ipse potest eam evertere et perturbare. Dolet enim satis et erubescit [illegible] quam in celo nequivit quia non habet [illegible] ecclesie militantem in terra tenere [illegible] subditur in litera Et cornua decem id est decalogi transgressores qui illi bestie adhererunt et eius membra erunt. Et super cornua eius decem diademata id est gloria de impugnatione eorum qui servant decalogum et de destructione decalogi, quia omnia precepta pravi principes illos infringent et de hoc gloriabuntur, sicut dicitur Prov. 2o letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Et super capita eius id est super principes iniquos nomina blasphemie ~~qui dicet et dicta faciet ipsum non fuisse unum deum sed magum~~ Unde Dan. 7 Adversus deum deorum loquetur magnifica. Et septem capita bestie possunt dici septem vicia capitalia, et cornua [illegible] decalogi, et ideo capita et cornua coniunguntur quia per vii vicia capitalia decalogus impugnatur. Et sic dicitur [illegible] dictum est quod in septem capitibus septem erant diademata, hic autem dicitur quod decem diademata super cornua decem. Unde [illegible] Beda quod [illegible] id est esse septem cornua quod decem cornua utriusque enim significatur universitas malorum ut expositum est. ~~Et super cornua eius~~

quia maxime potestatis [illegible] blasphemat deum verbo et opere [illegible] blasphemias [illegible] Aug. in libro [illegible] meditationum Blasphemare est falsa de deo dicere. Et ideo dicit Ricardus Quia [illegible] decalogum impugnabunt ideo decem cornua. Et super capita nomina blasphemie quia generaliter principes Christi blasphemabunt negantes eum esse deum et dicentes eum fuisse magum. Unde in prima [illegible] et [illegible] 2o ut indicent omnes qui non crediderunt veritati sed consenserunt iniquitati. Et Dan. 7 [illegible]

super legis prevaricatores. Vel diademata id est victorie quas obtinebunt de persecutoribus transgressoribus. Et super capita eius id est super septem vicia nomina blasphemie. Habebit enim viros blasphemos in nequicia nocentissimos. Dicit ibi: Et bestia quam vidi etc. Subdit descriptionem bestie quantum ad qualitatem scilicet potestatem et nequiciam instigantem dicens: Et bestia scilicet eadem quam vidi scilicet de mari ascendentem similis erat pardo. Pardus ut Haymo dicit est bestia sevissima atque impacientissima et varietate cutis discolor. Et ut ait Ysidorus libro xii preceps est ad sanguinem et saltu ad mortem ruit. Et significat collectionem ypocritarum et specialiter ypocritarum quorum ficte sunt actiones, qui bona que faciunt cupiunt se videri ut ab hominibus accipiant laudem, ait Haymo. Vel significat hereticorum collectionem propter diversam varietatem. Illa enim bestia omnibus heresibus erit plena et variis simulacionibus occultans nequiciam suam. Iere. xiii: Si mutare potest pardus varietates suas. Subditur: Et pedes eius sicut pedes ursi. Dicit Haymo quod ursus est bestia rapacissima, primum pedibus gravitatis et unguibus ea que rapit, postea omnia devorat. Et dicitur ursus quasi orsus quia ore fetum suum format, et maxima vis eius est in lumbis et brachiis, ait Ysidorus libro xii. Ubi super insidiat alvearibus apum et maxime favos appetit, ut ait Solinus libro 3o ubi multa de proprietatibus eius. Et in hoc significat potestatem sclavorum principum gravitatum pedibus inferiores et debiliores. Daniel vii: Et ecce alia bestia similis urso etc. dicebat ei: Surge comede carnes plurimas. Proverbiorum 28: Ursus esuriens et leo rugiens princeps impius super populum pauperem. Subditur in littera: Et os eius sicut os leonis. Leo sicut dicit Haymo et dictum est super ursum terrorem suo rugitu cunctis bestiis immittit, et cum sit fortissimus bestiarum atque ad nullius paveat occursum, tamen insidiando predam surripit. Et significat antichristum et suorum collectionem qui quosdam terroribus decipiet, quosdam vero fraude vel predam [illegible] lingua eius labor et dolor. Sedet in insidiis cum divitibus in occultis. De quo in psalmo subditur: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Recte ergo antichristus leo appellatur quia per utrumque seviet et punietur, et virtute scilicet et fraude: virtute per potestatem [illegible], fraude per signa maiorum. Ut enim eos qui apte iniqui erunt pertrahat, [illegible] potestatem ostentabit ut alios iustos fallat, signis fictis [illegible] [illegible] eius suadebit, elacione magnitudinis istos decipiet, ostensione fictitis [illegible] Haymo. Et recepit a Gregorio 33 moralium. Dicitur ergo bestia similis pardo propter varietatem errorum vel fictorum simulacionum vel propter diversitatem nacionum et conditionum [illegible] Augustinus Beda et Haymo. Et similis dicitur urso [illegible] principum gravitatum et devastacionum. Et habet os leonis ob terrore minacionum. Ut enim ait Haymo: Et similis dicitur urso [illegible] [illegible] (Vel secundum Richardum bestia dicitur similis pardo propter varia peccatorum [illegible]. In bestia non solum caput id est antichristus sed et corpus eius signatur. Vel et pedes eius dicuntur sicut pedes ursi propter impie potencie ferocitatem et [illegible] gravitatem. Et os eius sicut os leonis propter [illegible] dilatacionis et ostensionem [illegible]. Vel os leonis fetorem et vorans. [illegible] doctores bestie qui fetebunt fama et vorabunt mala. Ieremie quarto: Ascendit leo de cubili suo, predo gentium se elevat, egressus est de loco suo ut ponat terram in solitudinem etc.

Et dedit illi draco virtutem suam et potestatem magnam. Et vidi unum de capitibus suis quasi occisum in mortem. Et plaga mortis eius curata est. Et admirata est universa terra post bestiam, et adoraverunt draconem qui dedit potestatem bestie et adoraverunt bestiam dicentes: Quis similis bestie et quis poterit pugnare cum ea. Et datum est ei os loquens magna et blasphemias et data est illi potestas facere mensibus quadraginta duobus. Et aperuit os suum in blasphemias ad deum blasphemare nomen eius et tabernaculum eius et eos qui in celo habitant.

Posita notificacione bestie et quantum ad genus et quantum ad qualitatem, subditur consequenter de descripcione quantum ad potestatem collatam. Et dividitur in tres partes. In prima ponit descripcionem potestatis collate bestie ad impugnandum [illegible]. Secundo subditur descripcionem consequenter potestatis collate ad impugnandum [illegible] vel [illegible] etc. [illegible] est similis pardo in varietate cutis. Secundo subditur descripcionem [illegible] et os leonis ibi: Et datum est ei os etc. Tercio subiungit descripcionem potestatis collate ad impugnandum virtute potestatis [illegible] [illegible] et pedes sicut ursi ibi: Et datum est illi bellum facere etc. Prima subdividitur in duo. Primo ponit potestatis descripcionem. Secundo [illegible] admiracio et bestie adoracio ibi: Et admirata. Item prima subdividitur quia primo notat permitti virtutis seu potestatis magne collacionem. Secundo subiungitur consequenter potestatis in uno capite notificacio ibi: Et vidi unum etc. Quantum ad primum dicit: Et dedit illi scilicet bestie draco id est dyabolus virtutem suam scilicet faciendi miracula et signa inaudita. Et potestatem magnam scilicet per quam elevabitur super gentes et regna. Nam sicut Haymo: Sicut in Christo fuit et requiescebat plenitudo divinitatis, ita in illo plenitudo nequicie et malignitatis. Et sicut Christus per virtutem verbi [illegible] in se ipso fuit et [illegible] opera sua faciet [illegible] quod [illegible] antichristus [illegible] sua facit opera, ita homo ille perditus per dyaboli potestatem qui in eo habitabit opera sua faciet [illegible] libro [illegible] penultimo quod antichristus non erit [illegible] dyabolus incarnatus sicut dei filius dicitur incarnatus. Et sicut Damascenus libro [illegible] ex formacione generatus suscipiens omnem actum sathane et ibi multa de suo processu [illegible] allegatum est supra. Et Ieronimus super Daniel vii: Et ecce oculi hominis erant. Non putemus eum antichristum esse dyabolum vel demonem sed unum de hominibus in quo totus sathanas habitabit corporaliter [illegible] non per assumpcionem et unionem in supposito sed per totalem possessionem illius ad dyabolo ad quecumque namque voluit obediet ille. Ideo [illegible] ad nutum dyaboli. Et ut dicit glosa super 1a thess. 2o cuius adventus est secundum operacionem sathane. Sic [illegible] apostolus [illegible] quod malignus spiritus qui deum se [illegible] erit antichristus. Ut Gregorius [illegible] moralium dicit quod malignus spiritus qui deum se habebit [illegible] [illegible] et eius claudet scilicet dominus [illegible] fallacia et tenebit. Et [illegible] in fine: sathanas [illegible] ingredietur [illegible] [illegible] antichristum. Ut [illegible] [illegible] cum quod cum dicitur malignus spiritus esse antichristus. Hoc non est intelligendum per identitatem essencie sed propter plenitudinem consequenter malicie. Et propter [illegible] [illegible] [illegible] collacionem potestatis [illegible] nequicie et fallacie. Et ideo dicitur dyabolus illum ingredi sicut [illegible] vel antichristum [illegible] Iob 3a. In antichristo suo morabitur id est in antichristo [illegible] Gregorius 2a moralium qui implebitur cum omni malicia et iniusticia et in alios effundet. Et ad Haymo dicitur quod ibi [illegible] non dicit plene identitatis sed complete operacionis. Draco namque dabit illi virtutem suam et potestatem magnam. [illegible] ut dicitur 2a thess. 2o: extolletur super omne quod dicitur deus. Et secundum in omni virtute et signis et prodigiis fallacibus sui mendacii [illegible] ad hoc quod ipse reputetur deus et divinitas in eo habitare, totam artem suam magicam ad hoc applicabit. Utique demones ad hoc quantum poterit suffragabuntur ut faciat virtutes signa et prodigia stupenda et miranda. Sed [illegible] fuit supra [illegible] ad manifestacionem divine virtutis, sed dyabolus non habet potestatem nisi in [illegible] ad [illegible] quod ordinatur ad manifestacionem divine [illegible] id est non facere potest miracula et prodigia, ut patet duce bestie virtute et potestatem miracula faciendi. Non quod secundum Augustinum libro de utilitate credendi miraculum [illegible] quicquid arduum aut insolitum supra spem aut facultatem mirantis apparet. Et ut dicit beatus Thomas libro 3o contra gentiles [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod preter ordinem [illegible] in rebus statutum quandoque divinitus fiunt miracula dici solet. Admiramur enim aliquod cum effectum videntes causam ignoramus. Et quia causa una et eadem aliquando uni est cognita et aliis incognita, inde contingit quod videntium simul aliquis effectum quidam mirantur et alii non, sicut [illegible] non miratur videns eclipsim solis qui cognoscit causam. Ignorans autem illius [illegible] quidam mirantur et alii non [illegible] [illegible] non miratur videns eclipsim solis qui cognoscit causam [illegible] [illegible] admirari causam ignorans. Sic ergo aliquid est mirum quo ad hunc non autem quantum ad illum. Illud autem simpliciter mirum est quod habet causam simpliciter occultam et hoc sonat nomen miraculi. Ut scilicet sit de se admiracione plenum non quo ad hunc vel ad illum. [illegible] causa autem simpliciter occulta omni homini est deus, cuius essencia nulli homini in statu huius vite intellectu capere potest. Illa igitur proprie miracula dicuntur [illegible]

que communiter fiunt praeter ordinem qui statutus in rebus. Horum autem miraculorum diversi sunt gradus et ordines. Nam summum gradum inter miracula tenent illa in quibus aliquid fit a deo quod natura nunquam facere potest, sicut quod duo corpora sint simul, et quod sol retrocedat aut stet, et quod mare divisum transeuntibus iter praebeat. Et inter haec etiam ordo attenditur. Nam quanto maiora sunt illa quae deus operatur et quanto magis remota sunt a facultate naturae, tanto miraculum est maius, sicut maius est miraculum quod sol retrocedat quam quod mare dividatur. Secundum autem gradum in miraculis tenent illa in quibus deus aliquid facit quod natura potest facere, sed non per illum ordinem. Opus enim naturae est quod aliquod animal vivat, videat et ambulet; sed quod post mortem vivat, post caecitatem videat, post debilitatem claudus ambulet, hoc natura facere non potest, sed deus interdum operatur miraculose. Et inter haec etiam miracula gradus attenditur secundum quod magis est a facultate naturae remotum. Tertius autem gradus miraculorum est cum deus facit quod consuetum est fieri operatione naturae, tamen absque naturae principiis operantibus, sicut cum aliquis a febre curabili per naturam virtute divina curatur, et cum pluit sine operatione principiorum naturae.

Ad quintum dicendum quod solus deus virtute propria potest facere miracula. Quod enim est sub ordine totius constitutum non potest praeter illum ordinem operari. Dico autem creatura est constituta sub ordine quem deus in rebus statuit; ergo nulla creatura potest supra hunc ordinem operari, quod est miracula facere. Et quod aliqua virtus finita proprium effectum operatur ad quem determinatur, non est miraculum, licet possit esse mirum alicui qui virtutem illam non comprehendit, sicut mirum videtur ignaris quod magnes trahit ferrum vel quod aliquis piscis retineat navem etc. Quia autem potentia creaturae est limitata ad aliquos determinatos effectus vel ad aliquos [illegible], quod virtute cuiuscumque creaturae fiat non potest dici miraculum proprie, etsi sit mirum creaturae virtutem illius non comprehendenti. Quod autem fit virtute divina, quae cum sit infinita de se incomprehensibilis est, vere miraculum est. Solus ergo deus miracula facit. Ipse enim est superior ordine quo universa continentur, sicut a cuius providentia totus hic ordo fluit. Et quia virtus eius, cum sit omnino infinita, non determinatur ad aliquem determinatum effectum neque ad hoc quod effectus illius producatur aliquo determinato modo vel ordine, potest [illegible] de [illegible] deum facit miracula magis solus. Ex quo patet solutio ad [illegible]. Quod substantiae spirituales creatae non faciunt miracula virtute propria. Quod non tamen addo [illegible] prohibet quin substantias ministerium agunt virtute divina miracula facere. Quod autem dicit quod unus ordo angelorum scilicet virtutum specialiter ad miracula facienda deputatur, cum autem dicit secundo dyalogorum quod quidam sancti miracula faciunt interdum ex potestate non solum ex intercessione [illegible].

Considerandum tamen est quod cum res aliquas naturales angeli boni vel daemones adhibent ad aliquos determinatos effectus, utuntur eis quasi instrumentis quibusdam, sicut medici utuntur ut instrumentis aliquibus herbis ad sanandum. Ex instrumento autem procedit non solum suae virtuti correspondens effectus, sed etiam ultra propriam virtutem inquantum agit in virtute principalis agentis. Serra enim et securis non possent facere lectum nisi inquantum agunt ut motae ab arte et ad talem effectum. Nec calor naturalis posset carnem generare nisi virtute animae vegetabilis, quae utitur ipso quasi quodam instrumento. Sic ergo congruum est quod ex ipsis rebus naturalibus proveniant aliqui altiores effectus, ex hoc quod substantiae spirituales eis utuntur quasi quibusdam instrumentis. Sic ergo licet tales effectus simpliciter miracula dici non possint, quia proveniunt ex naturalibus causis, mirabiles tamen redduntur nobis dupliciter. Primo quia per substantias spirituales tales causae modo nobis insueto ad effectus proprios apponuntur; unde et ingeniosorum artificum opera mira redduntur, cum ab aliis non percipitur qualiter operantur. Alio modo ex hoc quod causae naturales appositae ad effectus aliquos producendos aliquid virtutis sortiuntur ex hoc quod sunt instrumenta spiritualium substantiarum, et hoc magis accedit ad rationem miraculi.

Per clariorem autem horum evidentiam quaeritur utrum verarum formarum inductio possit esse a spiritu maligno. Et videtur quod sic, auctoritate sacrae scripturae. Dicitur enim Exodi VII: Fecerunt autem malefici similiter. Sed constat quod virga Moysi conversa fuit in verum draconem, alioquin non esset verum miraculum. Si ergo malefici similiter fecerunt, et hoc non nisi virtute daemonum, ergo daemones veros serpentes de virgis facere possunt; ergo et veras formas inducere. Praeterea dicit ibidem glossa Strabi: Daemones discurrunt per mundum et subito semina afferunt, ex quibus novae rerum species producuntur; ex quo videtur quod specierum per formarum inductionem sit a spiritu maligno. Praeterea homines interdum arte alchimiae diversorum metallorum species faciunt. Ergo multo fortius, [illegible] maior est potestas daemonum quam hominum [illegible]. Sed quod super illud Exodi VII: Absorbuit virga Moysi virgas magorum, dicit Augustinus et habetur in glossa: Moysi virga absorbuit daemones hoc possunt. Sed quod super [illegible] absorbuit virga Moysi virgas magorum: quae videbatur in dracones erat virga, non verae virgas non dracones absorbere enim potuit quod erat, non quod non erat. Ergo virgae quae verae videbantur in dracones erant virgae, non vere in serpentes. Sed ergo daemones [illegible] operati sunt, ita operabuntur ut potuerunt. [illegible] quod species rerum non possunt vere transmutare ad formas veras educere in serpentes. Sed ergo daemones tunc operati sunt ita operabuntur ut poterunt. Sed ergo mendacia erunt prodigia. Praeterea II Thessalonicensium II dicitur quod manifestatio Antichristi erit in signis et prodigiis mendacibus secundum operationem Sathanae. Sed ergo mendacia erunt prodigia et signa; ergo non vere faciet quod videbitur facere. Sed tunc maior operabitur diabolus secundum posse suum; ergo non potest veras formas inducere. Praeterea super illud Psalmi: Immissiones per angelos malos, dicit glossa Augustini: Ea quae mutabilia in creaturis sunt, adhuc malis angelis non audet [illegible]. Praeterea si induceret veras formas, et subito de virgis faceret veros serpentes, esset miraculum, quod quia solutio est naturae; ergo hoc non potest malus angelus. Praeterea si induceret veras formas, ergo faceret vera miracula; ergo miracula non attestarentur divinae potentiae; ergo non essent in robur fidei plane. Sed dicitur quod divinum absit. Tenendum [illegible] ergo facit vera miracula.

Responsio. Ad intellectum quaestionis quae movetur, quod quaeritur utrum daemon possit inducere formas veras, aut transformare, quo dicitur et quomodo potest, hoc distinguendum. Non ad intellectum quod movetur quod quaeritur utrum daemon possit inducere formas veras aut transformare de forma in formam, non est quod de formis artificialibus, quia planum est quod potest facere imagines et figuras sicut homo; sed de formis naturalibus, utrum possint veras serpentes et veras ranas producere etc. Ad hanc autem quaestionem videtur esse per distinctionem quod demon cum dicitur quod inducat formas, dupliciter potest intelligi: aut quod virtute propria, aut quod virtute aliena. Si intelligatur quod inducat virtute propria, sic absque dubio formam inducere non potest. Si intelligatur quod virtute aliena, scilicet per virtutem rerum naturalium quas coniungit ad invicem, sic potest, sicut et homo, ut plenum est et hoc dicit Augustinus. Si intelligatur quod virtute aliena, scilicet per virtutem rerum naturalium, sicut agricola, qui segetes mediante semine iacto et terra germinante et aqua irrigante fructificare facit, et haec est virtute aliena. Et ratio huius est, quia forma naturalis non producitur nisi a conditore naturae, vel a natura condita operante per modum naturae. Virtute autem propria generat sibi similem. Et ratio huius est, quia formam [illegible] operando magis ut artifex operatur ut artifex, et ideo non potest componere et adunare, et ideo rem naturalem virtute sibi indita producit; sed operando magis ut artifex operatur. Dico ergo quod malignus spiritus potest formas artificiales inducere per virtutem propriam, et formas naturales per virtutem alienam; sed rem naturalem non potest producere. Dico ergo quod malignus spiritus operatur per modum artis, et non per modum naturae. Unde sicut natura non producit formas artificiales, ita ars aliena per propriam autem non potest. Et ratio huius est, quia operatur per modum artis. Dico quod est limitatio potentiae agentis ad talem et talem effectum secundum dispositionem dei et sicut ars formam naturalem. Sed quia [illegible] dico quod est limitatio [illegible]. Dico quod ordo sapientiae hoc requirit. Deus enim potest triplicem principalem ordinationem rerum. Sursum sicut quaeritur ratio quare sic deus disposuit, dico quod ordo sapientiae hoc requirit. Deus enim potest triplex agens, scilicet deus, natura et intellectus. Et ista sunt agentia ordinata ita quod primum praesupponitur a secundo, et secundum praesupponitur a tertio. Deus enim operatur ex nihilo; natura vero non facit ex nihilo, sed ex ente in potentia; ars supponit operationem naturae et operatur super eius complementum. Non enim facit lapides, sed domum de lapidibus. Unde sicut natura non potest anticipare operationem dei, quae est de nihilo producere, sic nec ars operationem naturae. Sed quia contrarium non est, ergo ut ars praecedat naturam. Dico quod operatio naturalis per naturam prius est in corporibus quam operatio artis.

ut de pot. dei q. [illegible] et q.

q. [illegible]

Est et alia ro quia agens per naturam producit sibi simile secundum veritatem sed agens secundum artem simile solum secundum speciem vel ydeam vel exemplar. Quia ergo
in productione rei naturalis sive forme naturalis agens aliquid imprimit passo, et nichil imprimit aliquid nisi id quod vere tunc est in actu, sed vere
non formas illas de potentia in actum educere non potest nisi quod agit per modum nature. In artificialibus autem nichil imprimit agens passo
sed aufert vel mutat secundum locum, sicut patet in forma compositionis et figura incisionibus. Et hinc est quod agens per artem non potest virtute propria formas
naturales producere nisi ille solus qui est actus plenus et perfectus respectu omnium, tam in esse quam in operando, scilicet solus deus. Sic ergo patet quod licet formas
substantiales demones possunt per transmutationem non tamen virtute sua sed nature. Unde tamen sunt ministri, non principales agentes, tamen non producunt per se
quia si essent principales agentes cum non producunt per quas res nove et species producuntur, sic creatores, et ita essent creatores. Quod Augustinus negat
eos posse. Unde tres rationes premittere, unde concludit quod non probat quod faciat virtute sua sed virtute seminum adductorum. Unde Petrus de Thar. dicit
quod effectus quidam sunt quorum ultime forme sunt artificiales ut domus, scamnum, statua et huiusmodi. In hiis omnibus potest demon melius quam homo per artificium
Quidam vero sunt quorum ultime forme sunt naturales. Et horum quidam sunt qui producuntur ex semine. Et in hiis non potest demon quia in generatione commixtionum
elementorum additur aliqua virtus influens ab ara generantis quam demon non potest influere. Quidam ex putrefactione ut vermes et
quidam serpentes. Et in hiis duplex concurrit actus agens operans vel annichilando, sicut facit agricola in productione segetum, vel complendo,
sicut operatur sol et natura. Primo modo potest operari demon in productione aliquorum effectuum naturalium, non secundo. Per hoc ad rationes in contrarium. Ad primam dicendum
quod magi vere fecerunt primo per virgas magorum. Dicendum quod veritas est quod glose videntur ibidem sibi obviare. Unde tamen hic magis sonat quod verbos
serpentes fecerunt et devoraverunt ibi serpentes a manu peponte, sicut serpens Moysi vocatur virga, licet vere esset serpens, sic et de aliis
intelligendum. Quod ergo dicit Augustinus devoratas virgas non serpentes quia non poterat devorare quod non erant, hoc per totum dicit quia non erant serpentes
in sua propria conditione sed virge. Ad secundum quod obicitur quod antixpristus faciet signa mendacia, dicendum quod mendacium non quia non faciet aliqua signa vera
secundum transmutationem formarum, sed non erunt veritatem habendo respectum ad finem sive ad intentionem, quia ad hoc faciet, ut mendacium et falsum
persuadeat. Unde sicut in verbis sic et in factis mendacium dicitur duplex, vel in quo veritas deficit operis, vel in quo deficit veritas intentionis.
Ideo omnia opera dyaboli mendacia sunt, quamvis non primo. Unde Augustinus xx de civitate dei dicit. Ambigi solet utrum propterea dicta sunt prodigia mendacii
quia mortales sensus per fantasmata decepturus est ut quod non facit facere videatur, an quia illa ipsa, si erunt vera prodigia, ad mendacium
pertrahent credituros non posse ea nisi divinitus fieri virtute dyaboli nescientes maxime quia tantam quantam nunquam habuit accipiet potestatem. Sed ipse
quidem horum dictum sit, seducent eos signis et prodigiis quibus seducti merebuntur. Vera ergo dicitur quod ipse res vere erunt, sicut magi
pharaonis fecerunt veras ranas et veros serpentes, non autem habebunt veram rationem miraculi, quia fient virtute naturali causarum. Ad vero
Ad id quod obicitur de glossa Augustini, dicendum quod Augustinus non negat quin aliquid possit demonibus attribui, sed quod non omnia sunt eis attribuenda. Ymo
quedam bonis angelis tribuuntur. Vel quod inhabilitat fieri intelligitur ea que fiunt miraculose. Et ad id quod ultimo queritur qualiter educat sive re-
educit vere facta miracula, ergo miracula sunt signa fallibilia, ergo non sunt efficacia fidei nec testimonia. Dicendum quod etsi fiunt vera opera non tamen
sunt vera miracula. Quod miraculum non sit per virtutem nature sed per virtutem supra naturam, ~~et contra cursum nature~~ que est agentis primi. Sed cum supra
sunt vera miracula quod miracula non sunt per virtutem nature sed per virtutem supra naturam
faciultatem nature et ideo attestantur omnipotencie facientis. Sed opera que faciunt demones et per miracula videntur quia fiunt in tempore
non perceptibili non tamen sunt vera miracula quia fiunt vi nature. Si dicitur quod natura non potest ita cito operari, dicendum quod verum est de natura per se
sed potest esse taliter adiuta et confortata rebus conditionibus ut quasi repente propagat in effectum, sicut patet de generatione ranarum quas de quibusdam
non distincte miracula — falsis in modico tempore nasci contingit. Sed autem queritur quomodo distinguantur huiusmodi miracula. Dicendum quod etsi conveniunt in multis, differunt tamen ex parte
principalis agentis, ex parte ministri, ex parte finis et ex parte facti. Ex parte principalis agentis, quia in miraculis divinis operatur agens
principalis agentis ex parte ministri, ex parte finis et ex parte facti.
potentia infinita et supra naturam. In miraculis demonum operatur virtus nature multipliciter adiuta per vias alias. Ex parte ministri, quia miracula
dei fiunt per publicam iustitiam secundum veritatem vel secundum apparentiam. Sed miracula demonum fiunt per pactos contractus et quedam arcana.
Unde dicit Augustinus quod boni faciunt miracula per publicam iustitiam. Hoc est per fidem veram que vere iustificat, quia veritas omnibus predicat
mali vero per signa publice iustitie, quia fidem habent et opera vident Christi, sed magi per privatos contractus quia per incantationes et
arcana quedam, cum signum est quod ibi sunt tenebrarum opera, quia qui male agit odit lucem, Iohannis iii. Ex parte finis similiter differunt,
quia miracula dei fiunt ad utilitatem et divinam gloriam, sed magorum ad deceptionem et ad vanam gloriam et cupiditatem. Unde sicut quia inutilia
quia miracula dei fiunt ad utilitatem et divinam gloriam, sed magorum ad deceptionem et ad vanam gloriam et cupiditatem. Unde sicut quia inutilia
differunt etiam ex parte facti, quia demones faciunt huiusmodi vilia et inutilia. Miracula vero divina valde sunt necessaria et utilia. Preterea
demones maxime faciunt ranas et serpentes, quia hec de facili producuntur operatione nature, et quia divino iudicio magis permittuntur
ad posterius facti mentoria. Unde sicut deus temperat potestatem et astutiam dyaboli, ut patiatur eum posse imitari ut in ipsa imitatione
possit seducere malos, nisi eorum multa mala possit etiam a bonis deprehendi, et ut fides sit, tamen miraculis licet locum
Sed eum solus deus et eius secundum miracula faceret quibus non crederetur ipsis, in veris miraculis compulsi. Nunc autem tamen magi faciunt
et boni qui divinitus illustrantur, ut inter hec possint distinguere per vera miracula adminiculat et per demonum miracula operantur et
probantur. Ex quo sequitur quod vti demonum ministerio in faciendis huiusmodi miraculis non est absque peccato, nec potest a dyabolo inquiri consilium vel auxilium
aut pro illud sic ministerium absque peccato nisi fortasse in hoc casu ubi deus dyabolum subiceret homini iusto suo iudicio, sicut narratur de aliquibus
viris sanctis voluntatis autem conventio non potest esse sine peccato. Aut enim est ibi peccatum infidelitatis, utpote si demoni credendo attribuat
aliquid divinum, aut est ibi peccatum ydolatrie, utpote in oblationibus et sacrificiis, aut inobedientie saltem quia facit contra divinam prohibitionem
et ecclesie. Ideo autem huiusmodi prohibitio est, quia talis peccat in se ipsum, dum se committit dyabolo, peccat in ecclesiam, dum ab ea quibus in illo
qui est caput ecclesie. Peccat etiam in maiestatem divinam, dum recurrit ad dyabolum, quia non sit corpus et eius sufficientia
qui est alia persona et adiutrix ecclesie. Peccat etiam in maiestatem divinam, dum recurrit ad dyabolum quia non sit corpus et eius sufficiens
et benignus deus timore, et ideo prohibitum est. Et sine peccato sic non potest. Unde Levitici xx precipitur occidi qui suscitaverit magos et
ariolos. Et quarti Regum primo reprehendit et punitur rex ipse qui misit ad consulendum deum Accaron. Et Augustinus de doctrina christiana dicit
divinatores esse dampnandas et fugiendas, quia intendunt pacta demonum. Sed ergo plus est facere quod dicere et per hoc non est sine peccato
dampna habet. Ergo non dicitur secundum quod dyabolus est dolosus et constat nobis quod nunquam delat nisi in malum suum et ut ipsum putat. Ergo si quis
ab eo suscipit obsequium, committit se distinctum et ab eo talis modo peccat. Sed dyabolus est inimicus ipsius et dei. Ergo qui suscipit
ab eo auxilium vel facit conventionem cum illa sit conventio Christi ad Belial, efficitur inimicus Christi. Sicut hoc non potest esse sine peccato mortali
Sed dicitur apostolus tradebat incorrigibiles sathane in interitum carnis, iure vero ergo utebatur ministerio demonum ad implendam iustitiam.
Ergo pari ratione potest homo qui indiget uti ad alia obsequia. Et si indigens elemosinam non tamen a bono sed etiam a peccatore et
impio possum accipere et petere. Ergo si indigeo pane et vino possum etiam petere a demone ut provideret si non adest homo qui
statim tribuat. Et a malo homo potest quis accipere humanum et recipere. Ergo si quis sicut dyabolum supplicavit potest ei licite

imperare et omne obsequium creature exhibitum debet accipere. Ad hoc est quod homines arte sua solebant caracteribus operari[?] et in inuolationibus et aliis quesitis ... ibi nullum sit peccatum quia illa caracteres aut habent aliquam virtutem compellendi demones aut non. Si non ergo demones nichil faciunt ... aliquam ... omnis virtus est a deo et uti aliquo ad id ad quod est non est peccatum. ergo videtur quod ista inuocatio demonum potest geri sine peccato. Item si aliquis suscipiat obsequium demonis in hiis que expediunt sibi scilicet in miraculis sicut in aliis ... quoniam potest videtur quod in nullo peccet. Non in fide quia in ... creditur esse in dyabolo non ... in moribus ergo in nullo ut videtur. Item si ego amisissem librum meum non esset peccatum si recuperarem a quocumque qui scit ubi quis ... ergo si quis accipit aliquam rem et bene scit quod dyabolus potest nosse videtur quod ... salute sine peccato possit. Solutio. Ad primum dicendum quod paulus utebatur ministerio dyaboli in puniendo malos. potest dici quod hoc non erat dyaboli inuocatio sed magis diuino iudicio et ipsius apostoli imperio cui subiciebatur spiritus maligni non obsequebantur sicut magi et diuinis. Vel dicendum quod illud tradere non erat aliud quam exponere potestati demonum. Ad secundum de elemosina quam possunt accipere ab ipso dicendum quod non est simile. Augustinus de ea primum quidem quia et si non sit membrum actualiter unitum non tamen est membrum omnino precisum sicut demonum et potest recipere et impendi ... pietatis officia non sicut est de dyabolo et angelis eius quorum tota est dapnacio. Secundo quia elemosina quam hic impius tempore vite est viri iusti ... quia iustus tamen corrigit eum et recipit quod suum est accipit et ideo iuste facit non sicut est de ministerio dyaboli in faciendis miraculis. Nunquam enim dyabolus miraculis vel prodigiis indiget quia aut diuinus subueniunt per se vel per angelum suum aut per proximum meum aut habent pacem mecum. Ad tertium tamen dicendum quod dyabolus est homini ... dicendum quod eius seruicium et ministerium non est ad hoc deputatum a deo nisi fiat speciali permissione. sed potius deputatus est ad temptandum et oppugnandum. Et sunt licet intendat oppugnare quia de malo suo facit deus bonum meum. Ad quartum tamen quando quod peccatum sit in caracteribus. Dicendum quod magnum peccatum est quia ad hoc fiunt scilicet ad ministerium demonum implorandum quod non licet et ideo malo fine fit. Item ad quintum dicendum aut habent virtute a nobis. Dicendum quod ... non habent virtutem sed solum ex dyabolica pactione. Sic enim pepigit dyabolus cum illis qui fiunt ei familiariores quod talia signa recognoscet et ad talia se putet offerre. Credit autem per illa se cogi ut credat aliquam virtutem inesse caracteribus in quibus sunt multa nephanda per que abducat eos et a fide et a cultu dei. Unde in illo credendo quod tales caracteres aliquid possunt imperare super spiritus nisi ex pactione eorum. Et ideo omnia talia carmina ... et ... ut facit dyabolus quia in illis delectetur sed in infidelitate faciencium. Ad quintum in quo est peccatum. Dicendum quod si ad hoc fiat non ... posse ut offensus quomodo ... peccato inobediencie et mortis quia ex ... inuocacione demonum facit conuencionem deo suo et tertium ... et deum ... se scismatico et ... se periculo committit. Et nunquam aut nunquam ... solo dyabolo satisfacit nisi aliqua infidelitas vel ydolatria immisceatur ... ad diuina miracula plenum facit fides sancta sicut ... sicut ad demonum miracula facit multum fides ... quam dyabolus prauus imitator est dei. Ad ultimum tamen quando quod peccatum sit querere de futuris. Dicendum quod peccatum est quia ... et ... de causis potissima tamen causa est quia ipse mendax est et pater eius et frequentissime verum immiscet falso. Et ideo periculum magnum est ei credere quia posset homines de facili inducere ad in errorem et dicere quod illa est veritas que non est. Si videtur per hoc posse omnia mala. Et vel quia alliciat per hunc modum ... ad suam societatem que perniciosa est valde et quanto decepit dyabolus ut decipiat. Et ideo ut homines magis caueant ... diuinacionibus quanto honestas ... tendit ut pote quod puero virgini suas diuinaciones ostendit cum tamen in occultis ad turpissima inuitet. Et ideo dicit Augustinus 2° super Genesim ad litteram in fine. Bono ... super mathematicis ... quibus impie diuinantibus ... vera dicentes tamen ... ne consorcio demonum ... decepta pacto quodam societatis irretiatur. Et non quod permittuntur miracula fieri demonibus et malis hominibus ut boni talia parvipendant in quibus se videant adequari et nichil separari et mali et fallaces perficiant in peccato erratis et in errore inutiles, occulto dei iudicio tamen iusto. Unde valde stultum est desiderare fieri miracula vel prodigia futura et hoc quia magna reputacione cum ... dei videatur in hiis habundare. Tunc ibi Et vidi unum de capitibus suis quasi occisum. Et ... permissa virtute seu potestate magne bestie a dracone collacione subiungit eiusdem potestatis et virtutis in uno capite notificacionem. Et primo ponit potestatis notificacionem ... admiracionem et bestie adoracionem ibi Et admirata est. Circa primum dicit Et vidi scilicet spiritualiter. Unum de capitibus suis scilicet antichristum. Unum de pluribus qui principatum obtinet inter septem capita nephande multitudinis corporis dyaboli. Quasi occisum in mortem id est quasi mortuum se fingentem. Unde Haymo ... quia per septem capita omnes reges seu principes illi subditi designantur per unum autem caput quod hic singulariter occisum se vidisse dicit Iohannes ipsum principem malorum scilicet antichristum intelligere debemus. Unde recte dicit tamquam occisum cum vidisse in mortem quia videlicet ipse simulabit se occisum et post mortem resurrexisse ut amplius decipiat. Et ideo subdit Et plaga mortis eius ficte curata est. Ficte scilicet per fallaciam resurrectionis. Tanta quippe dementatus erit in illo dapnato homine ut ad deludendos animos perniciosorum imitacione veri capitis christi se dicat occisum et resurrexisse post mortem tertio die quia ne forte vitans et non illusio putetur, nequaquam affirmando dicit. Et vidi unum de capitibus suis occisum in mortem et plaga mortis eius curata est. Sed premittit quasi ... ad hoc ... ut per hoc ostendat apertius non esse illud veritatis oppinione sed vissa fraude. Unde glossa Dicebatur se antichristus mortuum et per triduum latebit postea vero apparebit dicens se resuscitatum seu resurrexisse. Et Beda dicit quod antichristus ad capita ... regni pertinet qui imitacione veri capitis ... quasi occisum se resurrexisse simulabit et per ypocrisim hoc perficiat sicut ... audebit ... Et ut dicit glossa Arte magica ascendet in aera ferentibus eum demonibus. Et plaga mortis eius curabitur quia qui prius mortuus credebatur post triduum reputabitur. Apte tamen eius resurrectio fiet fallax et mendax ... non monet ... sed ficte cuius typus vel conmenti fallacia dicitur in Symone mago precessisse qui deludens ... Neronis putabat Symonem fuisse decollatum cum tamen arietis fuit occisus. Et hoc est quod dicit glossa super illo 2 Thess. 2° Et prodigiis mendacibus quia nichil per magicam artem non vanum fiunt illa sed per fantasias deludet homines sicut Symon magus delusit illum qui putans eum occidere arietem decollavit. Et ex hoc videntur patet ad dubium quod monet ibidem glossa qualiter erunt illa signa mendacia. Unde Augustinus solet ... ideo dicta sunt signa mendacia quia non vera ut videtur sed fantastica erunt id est quia sensus mortales per fantasias deceptus est ut quod non facit facere videatur. Vel ideo quia et si vera sunt, dei permissione ad mendacium trahent eos quod confirmabunt illud esse deum quod falsum erit. Unde dicit glossa Dubitari solet utrum signa et prodigia futura per antichristum erunt mendacia propter hoc quia apparencia et non conuera vel quia si sunt conuera sic apparebunt tamen erunt ad mendacium facere opinionis de ipso credencia. Et ad hoc videtur quod per distinctionem ... quia aliqua eorum erunt signa mendacia scilicet per apparencia et illusionem sicut illa quae per virtutem demonis fieri non potest ut sua resurrectio et aliorum quos videbitur a mortuis resuscitare. Illa vero que subiacent virtuti demonis omnino vera fient accipiendo vera per oppositum ad ficta sed non ad fallibilia ... Omnia tamen erunt mendacia 2° quia confirmacia illud esse deum cum debeat esse sicut et erunt ... filius perdicionis et poterit dyabolus quod Augustinus ... de civitate dei c. 14. Non enim qui de celo cecidit ignis et tanta familia cum tantis gregibus pecorum sancti Iob uno impetu absumpsit et turbo irruens et domum deiciens filios eius occidit fantasmata fuerunt que tamen fuerunt opera sathane cui deus dederat hanc potestatem etc. Et subdit propter quod horum dictum sit scilicet signa mendacia quia non vera sed apparencia sed quia ad mendacium pertinencia seducent eos signis et prodigiis qui seduci merebuntur. Nam ut dicit apostolus ubi supra scilicet 2 Thess. 2° pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt ut salvi fierent ideo mittet illis deus operatorem erroris vel seductorem aut auctorem ut credant mendacio. Deus enim mittet quia dyabolum facere permittet iusto iudicio que ille faciet iniquo malignoque consilio ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati sed consenserunt iniquitati. Dicit Augustinus ubi supra.

De caracteribus

recepta ab Augustino ... de ci. dei c. 14

Iudicati seducentur et seducti iudicabuntur. Seducent quidem iudicati illi iudicio dei occulto sed iustissimo quibus ab initio peccati voluntate cadere nunquam iudicare cessavit. Seducti autem iudicabuntur novissimo manifesto quia iudices per Christum ipsum iniustissime iudicatum et iustissime iudicaturum. De mirabilibus autem fallacibus antichristi habetur multum in glossa 2 Thess. 2o et Leo in epistola quadam que continet ultra et super Dan. vii et Ioh. Christo. Et Dan. viii. Qualiter autem deus permittet cum tanta potestate et que beatus Aug. 20 de civitate dei c. 19 multa scribit et scriptum est super Io. in prima parte.

Dic ibi Et admirata est etc. Post descriptionem potestatis collate bestie ad impugnandum simulacione sed signis et miraculorum operatione hic subiungit videntium admirationem et bestie adorationem dicens Et admirata est universa terra. Secundum Haymonem ille dubium quia per terram intelligantur qui admirantur post bestiam estimantes eam resurrexisse et facere ea miracula virtute divinitatis. Admirata est ergo universa terra id est omnes reprobi terrena sapientes et diligentes admirati sunt id est admirabuntur videntes et credentes mortuum resurrexisse post bestiam sequentes mente et corpore vel ei adherentes ad litteram omnes sequentur eum per admirationem sicut legitur Ioh. xi Multi venerunt videre Lazarum quem suscitaverat Ihesus a mortuis. Et adoraverunt draconem id est dyabolum. Cum dedit potestatem videlicet resurgendi a mortuis secundum eorum estimationem bestie id est antichristo quem putabant a morte suscitatum. Sic illi qui videbant Christum miracula facientem glorificabant deum qui per Christum et in Christo faciebat talia. Sed nunquam illi videbunt antichristum habere potestatem a dyabolo vel a deo. Si a deo ergo adorabunt deum et non dyabolum; si a dyabolo, quod ergo sequetur eum. Dicendum quod multi sunt eum consequentes malum simpliciter vero non advertent aliquid de malicia sua vel bonitate. Sed omnes sequentur eum propter dona que largietur et potentiam seu claritatem qua fulciet eos et propter miracula que faciet quod videntes dicent Verbum qui dedit illi tales potestates id est ipsius talis potestas et hic est dyabolus ita in quantum adorabunt dyabolum sed non sunt iure ipsa. Unde Haymo Et in eo dracone adorabunt quia bestia illa id est antichristus non solum divitiis et potentatibus mundi electorum signis et virtutibus fultum Christum esse putabunt et subdent ei sponte tam contempnenda esset bestia si solum potestate seculari et non virtutibus fulciretur. Rursus despicienda foret esset si solis virtutibus splenderet et non esset secularis potestas vincere. Ad tam signis et potestatis videbunt suffulta quibus non solum reproborum immo et electorum corda trepidabunt. Unde et adorantes dicent Quis similis bestie sit in potentia faciendi miracula qui sicut visus est mori et resurgere. Et quis poterit pugnare cum ea id est resistere sue voluntati vel potestati q. d. nullus. Et sic Haymo. Unde dicent isti qui hanc bestiam adorabunt quia neque in seculari potestate neque in maiori [illegible] fraude in retractis temporibus similis ei apparuit nec apparebit et ideo non antichristum sed signis et virtutibus fultum Christum esse putabunt ut inquit Haymo.

Non videtur sunt attribuenda Christo primi admiracio ob sublimitatem eminentie et profunditatem sapientie comparabilis enim malis dicitur ut dicitur in psalmo. Boz. 22. Cur queris nomen meum quod est mirabile. Ps. xi Dalido diarum sapientie et scientie dei. Et enim est admirabilis in multa eminentie; mirabilior in hac formacione in quo totum mundi universum concluditur mirabilissima vero in sua humanatione. Secundum quod est ei attributum est fructus pulcritudinis sive imitationis 3 Reg. 18 Si dominus est sequimini eum. Exodi 23 Magna est gloria sequi dominum ait Ps. Discite a me quia mitis sum etc. Tertium ei attributum est humilis adoracio ob veritatem sue iustitie et testimonie quia non est sanctus ut est dominus primi Reg. 2o. Dominum enim tuum adorabis et illi soli servies. Deut. 6 et att. Quartum ei attributum est perennis satia laudatio et gratiarum actio obtinens potestatem bonitatem et virtutem. Ps. Confitemini domino quoniam bonus. Eccli. 43. Glorificantes dominum quantumcumque potueritis supervalebit adhuc et admirabilis magnificentia eius. Ubi sunt eum quantum potestis maior est omni laude. Ps. Quis similis tui in fortibus domine quis similis tibi magnus et sanctus atque laudabilis et faciens mirabilia. Et hec quartum attribuet reprobi post antichristo ut dicitur Quis similis tui in fortibus domine quis similis tibi magnus et sanctus atque laudabilis. Primum notatur ibi Et admirata est terra. 2m ibi post bestiam. 3m ibi Et adoraverunt bestiam. Quartum ibi dicentes Quis similis bestie et quis poterit pugnare.

ysaie 24 Cessavit dulcedo cithare. In hiis citharis sancti cytharizant et cohibet vel fugat spiritum malignum, quod figuratum fuit primo Regum 16 ubi dicitur quod cum David percuciebat citharam refocillabatur Saul et melius se habebat etc. Unde et lyra conponebat pictagoras perturbaciones ut ait Boecius libro 3o de ira. Et Augustinus 5o libro contra Iulianum ubi recitat quod cum caneret citharedus furente petulancia quorundam adolescentum mitigatur. Et sicut ait in citharis suis non in alienis ut faciunt ypocrite de quibus dominus super [illegible]. Et enim Basilius in epistola ad Zenonem quod sancti serviunt populum in paupertate non in gloria etc. quod ibi [illegible], sed ypocrite non in suis sed in alienis citharizant, qui abstinenciam aliis predicant et ipsi modicam vel nullam faciunt. Et in hoc notantur abbates et alii prelati qui [illegible] conventum vel male parato comedunt, alii studiunt et large. Tales cantant non in citharis suis sed alienis quia religiosi et abstinenciam tenent non in se sed in subditis suis. Contra quos dicitur Eccli 32 Rectorem te posuerunt esto in illis quasi unus ex illis in ieiuniis et disciplinis refectionis etc.

Et cantabant quasi canticum novum ante sedem dei et ante quatuor animalia et seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra. Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hii sequuntur agnum quocumque ierit. Hii empti sunt ex hominibus primicie deo et agno, et in ore eorum non est inventum mendacium; sine macula sunt ante thronum dei.

[Posita commendacione sanctorum qui per meritorum dignitatis et per [illegible] agno celesti per omnibus appropinquat] a duobus scilicet a sublimitate perfectionis et a sonoritate predicacionis, quia subditur eorum commendacio ab aliis privilegiis. Et primo a iocunditate collaudacionis cum dicitur Et cantabant quasi canticum novum. Nam enim de hiis que sancti dicunt aut faciunt nequaquam se ipsos commendant sed auctorem et largitorem omnis boni scilicet deum laudant. Ideo dicit Iohannes Et cantabant canticum novum etc. Ubi sanctorum quasi per canticum novum Iohannes hic intelligit sanctorum laudem et graciarum actionem de beneficiis acceptis. Per sedem autem dei intelliguntur sancti homines et spiritus angelici. In eis enim deus sedet et in eis sedens sua iudicia exercet. Unde in psalmo Qui sedes super cherubin etc. Per quatuor autem animalia intelliguntur universi predicatores qui dicuntur animalia quia per spiritum gracie vivunt et sentiunt, moventur et locuntur. Sed dicuntur quatuor quia doctrinam [illegible] in quatuor mundi climatibus studuerunt effundere. De quibus supra quarto et Ezech. primo. Per seniores autem intelliguntur universi iudices ecclesie secundum Richardum id est omnes sancti prelati de quibus dicitur ysaie 3o Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Dicit ergo Iohannes de sanctis instar lilii virginitate candentibus, instar quoque rose martirio rubentibus: Et cantabant, scilicet tales sancti martires sive virgines carne incorrupti, quasi canticum novum scilicet de beneficiis perceptis id est de hiis que virtute divina opere servaverunt et ore [illegible] deum laudabant, sibi quoque gracias referebant, de incorrupta mente et corporis integritate gaudentes. Secundum Haymonem seipsos enim laudare et inanes honores est canticum vetus; deum autem laudare et ei quoque gracias agere pro beneficiis acceptis est canticum novum [et de integritate mentis et corporis]. De quo dicitur in psalmo Cantate domino canticum novum, laus eius in ecclesia sanctorum. Sed queritur Cum in sacris virginibus de quibus hic loquitur secundum doctores sit vel integritas carnis et cordis, qualiter autem dicitur canticum novum. Dicendum secundum Richardum quod sequitur autem quod canticum novum quia in celesti vita [illegible] vetustate huius seculi. Unus ecclesia in patria usque ad glorificacionem corporum laus sanctorum non est canticum novum simpliciter sed quasi novum. Tunc enim erit novum simpliciter, donec transierit omnis vetustas. Sic ergo usque ad glorificacionem corporum imperfecto gaudio intelligitur, sed tunc sibi plene et perfecte erit novum quando per generalem resurrectionem secundum utrumque non est consumatum; tunc vero erit novitas cum tota perierit vetustas. Infra capitulo [illegible] Vidi celum novum et terram novam. Et hoc ante sedem dei id est in presencia omnium beatorum spirituum sive sint angeli sive homines, a quibus omnibus laus illa nota est quia sancti viri deum in celesti vita laudant, in quibus omnibus deus resplendet et iudicia exercet. Et ante quatuor animalia id est in presencia universorum predicatorum. Et ante seniores id est in presencia iudicum ecclesie sicut dicit Richardus. Sed opponit Haymo. Cum ipsi sint sedes dei et sint quatuor animalia et seniores, quomodo est quod ante sedem et quatuor animalia et seniores cantare dicuntur. Et respondet dicens quod hoc ideo dicitur quia sancti qui in sede consistunt quam nulla rerum mutabilium varietate a contemplacione creatoris [illegible] reflectuntur. [illegible] psallite ysaie 42 Cantate domino canticum novum, laus eius ab extremis terre. Et dicitur novum quia numquam veterascet, semper erit novum. Et hoc ante sedem dei id est ad gloriam eius. Ut enim ait Augustinus super psalmum [illegible] Cantus spiritualis est cum gaudio gracias agere et [illegible]. Et est cantare corde et operibus; tunc enim psalmum bene cantas cum fit concordia quod in psalmo cantatur. Ephes. 5 Cantantes et psallentes in cordibus vestris etc. Et talia cantica diligit dominus ut ait Ieronimus epistola 44 Christo vero cantorum veneranda dulcedo placet, ut in quoque epistola [illegible]. Cibus enim demonum cantica poetarum ait idem epistola 31. Unde de inordinato cantu dicit Augustinus libro de [illegible] cordis, quod prodest ad tempus delenimentis dulcibus cantuum et imposterum amaris. Talibus enim temptacionibus cantorum animi [illegible] et deducuntur a virtute destituti et post ipsas [illegible] postea sentiunt dolores, et ad maiorem amaritudinem diriguntur quod cum dulcedine temporali biberent. Melius est ergo ut nos amara ad tempus calcemus quam postea dulcescat in nobis. Utilis enim [illegible] est cantus spiritualis ut dicit idem Augustinus in prologo super psalterium. Quia per ipsum sanctus videbit obluctantem ac resistentem ad virtutis viam humanum animum et ad delectaciones huius vite magis inclinari. Ideo ad [illegible] delectabilibus modulis cantilene vim sue doctrine permiscuit, ut dum suavitate carminis mulcetur auditus, divini sermonis pariter utilitas inseratur secundum sapientes medicos qui si quid usus proposuit austeriora medicamenta egris offerre morbidis, ne eger austeram utilitatem per austeritatem refugiat, ora ac summitates poculi quo remedium porrigunt melle circumliniunt. Hec ille. [illegible] cantandi consuetudo in ecclesia approbatur, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Dicit idem Augustinus de se libro 10o confessionum, quod cum michi accidit ut me amplius cantus quam res que canitur moveat, me penaliter peccare confiteor et tunc mallem non audire cantantem. Hec ille. De novo vero cantico dicit idem super psalmum 149 Vetus homo vetus canticum, novus homo novum canticum. Vetus testamentum vetus canticum, novum testamentum novum canticum. In veteri testamento promissiones sunt temporales et terrene. Quisquis terrena diligit vetus canticum cantat. Qui vult cantare canticum novum diligat eterna. Ipsa dileccio nova est et eterna, et ideo semper nova quia numquam veterascit. Et sermone 21 de verbis domini dicit: Cantat ille canticum novum qui factus novus suscipit testamentum, qui quoque in dileccione perfectus implet mandatum domini dicentis Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem. De isto cantico pervenitur ad canticum beatorum quod assidue in celo sine fine decantatur. Sonant enim ibi semper melliflua hymnorum organa, suavissima angelorum melodia, cantica canticorum mira que ad laudem et gloriam dei a supernis civibus semper decantantur. Unde Augustinus libro de contemplacione beatorum c. [illegible] dicit ibidem infra: Quam fortunatus ero si audiero illas iocundissimas tuorum cantilenas, carmina melliflua, laudes summe trinitatis delato honore preconia. Sed et nimis felix si ipse cantare meruero canticum domino de dulcibus canticis Syon. Anima ut dicitur in eodem libro c. [illegible] Felix anima que terreno resoluto carcere libera celum petit, que te dulcissimum dominum facie ad faciem cernit, que nullo metu mortis afficitur, sed de incorrupcione perpetue glorie letatur. Tranquilla et secura non timet hostem neque mortem. Habet enim te pium dominum quem diu quesivit, quem semper amavit. Iucundissimis sociata choris melliflua perpetue festivitatis carmina id est laudem glorie tue regi Christo cantat. Inebriatur enim ab ubertate domus tue et tu de torrente voluptatis tue potabis eam. Hec ille. Anima vero sanctorum virginum que candet virginitate et rubet martirii acerbitate nulli alii laudes coequari [illegible]. Ideo ipse [illegible] singulariter aureolam addit in laudem. Et nemo poterat dicere canticum [illegible] canticum novum quod est canticum novi testamenti, de quo [illegible] 19 Sunt eunuchi qui se castraverunt propter regnum celorum. Beda Vetus canticum ait quod sterile [illegible] filius in terra tua. Novum vero quod [illegible] ysaie 54 Lauda sterilis que non paris etc. [illegible] super cantica sermone [illegible] Vox turturis audita est in terra nostra. Dicit vox turturis est pro castitate. Neque enim a principio vox ista in terris audita est sed magis illa Crescite et multiplicamini et replete terram [illegible] pro voce illa pudicicie [illegible] resurrexerunt [illegible] legem [illegible] Tunc ne illi voci tempus fuisse [illegible] cum maledicta omnis sterilis [illegible] in Israel [illegible] filii absque liberis [illegible] semen suscitare [illegible] lege appellabantur. At ubi [illegible] celestis turturis [illegible] regnum dei. Et ita altius [illegible] castissime turturis [illegible] de virginibus ubique [illegible] potuit [illegible] vox turturis [illegible] in sacris virginibus [illegible] quod inauditum est auditum [illegible] a multis virginibus [illegible] pro castitate [illegible] virgines et fecundi [illegible] sola potuit cantare canticum novum quod sola hec meruit prerogativam ut mater esset et virginitatem non amitteret etc.

i. nemo poterit gaudere de incorrupta mentis et corporis virginitate. Secundo hanc nisi illa centum quadraginta quatuor milia i. status virginum et martirum cum quadam
eminencia propter virginitatem et rubea propter martirium adiuncta. Quod sit canticum per patrem celestis compositum, voluntate per legis et evangelii impletionem
quorum per virtutem psalmum quorum compositum. Multa per totam musice consonanciam, ut dicit Richardus. Et Haymo: Canticum enim secundum perfectionem misterii est
laudis. Quanto enim quis magis in virtutibus studuit, tanto magis digne deum laudat. Scilicet quia per hoc istorum qui per centum quadraginta quatuor milia
designantur nemo alius cantare potest, vel ab aliis sic digne deum laudatur. Unde Haymo: non petrus scilicet non quilibet alius apostolus [illegible]
et subdit: dicere tu possum quod valeret affirmare non audeo, quia non omnes virgines in illo beato regno coniugatos precedunt. Scilicet hi specialiter
qui in vita et moribus ac tormento passionis virginitatem insuper custoditam martiribus coniugatis coequantur. Unde Gregorius: Dicit Iohannes apostolus in corde fuisse
levatus ut petrus. Sed verum est quod de petro dicitur, quia uxorem habuit, utrumque pertulit. Cum Iohannes quia petrus virgo non fuit, Iohannes vero
esset virgo, unum tamen canticum dicere cum Iohanne nec agnum sequi potest quocumque ierit. Hii etc. Secundo in littera: Hii empti sunt. Scilicet magno precio quia
precioso sanguine christi de terra i. de terrena concupiscentia ac per hoc elevati ad celestia ut ait Richardus. Et Haymo super: Empti sunt precioso sanguine
eius amore sunt elevati a terra celibes effecti. Sed quilibet enim omnes sunt empti sanguine christi. Ad quod hoc apparet istis. Scilicet super illo dicitur
Redemisti nos sanguine tuo. Quare ergo hic dicitur quod hii empti sunt de terra non redempti. Dicendum ad primum quod ratione privilegialis dignitatis et
eminencie, necnon singularis innocencie dicuntur hii empti esse specialiter, vel ratione immaculate puritatis existentes non indigere redemptione
per sanguinem ihesu christi vel ratione concludende desperationis, quia cum tales sunt originaliter de terra sic tamen sunt celibes effecti propter quod
non est alius desperandus. Unde glosa: non desperes quia de terra es. Ad secundum dicendum quod empti dicuntur qui per passionem christi de culpa originali
sunt liberati. Sed redempti qui per baptismalem graciam si maculaverint actuali culpa quibus est necessarium ablui penitencia que est secunda tabula
post naufragium. Utrique tamen sunt, et baptismus et penitencia virtutem habent a sanguine christi. Unde ergo dicit apostolus i. ad Corinthios vi: Empti estis precio magno
que baptizati qui baptismalem innocenciam servaverunt. Unde vos dicit prima Petri primo: non corruptibilibus auro vel argento redempti estis [illegible]
quod penitentibus qui amissam per penitenciam reduxerunt. Et quia hic loquitur de illis qui servaverunt innocenciam immaculatam ideo dicit quod empti
sunt de terra i. separati a carnis concupiscencia per virtutem baptismi cuius innocenciam servaverunt quo quidem baptismus habet efficaciam et virtutem a sanguine christi.
Et de isto cantico dicit Gregorius xxxii libro pastoralium capitulo 30: Singulare tamen agno canticum cantare est per cunctis fidelibus de carnis incorruptione
gaudere. Et secundo: Hoc canticum alii electi audire possunt licet dicere nequeant, quia per caritatem in eorum celsitudine leti sunt quamvis ad eorum premia
non assurgant. Et de hoc cantico dicit Augustinus libro de bono virginali: Afferte in medium vos afferte ad imperias agni canticum nolite, quia
cantabitis in citharis vestris, non tale quale cantat universa terra, sed tale quale nemo nisi vos et ibi bene dicitur. Ut ait veritas istorum
et status clarius elucescat ideo quintum subditur eorum commendacio ab immunitate corporalis cum dicitur: Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati i. ab hiis
immunes sunt ab opere carnali quod cum mulieribus exercetur, per quod fedantur et inquinantur homines et putrescunt quasi iumenta in stercore suo. Unde ait isti
sunt ab hoc immunes. Probat quod virgines enim sunt i. sinceri mente et corpore. Nulla enim prodest esse virginem corpore si contingit mente corruptam
quempiam esse, ait Haymo. Sunt enim fatue virgines et prudentes Matthei xxv. Hic autem loquitur de prudentibus de quibus apostolus i. ad Corinthios vii: De virginibus
preceptum non habeo. Super quo dicit Ambrosius: Virginitas supergreditur condicionem humanam, per quam homines angelis assimulantur, et ubi in medio de hoc.
Et nota quod communis hec nota virgo proprie dicitur de femina que virum in concupiscencia non novit, ut dicatur virgo quasi virum agens i. a se pellens tum
transumptive dicitur etiam de masculis qui femellas non noverunt ut dicatur virgo quasi viriliter agens i. femellam a se pellens. Dicitur enim in
hebreo masculus dicitur hiis i. vir. Sic femina dicitur hissa i. virago vel potest dici quia magis large sumitur hic immunitas corporalis scilicet per immunitatem
cuiuscumque peccati mortalis. Et tunc per mulieres intelligere possumus corporales creaturas ad quas homines inordinati se convertunt per amorem
inordinatum avertentes se a deo, mechatur cum eis, fruentes ipsarum amplexu damnabili, in quo secundum Augustinum est tota humana perversitas,
ipso scilicet uti fruendis et frui utendis. Hoc enim corrumpit simplicitatem fidei, virginitatem anime et virtutum varietate. Talis enim corruptio
fuit in prima muliere propter hoc quod serpentis suggestione cibum vetitum voluit degustare. Conclusio de perfectis hominibus hic dicitur: Hii sunt
qui cum mulieribus non sunt coinquinati quia in nullum peccatum mortale consenserunt allecti per creaturas. Virgines enim sunt. Nullus enim anima ipse
virgo est que aliquo peccato mortali corrumpitur. Prima enim fide quam in baptismo spopondit inviolata servet. Vel per mulieres hic intelligitur
specialiter ydolatria et heresis, per quas ipse corrumpitur virginitas mentis. Unde quia non sufficit mala non agere nisi quis etiam studeat
bonis operibus insudare, secundo glosa in cantico dicit: Lubrica mors preconcepti. Tercio de sanctis subditur eorum commendacio sexta scilicet ab integritate
conformacionis cum dicitur: Hii sequuntur agnum quocumque ierit. Quid enim sequi nisi aliud est quam christo in omnibus conformem fieri. Et enim vero sequi
decoro dicit Salvator Iohannis xii: Si quis mihi ministrat me sequatur i. me imitetur in quo conformis fiat. Et dicitur sanctis de quibus hic agitur
sequuntur agnum quocumque ierit quia secundum modum sue virtutis in omnibus ipsum imitantur, scilicet in decore castitatis, in amore paupertatis, in
flore caritatis, in vigore firmitatis, in via humilitatis, in pena benignitate, in dura penalitate et in mitis simplicitate, quia sic
ille virgo sic et illi virginitatem servaverunt. Et quia in presenti perfectius eum secuntur ideo in futuro familiarius ei adherebunt ait Richardus.
Sed obicitur: Videtur quod hoc sit hominibus impossibile. Dicitur enim Ecclesiastici 2o: Quis est homo ut possit sequi factorem suum. Quod dicit numquam ergo nullus homo
poterit sequi quocumque ierit. Item quia Augustinus de bono virginali ubi de sancta virginitate capitulo 28: Quo iturum putatis hunc agnum in quod
saltus aut prata, quo nemo eum sequi audeat vel valeat nisi virgines de quibus hic loquitur. Dicendum quod sequi est imitari. Secundum Augustinum
ubi supra: Sed est imitari tripliciter. Vel equaliter, vel ad proporcionem aliquam in quibusdam operibus, vel ad assimulacionem. Primo est impossibile
sequi filium dei. Nec etiam hoc perfecte quia quasi in proporcionaliter perfecte egit omnia que fecit. Nec enim est forte ut est deus aut sapientia
Tercio vero modo scilicet secundum aequalem assimilacionem hominum et quo ad genera operum, sancti dicuntur sequi dominum. Ecclesiastici xxiii: Magna gloria sequi dominum.
Ad primum ergo patet quod non accipitur ibi sicut prima et secunda [illegible]. Ad 2m nota Augustinus ubi supra quod virgines sequuntur agnum virginitate carnis et mentis quod
non poterunt alii qui non sunt tales sequi. Itaque ceteri fideles agnum qui virginitatem corporis amiserunt non quocumque ille ierit sed quocumque ipsi
poterunt possunt. Ait ubique preter quod in decore virginitatis. Et post ea: Beati pauperes imitamini eum qui propter vos pauper factus est cum
dives esset. Beati mites imitamini eum qui dixit: discite a me quia mitis sum et humilis corde. Beati lugentes imitamini eum qui
flevit super Ierusalem. Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam imitamini eum qui dixit: Cibus meus est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Beati
misericordes imitamini eum qui vulnerato a latronibus et in via relicto semivivo desperato quem subvenit. Beati mundo corde imitamini eum
qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. Beati pacifici imitamini eum qui pro suis persecutoribus dixit: Pater ignosce illis quia
nesciunt quid faciunt. Beati qui persecucionem patiuntur propter iusticiam imitamini eum qui pro vobis passus est vobis relinquens exemplum ut sequamini
vestigia eius. Et subdit: Hii qui imitantur in hiis agnum sequuntur. Sed cum agnus graditur itinere virginali vos virgines sequimini eum quocumque
ierit. Et secundo: Multitudo que sequi non potest, videbit et non invidebit, congaudendo vobis quod in se non habet habebit in vobis. Tibi quocumque
ierit. Et secundo a castorum
agnum ubi sunt gratia gaudia non gemina [illegible] sancti vana nunc gaudia quia in ipso regno dei ceteris non virginibus erunt. Scilicet a ceteris
omnibus gaudiis forte distincta sunt gemina virginum christi. Quo inquit putatis eum ire nisi de christo in christum cum christo per christum
omnibus gaudiis.

propter christum. Gaudia propria virginum christi non sunt eadem non virginum quamvis christi. nam sunt aliis alia, sed nullis talia. et ibi multa de hoc. et dicit [illegible] obi-
[illegible] zacharie [illegible] coequabitur gratie [illegible]: sed ad non virgo post hanc maiorem gratiam a qua virgine [illegible] sublimius premiabitur. Dicendum quod est
duplex premium scilicet substantiale consistens in visione et accidentale quod est supererogatum quo premiabuntur sancti predicatores ob merita sua videlicet in predicando
et hoc quantum ad demonia [illegible] et martires ob merita sua fortia in sustinendo et certamine fidei in credendo et hoc quantum ad [illegible]
et virgines ob merita carnis et hoc quantum ad [illegible] de quo primo loquitur. primum sunt victorie gaudia [illegible]
victoriis superbie et elationis, tertium victorie concupiscentie carnis. [illegible] loquitur de virginibus quam de aliis. Dicendum quod non est
tam evidens signum innocentie et observantie gratie baptismalis et ideo specialiter hic loquitur de virginibus. Augustinus tamen hoc in [illegible] exponit
istum passum leve de ecclesia katholica nulla adulterina heresiorum corruptione polluta et ad corpus [illegible] [illegible] virginem etc.

Utrum virginitas sit excellentissima virtutum. videtur quod non sit virtus quia nulla virtus inest nobis a natura. videtur etc. sed virgo inest a natura quia omnis homo natus
est virgo. etc. dicendum non sit excellentissima virtutum. patet per Augustinum in libro de virginitate dicentem: preclarissimum testimonium perhibet ecclesia [illegible] in qua fidelibus notum
quo loco martires et quo defuncte sanctimoniales ad altaris sacramentum recitentur. Et in eodem libro dicit: Non quantum puto ausus fuit virginitatem preferre
monasterio per quod datur intelligi quod martirium virginitati preferatur. et status monasticus statui [illegible] in [illegible] dicit Ambrosius libro de virginitate: mirantur virginis [illegible]
ut ad de virginitate dicamus ne veluti transitu quodam prestricta videatur quod prius est virtus. [illegible] videtur quia tanto virtus est excellentior
quanto per eam magis aliquis christo conformatur. sed maxime aliquis christo conformatur per virginitatem. unde dicitur de virginibus quod sequuntur agnum quocumque ierit etc.
et quod cantant canticum novum quod nemo alius potest dicere. Non sed dicendum secundum [illegible] q 152 articulo 1. Non virginitas a [illegible] superius videtur
et sic id est [illegible] virens in suo [illegible] perfecte quod non est cum superhabundanti calore adustionis corrupta. Ita et virginitas hoc importat quod persona
cui inest immunis sit ab adustione concupiscentie que videtur esse in consummatione maxime delectationis corporalis qualis est delectatio venereorum. unde dicit
Ambrosius in libro de virginitate quod castitas virginalis est integritas expers contagionis. In venerea autem delectatione tria considerantur. primum
quod est ex parte corporis scilicet violatio signaculi virginalis. aliud est in quo coniungitur id quod est anime cum eo quod est corporis scilicet ipsa resolutio
seminis delectationem sensibilem causans. Tertium autem solum est ex parte anime scilicet propositum perveniendi ad talem delectationem. In quibus tribus id quod primo ponitur
per accidens se habet ad actum moralem qui non consideratur per se nisi secundum ea que sunt anime. secundum vero materialiter se habet ad actum moralem. nam
sensibiles passiones sunt materia moralium actuum. tertium vero se habet formaliter et completive quia ratio moralium in eo quod est rationis completur.
Cum igitur virginitas dicatur per remotionem predicte corruptionis, quod est quod integritas membri corporalis per accidens se habet ad virginitatem. Ipsa
autem immunitas a delectatione que consistit in seminis resolutione materialiter se habet. Ipsum autem propositum perpetuo abstinendi a tali delectatione
formaliter et completive se habet in virginitate. unde dicit Augustinus in libro de virginitate quod virginitas est continentia qua integritas carnis ipsi creatori et anime
vovetur consecratur et conservatur. Dicendum igitur [illegible] in virginitate est sicut formale et completivum propositum perpetuo abstinendi a venerea delectatione
quod quidem propositum laudabile redditur ex fine inquantum scilicet fit ad vacandum rebus divinis. materiale autem in virginitate est integritas carnis
absque omni experimento venereae delectationis. [illegible] non aliquid potest dici excellentissimum dupliciter: uno modo simpliciter, alio modo in aliquo genere.
Conclusio prima virginitas est virtus specialis. patet, ubi est specialis materia, ibi invenitur specialis excellentia, ibi invenitur specialis virtutis sicut patet in
magnificentia que est circa magnos sumptus, et ideo hec est specialis virtus a liberalitate distincta que quidem se habet circa omnes pecuniarum usus.
hoc autem quod est conservare se immunem ab experimento venereae voluptatis habet quandam excellentiam laudis super hoc quod est conservare se
immunem ab inordinatione venereae voluptatis. et ideo virginitas est quedam virtus specialis habens se ad castitatem sicut magnificentia ad liberalitatem. ex quo sequitur — A
Conclusio 2a virginitas non est excellentissima virtutum simpliciter. patet, semper enim finis excellit id quod est ad finem. et quanto aliquid efficacius ordinatur
ad finem tanto melius est. Finis autem ex quo virginitas laudabilis redditur est vacare rebus divinis ut dictum est primo. unde et ipse
virtutes theologice et etiam virtus religionis quarum actus est ipsa occupatio circa res divinas preferuntur virginitati. Similiter etiam vehementius
operantur ad hoc quod inhereant deo martires qui ad hoc postponunt propriam vitam, et viventes in monasteriis qui ad hoc postponunt propriam voluntatem
et omnia que possunt habere, quam virgines que ad hoc postponunt venereas voluptates. et ideo virginitas non est simpliciter excellentissima virtutum.
Conclusio 3a virginitas est excellentissima virtutum in genere scilicet castitatis. patet quia transcendit et castitatem vidualem et coniugalem. Et quia
castitati antonomastice attribuitur decor, ideo virginitati per quam attribuitur excellentissima pulchritudo. unde dicit Ambrosius in libro de virginitate: pulchritudine
quis potest maiorem estimare decore virginis que amatur a rege, probatur a iudice, dedicatur deo, consecratur domino. Et Cyprianus libro de virginitate:
virgines sunt flos ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratie spiritualis, illustrior portio gregis christi, et cetera est sublimior gloria scilicet per comparationem
ad viduas et coniugatas. Ad argumentum primum ad [illegible] dicendum quod homines ex sua nativitate habent id quod est materiale in virginitate scilicet integritatem
carnis immunem ab omni experimento venereorum. non tamen habent id quod est formale in virginitate scilicet ut habeant propositum servandi huiusmodi integritatem
propter deum et ex hoc habet rationem virtutis. unde dicit Augustinus in libro de virginitate: nec nos in virginibus predicamus quod virgines sunt sed quod deo dicate pia
continentia virgines. Ad 2m dicendum quod virgines sequuntur agnum quocumque ierit quia imitantur christum non solum in integritate mentis sed etiam carnis
ut dicit et ideo in pluribus sequuntur agnum. non tamen oportet quod magis de propinquo, quia alie virtutes faciunt propinquius inherere deo per imitationem
mentis. Canticum autem novum quod sole virgines cantant est gaudium quod habent de integritate carnis servata ut dictum est supra.
Ex quo sequitur quod medium virtutis cuiusque [illegible] non est indigentia [illegible] consistit in medietate quantitatis illius circa quod est virtus. patet quia licet magnificentia non consistat — B.
cum ipsa sit circa sumptus et dona, tamen non inclinat homines ad faciendum mediocres sumptus sed ad faciendum maximos quia ut dicitur 4 ethicorum nullus
maiores sumptus facit quam magnificus. Et ideo medium virtutis in talibus accipitur quantum ad circumstantias modificantes ipsum actum secundum dictam rationem
puta ille est vere magnificus qui dat maxima dona quibus oportet sicut decet et cum decet et propter quod decet. Ille vero non est magnificus qui eque
magna dedit quibus non decet et cum non decet et propter talem finem propter quem non decet. Et eodem modo dicendum est de virginitate quod licet quantum ad mag-
nitudinem quia est teneat summum declinando et refutando omnes venereas delectationes tamen ut tenet medium quantum ad circumstantias in-
dicatas recte rationis [illegible] dicta virtus puta si ad servat virginitatem quando decet scilicet in tempore gratie quando virginitatem antecedendo filius dei nasci vo-
luit ex virgine. et propter quod decet puta ad laudem dei unde [illegible] absque medio fuissent virginitatem continere quando habebant ex precepto dei
in veteri lege se debebant matrimonio dare vel etiam nunc propter laudem humanam sicut fatue virgines lampades sine oleo portantes vel propter honores
[illegible] [illegible]. sicut virgines apud romanos deam vestam solebant honorare secundum quod [illegible] romanorum ad [illegible] [illegible] fuit dixisse Iam
[illegible] ad venerandum deam vestam necesse est ut si tua perseverancia virginitatis placet die noctuque eius sacrificiis vacandum insistas etc.
Ex quo sequitur quod [illegible] [illegible] [illegible] virginitas nobilior et commendabilior est uxoria castitate patet quia in lege [illegible] virginitas consulitur
tamquam ad statum summe perfectionis pertinens et uxoris indulgetur tamquam pertinens ad statum vite [illegible] [illegible] apostolus 1 ad corinthios 7 [illegible]
quia in futura vita [illegible] [illegible]

Tunc ibi h'nt empta sunt &c. Cum a confitente corpus cum hominibus confitebitur cum corpore cum hiis spiritibus in porta comedatione sanctorum ab utroque confessor
subditur corpus prerogativa quam fideliter testificatur statu supereminente sine fidelitate testificat et corpus immaculata puritate &c. Et in ore eorum non est inventum
et corpus prehibente sermone in h'nt mactata sunt an &c. Circa primam de sancto dicitur hii empti sunt sanguine, conversione ex omnibus, primitie. Et ut sunt
tamquam primitie digne offerri deo scilicet patri et agno id est christo eius filio, ac per hoc et spiritui sancto. Nichil enim digne offertur patri et filio quin offeratur et spiritui sancto qui spiritus est vinculum. Unde circa quod forte posset dici non occurrit quod sufficit in hiis duabus personis intelligi cum sit nexus et amor amborum. Et
significat dicitur primitie et non decime quia perfecti sunt. Vel aliorum tamen pauca sunt quia non possunt dici pro genere. Sufficit ergo quod dicantur primitie. Dicuntur etiam
primitie quia etsi non sunt primi tempore, sunt tamen primi multo dignitate et perfectione secundum nostros. Et hanc primam ponit cum dicit quod in ullo grege optimus eligitur
agnus et sic ex multis fructibus aliquid eligitur primitie sic isti eliguntur ex multitudine salvandorum qui tamquam primitias offerentes semetipsos celestium
referunt fructum aut primo. Sunt ergo empti id est separati quadam prerogativa spirituali sicut ex fructibus melior fructus. Nam sic primitie sunt electissimi
inter fructus sic electi deo, propter quod promissum est quod sequuntur agnum. Christus enim pascitur inter lilia per que significantur virgines incorrupte. Ceterorum sanctorum
sunt et virgines primitie, quia primordia sue vite deo obtulerunt, non sic sicut martires et confessores, ut quia martires et confessores non fuerunt in ipso
vite primordio sicut virginitas. Et quia teste Jacobo si quis in verbo non offendit ille perfectus est vir, ideo dicitur quod sunt primitie et sunt
non tempore tamen perfectione status. Subditur: Et in ore ipsorum non est inventum mendacium, scilicet propter sinceram confessionem et propter plenam observantiam abre-
nuntiationis diaboli, quam promiserunt in baptismo, de quibus dicitur in psalmo: Vota mea reddam domino et solvent, de aliis vero dicitur psalmo 3 ... factum fuit
et pactum suum baptismale secundum glossam. Nunquam possum in ore ipsorum mendacium inveniri qui nunquam deum laudabant et eius magnalia
extollebant qui nunquam Christum confitebantur et fidem eius profitebantur, cui non potest subesse falsum, et que prime initium vitabant. Et ideo
hic opponit hanc quod dicit psalmista omnis homo mendax et apostolus ad Romanos 3: qualiter autem hoc? Solutio: hanc inquit omnis homo qui in se consistit
mendax est, sed in quantum ex deo est verax est. Unde Gregorius: Christum morientes tetris hac autem parte dicitur domini sed propter hoc videre potest. Si omnis ergo et tu
falsa quia tua erit sua quam mendax ipse protulisti. Si vero ipse non mendax, valet sua non erit, quia dum tu verax es non omnis. Consistit mendax
Et subditur si nondum quod permittitur ego dixi in excessu meo per excessum ergo mentis tamen semetipsum transiit, cum de homine qualitate diffinit.
Et patenter dicat de falsitate omnium hominum, mendax verum suum protuli unde ego ipse super hominem fui. Putantur vero et ipse mendax in quantum homo.
Quod opponitur ad omne quod per excessum mentis super hominem &c. Sic opponitur cum hoc procurat ad omne sanctos quod spiritualiter dicit de
Quantum autem non mendax in quantum per excessum mentis super homines &c. ... virgines dicitur veraces quia sic de excellentia et sinceritate et devotione sua innocentia sua
virginibus dicitur secundum hanc quod ad aliorum comparationem virgines dicuntur veraces ... et sinceritate ... innocentia sua
Et ut autem Augustinus non dicitur non sunt inventum mendacium, sed non est inventum. Et ideo sic glossa ...36 Absit mendacio sit sermones mei
Nec ergo mendacium pro ratione fidei nec mendacium denegationis eius quod promissum est, ut mendacium deceptionis, ut mendacium duplicatis in verbo
(Nec ergo mendacium ... Mendacium autem est falsa vocis significatio cum intentione fallendi secundum Augustinum libro de mendacio et ingerunt in 3o sententiarum distinctione 38
est in ore ipsorum mendacium. Nam omne mendacium est peccatum. Dicitur enim Augustinus ubi de ... quod genus mendacii peccatum
... Noli velle mentiri omne mendacium. Sunt autem octo genera mendaciorum secundum eundem quorum sufficientia sic sumitur. Cum mentiri aut propter finem vanum
non esse putantur semper decipit. Sunt autem octo genera mendaciorum ... aut propter finem dampnosum et fit mendacium perniciosum. In primo
et fit mendacium iocosum aut propter finem utile et fit mendacium officiosum aut propter finem dampnosum et fit mendacium perniciosum. In primo
consistit intentio fallendi ut ipsum fallente quod non intendit alium fallere. In 2o ... ad alterius falsitatis opinionem tamen. In 3o vero usque
ad reale deceptionem alterius. Sub mendacio vero pernicioso continentur tria genera mendaciorum, scilicet finis enim dampnosus aut est ut noceat in
spiritualibus et est primum genus mendacii quod fit in doctrina religionis, ut mendacium falsum testificantis in causa dei et falsi doctoris. Aut ita ut
noceat in temporalibus et hoc continetur 2o. Aut ita ut alium noceat et nulli prosit, et est 2m genus ut mendacium falsi testis in causa criminali.
Aut ita ut alium noceat et alium prosit ut mendacium falsi testis in causa civili pecuniaria, et est 3m genus. Sub mendacio vero iocoso
continentur duo genera quorum finis illius est delectatio vana. Aut ergo delectatio propria in ipso loquente et fit quartum genus quod fit sola libidine
mentiendi aut delectatio aliena in audiente et fit quintum genus quod fit intentione placendi. Sub mendacio vero officioso continentur
tria genera quorum finis utilis est triplex: aut pro conservatione possessionis, et fit sextum genus ut si quis alicuius pecuniam velit tollere et alter sciens
ubi sit nesciat se mentiatur. Aut pro conservatione corporis et fit septimum ut si quis hominem quesitum ad mortem volens prodere mentiatur.
Aut pro conservatione anime et fit octavum. Et autem quodlibet genus mendacii sit peccatum patet tamen quod propter intentionem fallendi quia quod propter falsam scilicet vocis
significationem. Est propter intentionis fallendi ostenditur quia hoc quod omnis virtus est quedam rectitudo spiritualis. Omne vero mendacium deviatio a rectitudine spirituali
Est propter intentionis fallendi ostenditur quod hoc ... Cum ergo omne mendacium sit deviatio voluntatis a rectitudine sequitur quod omne
deviatio vero voluntatis ab eo cui debet hoc adherere peccatum est. Cum ergo omne mendacium sit deviatio voluntatis a rectitudine sequitur quod omne
mendacium sit peccatum. Est propter vero falsa significationis sic ostenditur quia sicut dicit Augustinus in enchiridion. Verba instituta sunt non ut homines per ea se
fallant sed ut cogitationes suas alterius notificet. Uti ergo voce ad falsa significandum est abuti. Abuti vero rebus est peccatum. Ergo patet quod omne
mendacium est peccatum. Et dicit Augustinus quod in hiis octo generibus mendaciorum primum est maximum et tanto minus peccat quis mentiendo
quanto magis recedit a primo mendacio. Propter quod notandum quod horum octo generum mendacii comparatio in quantitate peccati duplex potest esse, scilicet et ceterorum
quanto magis recedit a primo mendacio per quod nondum quod horum octo generum singula primo intellige dictum Augustini non secundo. Nam primum genus peius est ceteris
generum peccatorum quod vel secundum singulorum genera vel secundum genera singula primo intellige dictum ... cum sic sepius ... est melior optimo asino secundum
generum peccatorum quod vel secundum singulorum genera vel secundum generum singula ... ceteris paribus. Si enim septimus eque est melior optimo asino sic
secundum non singule species illius generis singulis speciebus aliorum generum ceteris paribus. Nec tamen sequitur quod qualibet eque sit melior quolibet asino ceteris paribus
quod eque sit semper melior asino ut dicitur philosophus in libro topicorum. Nec tamen sequitur quod qualibet eque sit melior ... et illa deinceps peior. Pessima 34 genus et usque ad octavum genus
(Tamen econtrario cum pessima species primi generis sit peior pessima specie secundi et illa deinceps peior. Non tamen quelibet species primi peior est qualibet secundi, ut illa peior
sed quod primum genus peius est 2o, 2m 3o, 3m 4to et deinceps. Non tamen quelibet species primi peior est qualibet secundi ... attenditur penes malitiam finis
secundum quod primum genus peius est 2o ... Aggravatio vero quantitatis peccati illorum octo generum attenditur penes malitiam finis
qualibet specie 4ti et deinceps ceteris paribus. Aggravatio vero ... Peius est quod quod fine utili, quod
sine intentione. Unde peius est quod fit fine dampnoso quam quod vano, et illud quod fit fine vano peius est quam quod fine utili. Quod
fit fine pernicioso, tanto peius est quanto fit fine magis pernicioso. Perniciosior autem actus est qui fit ut noceat in spiritualibus
autem fit fine pernicioso tanto peius est quanto fit fine magis pernicioso ... cum profectu alterius. Quod autem fit fine vano
eo qui fit ut noceat in temporalibus, et ille eo qui fit ita quod noceat alium in temporalibus cum profectu alterius. Quod autem fit fine officioso minus
eo qui fit ut noceat in temporalibus et ille eo qui fit ... in mendacio delectari quam velle alteri placere. Quod autem fit fine officioso minus
magis est, quanto finis vanior. Vanior autem finis est in mendacio delectari quam velle alteri placere. Sic ergo patet
peccatum est quanto finis utilior. Utilior autem est conservatio utilis quam vite corporalis et illius quam possessionis exterioris. Sic ergo patet
gradus et ordo peccatorum secundum octo genera mendaciorum. Officiosum vero et iocosum secundum genus suum non sunt peccatum mortale licet secundum aliquam speciem
aliquam possint esse pernicioso. Pernicio vero secundum se peccatum est mortale, licet secundum aliquam speciem quandoque possit esse veniale. Cuius ratio est
quia mortale est quod privat et aufert vitam. Vita vero consistit in caritate dei et proximi. Mendacium ergo quod aufert a caritate vel dei vel
proximi, quod fit in doctrina religionis vel proximi, ut alia duo perniciosa peccatum mortale est. Mendacium vero quod non aufert a caritate
perniciosum quod fit in doctrina religionis vel proximi ut alia duo perniciosa peccatum mortale est. Mendacium vero ... quod sepius mentitur.
dei vel proximi ut officiosum et iocosum non est mortale sed veniale. Nimis autem hoc ita sit. Dicit tamen beatus Gregorius 18 moralium quod summopere caveri
est omne mendacium. Summus sit aliquod mendacii genus culpe levioris, ut si quis prestando mentiatur. Si quia scriptum est: Os quod mentitur
occidit animam. Sapientiae 1o. Et perdes omnes qui loquuntur mendacium in psalmo 5. Hoc quod genus mendacii perfecti viri summopere fugiunt, ut nec
vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne sue anime noceat. Dum prestare carni nituntur alienae quamquam hoc ipsum peccati genus
Primo huius inveniuntur mendacium in quibus manet in hiis habens autem caritate finaliter non manet quia caritas operit multitudinem peccatorum. Petri 3

facilius cordis relaxari. Ita si quedam culpa sequi solet per aliam operationem purgari quanto magis si facile abstinet qua mater bonorum operum
pietas ipsa comitatur. Et ibi nichil deest. Et quia in ore eorum mendacium inventum non est sine macula sunt ut dicit textus quibus tamen sunt eorum culpe
remissi et ideo magis fugiendi ad laudem istorum dicitur quod in ore eorum non est inventum mendacium. Ubi nota quod est progressio quantum
ad immaculatam puritatem oris. Et post eorum ultima progressio quantum ad immaculatam puritatem operis et quantum ad perfectam securitatem cum dicitur
sine macula sunt ante thronum dei. Glosa in operatione per inviolatam observanciam castitatis aut necgandi sine macula dico culpe et pene
quantum ad animas et etiam quantum ad corpora post plenam resurrectionem. Ante thronum maiestatis dei. Ubi presente super omnia ac per hoc presidente omnibus
ambulare videtur et qui sunt ante thronum eius ipso fruuntur quo fruentes protecto sunt beati. Nec obstat quod de sanctis dicitur etiam sub
throno dei clamat omnes sancti quod sunt dicitur quod dicitur supra sexto. Vidi sub altare dei animas interfectorum etc. Beati enim qui sunt in patria dicuntur
esse et sub throno et ante thronum. Sub throno quidem propter divinam protectionem ante thronum autem propter apertam dei visionem ut ait Beda super
hoc ... Christus contemplatur eum ... Omnibus est cor meum aperto. Et curatio unius non est hoc ... in terra qui non potest nec infirmus
unus dei secundum aliam translationem quam inducit glosa ... moralium ... sine macula sunt ... omnes sancti licet sint
sine corruptione et apertis expurgati tamen aliorum operatione virgines dicuntur esse sine macula propter integritatem mentis et corporis etc.
Et non quod est multiplex macula secundum multiplicia peccata. Est enim macula luxurie que inter alias et multos et magis maculat unde de pollutione
legitur ... Ezechielis 16: Divaricasti femora tua omni transeunti. Dedisti maculam in gloria tua. De Ruben primogenito Iacob dicitur Genesis 49: Non crescas
quia ascendisti cubile patris tui et maculasti stratum eius. Ruben hic gerit typum clericorum qui sunt filii regis ponens in domibus ...
in ... macula multum deformat animam et multum laboratum est et ... laboratur ad emendationem huius macule. Multe enim sunt constitutiones multe
prohibitiones multe visitationes multe suspensiones et excommunicationes contra hanc maculam et tamen nichil vel modicum quid efficiunt etc. Est alia macula gule
coinquinans ... Iude 2°: Hii sunt in epulis maculis convivantes sine timore semetipsos pascentes. Ysaie 28: Omnes mense eorum replete sunt vomitu
... Item est macula superbie putentis. Iob ... Vir vanus in superbiam erigitur. Et post: Si iniquitatem que est in manu tua abstuleris tunc poteris levare
faciem tuam sine macula. Item est macula ire dehonestantis. Iacobi 3°: Lingua maculat totum corpus et maxime in hore iracundo ...
... deformat et qui formam ... aufert ab iracundo propter quod expedit iracundis inspicere speculum ut videat turpitudinem suam ut ait Seneca
libro de ira. Item est macula avaricie sive cupiditatis ... fedantis. Ecclesiastici 31: Beatus dives qui inventus est sine macula etc. Item est macula
invidie corrumpentis putredo enim ossium invidia Proverbiorum 14. De qua dicitur Ecclesiastici 33: In omnibus operibus tuis precellens esto et ne dederis
maculam in gloria tua scilicet alios mordendo quia parvulum occidit invidia Iob 5°. Item est macula accidie torpentis secundum illud poete:
Cernis ut ignavum corrumpunt ocia mentem. Et capiat vicium ni moveantur aque. Sicut enim aqua contrahit sordes nisi moveatur et
rubiginem sic ... anima accidiosa contrahit sordes et rubiginem nisi operetur. Ut enim ait Bernardus ad Eugenium papam: Ociositas fugienda
mater nugarum noverca virtutum. Ecclesiastici 33: Multam maliciam docuit ociositas. De qua macula possumus exponere illud Iude 2°: Comedentes
... carnalis est maculata tunica per quam potest significari vita desidiosa intendens ... et ... unde quia de est ...
ideo studendum est fidelibus ut sint sine macula ante thronum dei id est ante deum iudicem ut ait glosa ut de quibus possunt dici ...
sine macula et operatur iustitiam. Circa quod notandum quod thronus dei quinque condiciones habet propter quas sancti qui sunt ante ipsum a quinque maculis sunt
immunes. Cum enim sint integri ante thronum dei debent esse throno conformes. Ut sicut thronus est sine omni macula ita et ipsi sunt
... immaculati. Condiciones autem throni sunt iste. Veritas contra omnem fallaciam. Puritas contra omnem spurciciam. Equitas contra omnem
superbiam. Bonitas contra omnem seviciam et felicitas contra omnem miseriam. Primo dico quod in throno dei est veritas immo ipse est prima veritas
excludens omnem fallaciam et ideo figuratur per thronum stellarem de quo dicitur psalmo ... Thronus eius id est ipsius sicut sol in conspectu meo
et bene sicut sol quia sicut sol est fons claritatis fugans omnem obscuritatem sic et thronus iste est fons claritatis illustrans omnem
intellectum omnem ... ignoranciam fugans. Est etiam in throno Christi puritas immo ipse est vera puritas excludens omnem spurciciam
ideo figuratur per thronum eburneum de quo dicitur 3 Regum 10: Fecit Salomon thronum de ebore grandem. Et bene figuratur per ebur
quod est album et in se numquam putrescit nec corrumpit nec aqua rubiginem contrahit. Est insuper in throno isto equitas immo
ipse est prima rectitudo sive prima equitas omnem excludens superbiam que est prima mentis obliquatio a rectitudine. Per superbiam enim
homo reflectit se super se discedens a prima rectitudine. Estimat enim bona sua habere a se et non a deo vel a deo sed tamen meritis vel habere
plus quam habeat vel habere singulariter super omnes que sunt quatuor species superbie secundum Gregorium in quibus omnibus obliquatur mens
homini a rectitudine. Et propter istam conditionem figuratur thronus Christi per thronum igneum de quo dicitur Danielis 7°: Thronus eius sicut
flamma ignis. Et bene thronus Christi per ignem figuratur ratione summe equitatis. Ignis enim sursum movetur recto et secundum lineam
perpendicularem nisi impediatur a flatu venti. Et divina equitas est rectissima immo prima figura rectitudinis quia numquam odio vel
amore nimis vel pressus adulatione vel timore potest obliquari. Est insuper in throno dei summa bonitas omnem excludens
seviciam et duriciam. Ideo figuratur per thronum nubeum de quo Ecclesiastici 24: Ego dicit Christus in altissimis habito et thronus meus in
columpna nubis. Et bene per nubem ratione bonitatis figuratur thronus Christi. Sicut enim nubes ardorem solis refrigerat rorem
et pluviam distillat ac per hoc terram fecundat sic bonitas et misericordia ista ardorem divine iusticie nobis contemperat rorem et
pluviam divine gratie nobis distillat ac per hoc mentes hominum virtutibus fecundat. Est ultimo in throno isto felicitas omnem ex-
cludens miseriam et ideo figuratur per thronum gemmeum de quo dicitur Ezechielis primo circa ... apparuit lapidis zaphiri similitudo throni
et super similitudinem throni quasi aspectus hominis. Iste thronus similis lapidi zaphiro est thronus Christi dei et hominis. Quem enim
oculus fidei thronum Christi contemplatur non solum ipsum credit esse deum sed etiam hominem verum. Et bene thronus iste ratione felicitatis
figuratur per thronum zaphireum. Est enim Christi felicitas summe stabilitatis et ideo per lapidem figuratur. Est summe nobilitatis et ideo
per lapidem preciosum. Est enim ibi omne preciosum quia ibi est omne bonum et etiam summe iocunditatis et ideo per lapidem zaphireum quia
inter lapides qui pulcrior est et delectabilior in colore et magis oculos demulcens. Est enim coloris celestis. Sic et in throno
Christi est summa pulcritudo summaque dulcedo. Sunt enim in dextera eius delectationes usque in finem ut dicitur in psalmo. Propter istas quinque
quinque conditiones quas habet thronus iste beati omnes qui sunt ante ipsum a quintuplici macula sunt immunes scilicet a macula fallacie
spurcicie superbie sevicie sive duricie et miserie. Talis saltem quantum ad animas et tandem erunt quantum ad corpora. Quod scilicet Christus

... infra ... (margin notes, partly cut off)

exhibebit ecclesiam gloriosam non habentem maculam neque rugam Ephesios v. Tunc enim dicet Christus sue sponse id est ecclesie Canticorum 4° Tota pulcra es amica
mea et macula non est in te. scilicet nec culpe nec miserie. Sic ergo isti qui cum agno fuerunt in hac vita super montem Syon id est perfectionis
nunc ante resurrectionem corporum cantant quasi canticum novum ante sedem dei. tandem novum semper cantantur et placet istud canticum ac
placebit quia sine macula sunt ante thronum dei. Confugiamus ergo et nos perditas per maculas scilicet fallacie spurcicie superbie et sevicie
rodent et in ipsis requiescent. Mortis eciam status est horridus et immutabilis. Non enim est agnitus qui sit reversus ab inferis
Sapientie 2o propter quod dixit illa prudens mulier Thecuites 2 Regum 14 Omnes morimur et velut aque dilabimur in terram que non
revertentur. Omnes enim homines vadunt ad mortem vadunt eciam ut sibi terra maneat et nunquam inde revertentur super terram. Casus igitur
iste nature nostre multum est terribilis. Est enim plenus miseria et calamitate. O peccati stipendium. O vere debitum. O ultimum terribilium
o vere mirandum. Omnes enim morimur. Sic igitur patet primum quod in hiis verbis innuitur videlicet nature casus terribilis quod innuitur in calamitate mortis
quando datur intelligi cum dicitur mortui. Secundo in predictis verbis innuitur gracie status laudabilis in securitate finis cum additur qui in domino
scilicet per graciam et caritatem manentes moriuntur secundum corpora. Mors enim humane vite finis est in se [illegible] finis at iste securus est cum homo
qui moritur per graciam et caritatem manet in domino. Talis enim securus est de adipiscenda eterna beatitudine quam preparavit [illegible] deus
mors sanctorum eius ut dicitur in psalmo. Bene ergo hic innuitur gracie status laudabilis in securitate finis cum dicitur qui in domino moriuntur. Qui enim
in domino moriuntur non dubium quin sint in gracie statu qui multum est laudabilis ac per hoc quin eorum finis sit multum securus
Illi vero moriuntur in domino qui moriuntur in confessione fidei domini, in firma expectacione glorie domini, in sincera dilectione bonitatis domini,
in perfecta implecione mandatorum domini, in plena recepcione venie domini que fit per dignam penitenciam, in devota percepcione corporis domini,
in vera recognicione parvitatis proprie et magnitudinis domini, in larga distribucione bonorum suorum pauperibus domini et in operibus aliis
que placita sunt domino et necessaria acquisicioni salutis domini. Necessaria dico adultis et habentibus ad ea opera facultatem quam si non esset
possibilitas sufficeret sibi loco operis bona voluntas. Revera qui sic moritur in domino finem habet securum et de ipso est evidens argumentum
quod [illegible] in domino [illegible] moritur. Dicere potest [illegible] prudentia domini in quo meo spiritu [illegible] propter [illegible] habui quod a
[illegible] est [illegible] cum morior ne commovear scilicet ab eius dilectione per aliquam demonum temptacionem. Propter hoc letatum est cor meum
scilicet in te et exultavit lingua mea scilicet confessionem insuper et caro mea requiescet in spe scilicet glorie resurreccionis. Quoniam non derelinques
animam meam in inferno vel in purgatorio semper. Nec dabis sanctum tuum id est me tua gracia sanctificatum videre id est experiri corrupcionem semper
Notas mihi fecisti scilicet tu vivens vias vite id est mandata tua. Adimplebis me leticia cum vultu tuo quem spero perpetuo videre
In cuius quidem aspectu sunt perpetue delicie. Unde subditur delectaciones in dextera tua usque in finem id est sine fine. Talia vera et similia potest ille dicere
qui moritur in domino modo dicto. Quod fuit secundum scilicet gracie status laudabilis in securitate finis. Et sic tercium scilicet fructus glorie optabilis
in felicitate mercedis quam tangit vox celestis cum dicit de morientibus in domino quo ad statum post mortem sunt beati scilicet beatitudine perfecta que est vita
eterna. Nam tales sunt illi de quibus dicitur infra 19 Beati qui ad cenam nupciarum agni vocati sunt. Et in ultimo Beati qui lavant stolas suas
id est animas et corpora in sanguine agni id est in accione sacramentali, quibus efficacia a sanguine agni ut sit potestas eorum in ligno vite
et per portas intrent in civitatem celestem. Quam quidem civitatem per portam preciose mortis omnes qui iam in domino mortui sunt intraverunt
et hoc vel in re sicut illi qui iam sunt actualiter beati vel in firma spe sicut illi qui sunt adhuc in purgatorio detenti quamvis nondum
actualiter intraverint. Sed certi sunt de introitu et in proximo sunt ingressuri. Cuius quidem civitatis nos tandem consortes efficiat ille qui per se [illegible]
Unde ibi amodo iam dicit spiritus etc. Subditur tercium predicte scilicet descripcionis probacio sive beatitudinis talium morientium [illegible] dicit
ergo sic se extimantes mortui qui sic in domino moriuntur ut dictum est sunt beati quod sic probatur. Enim vero dicit spiritus sanctus a deo [illegible] in
missus vel spiritus id est tota trinitas que est unus spiritus ad cor meum loquens ut iam amodo scilicet mortui in domino requiescunt scilicet quiescant
post mortem a laboribus suis vel post labores suos vel a laboribus suis de quibus Sapientie 3o Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et ad hoc
nos dicit ipse Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite iugum meum etc. et invenietis requiem animabus vestris
Labor enim sanctorum qui in domino moriuntur in requiem terminatur sed mors peccatorum non, immo a labore temporali transeunt ad perpetuum.

Tales enim cum vivunt in labore hominum non sunt et ideo cum hominibus non flagellabuntur sed cum demonibus laborabunt in eternum ut dicitur in psalmo.
Et alibi eciam de peccatore dicitur laborabit in eternum et vivet adhuc in finem. Sicut enim reprobi cum moriuntur de miseria transeunt ad maiorem
miseriam mors enim illorum est carceris introitus. Sic e contra de bonis viris cum moriuntur beati sunt et hoc propter malorum evasionem et bonorum
adepcionem. Transeunt enim de labore in requiem de opere ad ocium de pugna ad bravium de merito ad premium quod vel iam habent realiter
sicut illi qui iam cum Christo regnant in celis vel si non habent realiter tamen certi sunt et securi de habendo finaliter sicut sunt illi qui sunt in purgatorio
quod beatus Iohannes manifeste ostendit in hiis verbis referens dictum cuiusdam vocis celestis. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis.
In quibus verbis tangitur et illud quod est confidenter credendum et id quod est diligenter querendum. Primum est assercio divina que innuitur cum dicitur
spiritus dicit. Spiritus scilicet angelicus a deo missus vel spiritus id est deus trinitas que est unus spiritus. Iohannis quarto spiritus est deus. Vel spiritus sanctus qui
cum patre et filio est unus deus. Spiritui tamen hec opponitur spiritus sanctus nam opera sunt indivisa per caritatem per quam spiritus sanctus habitat in nobis
et retribucio mercedis quodammodo attribuitur ei prout dicit Nicolaus de Lira. Utroque vero modo capiatur spiritus sive pro deo trino et uno
sive pro persona spiritus sancti attributive sive pro spiritu angelico in persona dei loquente sic eius assercio sicut est vera quia nichil contra veritatem
nec per aliquem impediri potest id quod ipse asseruit fiendum. Unde dicit Ysaias xiiii. Dominus exercituum decrevit et quis poterit infirmare
quasi diceret nullus. De deo namque scribitur in psalmo. Dixit et facta sunt. Et Genesis primo sepe dicitur. Dixit deus fiat et factum est ita. Unde omnis assercio divini
spiritus est ab omnibus fidelibus firmiter credenda et in ipsa est confidendum tamquam in immobili veritate. Quod ergo dicit quod de mortuis in domino
quod requiescunt a laboribus suis est confidenter credendum. Secundum vero quod tangitur in verbis hiis est possessio quieta que diligenter est a nobis
querenda. Nunquam tamen erit semper nisi in celesti patria. Et hec innuitur cum dicitur ut requiescant a laboribus suis id est a laboribus
quos in hac vita sustinuerunt propter deum vel id est per labores suos quibus succedet sempiterna requies pro mercede. Iuxta illud
Sapiencie x. Reddet deus mercedem laborum sanctorum. In hac autem requie quam debet omnis homo diligentissime querere cum labore
sunt in mundo intelligitur omnis boni possessio pacifica et quieta que nunquam est nec esse potest nisi in celesti patria. Ubi
cor nostrum in deo requiescet. Unde beatus Augustinus in libro confessionum loquens deo dicit. Domine fecisti nos ad te sed preficiendo et inquietum
est cor nostrum donec requiescat in te. De hac requie quam habituri sunt sancti post mortem dicit Iob xi. Si iniquitatem que est in
manu tua abstuleris a te et non permanserit in tabernaculo tuo id est in corde tuo iniusticia tunc meridianus fulgor con-
surget tibi ad vesperam id est vera cognicio dei in fine vite tue et defossus id est in foveam positus securus requiesces. Super Ysaiam
in sinum Abrahe et non erit qui te conterreat. Hec autem requies celestis patrie propter multa est summe desideranda et corde
ore et opere querenda. Scilicet propter suavitatem que nescit aliquam fatigacionem propter securitatem que nescit aliquam perturbacionem
propter integritatem que nescit aliquam imperfeccionem et propter perhennitatem que nescit aliquam interrupcionem. Quantum ad primum dicit propheta in psalmo
In pace in idipsum dormiam et requiescam. Vere requies patrie celestis est suavissima tamen quod est in pace scilicet peccatorum et externitatis
tamen quod comparatur dormicioni in qua homines non fatigantur. Unde psalmo dixit. Dilectis suis sompnum. Dormite iam et requiescite ait propheta
tamen eciam quod est in deo qui nunquam mutatur sed ipse est idipsum. In pace nunquam in idipsum dormiam. Cum enim innititur immutabili ac perfecte
et infatigabili nunquam mutatur nec unquam fatigatur propter quod non dicitur et questam sed requiescam id est perfecte quiescam. Quantum ad secundum dicit
sapiens Proverbiorum primo loquens in persona dei. Qui me audit id est mandatis meis perfecte obedierit absque terrore requiescet et habundancia
perfruetur malorum timore sublato. Ibi enim nullus erit terror hostium ibi nullus terror erit de amittendo aliquod bonum quod habebit. Et ideo
qui sic requiescet omni timore sublato cuiuscumque mali perfruetur habundancia omnis boni. De tercio patet quod integra fiet illa requies
quia nullum bonum ibi deficiet et omne malum longe fiet ab illa. Unde in Proverbiis dictum est de illo qui requiescet in patria quod habundancia
perfruetur id est perfecte fruetur malorum timore sublato propter quod Iob xxxvi dicitur. Requies autem mense tue erit plena pin-
guedine. Mensa quidem glorie in qua edunt et bibunt omnes sancti est plena pinguedine id est omnis boni affluencia immo et redundancia
et qui sedebunt ad illam mensam perfectissime requiescent. Dicit enim deus de omnibus suis id est omnibus electis Ezechielis xxxiiii. Requiescent
in herbis virentibus et in pascuis pinguissimis pascentur super montes Israel. Montes quidem Israel designant altitudinem celestis patrie
in qua est perpetua visio dei. Et ideo ibi requiescent electi dei in herbis virentibus id est in amenitate summe alliciente mentes et
corpora beatorum. Que quidem amenitas semper erit virens et nunquam arescet nec in aliquo marcescet. Ibi eciam reficientur in pascuis pinguibus.
Inebriabuntur enim ab ubertate domus dei et torrente voluptatis eius potabuntur sicut dicitur in psalmo. Propter quod alibi dicit. Saciabor cum
apparuerit gloria tua. De quarto patet. Illa enim requies dicitur eterna quia nunquam deficiet nec unquam per laborem aliquem interrumpetur. De qua quidem
requie scribitur Ecclesiastici xxx. Melior est mors super vitam amaram et requies eterna quam langor perseverans. Melior est quidem
illa requies celestis eterna quam requies temporalis que nunquam est sine langore. Istam requiem vir sapiens elegit dicens ad ipsam hec requies
mea in seculum seculi. Hic habitabo quoniam elegi eam. Propter igitur ista quatuor dicit dominus per prophetam Ysaia xxxii de suis electis. Sedebit populus meus
hoc dicit propter suavitatem. In pulcritudine pacis hoc dicit propter securitatem. Non enim est pulcra pax que perturbacionibus est admixta. In tabernaculis
fiducie hoc dicit propter perhennitatem. Non enim est tabernaculum fiducie locus semper [illegible] tabernaculum [illegible] non semper manet nec in alio requi-
escat fidenter. Semper enim timetur de ruina. Et in requie opulenta hoc dicit propter integritatem que nescit aliquam imperfeccionem. Hanc ergo requiem
iam habent realiter vel certi et securi sunt de habendo finaliter omnes qui mortui sunt in domino. Quam quidem non est temporalis requies sed eterna.
Quam veteres optant eternam cum ipse dicit eam solempniter orando requiem eternam dona eis domine et requiescant in pace. Optant quidem eis
quia non est ei eterna utrum evolaverit vel non. Propter quod ut evidenter appareat quod melius [illegible] est orare omne ideo de illa requie dictum est
propter quas causas sit summe desideranda et corde ore et opere querenda. Si autem [illegible] dabat quod desiderium cordis contingit sic ostenditur
per mali destructionem et boni operacionem. Querit enim propheta in psalmo. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo.
Et ridiculi subdens tamen ingreditur sine macula et operatur iusticiam. Peccatores multi sunt et velut irracionales qui omnes naturaliter appetunt
istam requiem quia secundum Augustinum omnes homines volunt esse beati tamen non audiunt contra quod ipsam affectuose volunt quod quotidie maculas peccati
contrahunt et iusticiam que est omnis virtus contempnunt. Non videntur de illa eterna requie curare sed temporalem requiem amplexantur. Unde
de peccatore dicitur Ieremie xlviii sub typo Moab. Fertilis fuit Moab ab adolescencia sua. Requievit in fecibus suis. Requiescunt enim peccatores
in carnalibus deliciis propter quas habundanter acquirunt temporalia bona. Unde dicebat ille miser anime sue Luce xii. Anima mea habes

multa bona reposita in annos plurimos quiesce comede bibe et epulare. Tales non credunt aliam requiem esse nisi quam in divitiis
i honoribus et in carnalibus delicijs comperiunt. Et tamen eis dicitur Michee ii°. Surgite et ite quia non habetis hic requiem. Si in vita presenti
et etiam non habent hic requiem nec habebunt in futuro. Dicit enim deus per prophetam Ipsi non cognoverunt vias meas quibus iuravi in ira mea si
introibunt in requiem meam. Non enim homo de paradiso voluptatis in hoc mundo videtur esse ut altum habere paradisum advenire [marg.: accrisse]
humana paret. Homo enim ad laborem nascitur Iob v°. Si laborem refugit non facit ad quod natus est ad quod venit in mundum. In sudore
vultus tui vesceris pane tuo donec in terra de qua sumptus es revertaris. Quid ergo videbitur ei qui nisi eum qui instituit ut
laboraret. Unde dicit beatus Bernardus in libro de vita et honestate clericorum talibus: Videtur sicut david cantico quodam invenire quosdam ipsi
videat quos hec parabola tangit. In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia. Videbit
hic enim singula queque genera hominum laborem aliquid ad voluptatem. Sed adiuncte est prudentia amorum et inventa quemadmodum novo
nunc hec artificio distinctas et admirationem sequestrantes ea. Totum quod delectat eligunt et amplectuntur. Quod molestum est fugiunt et
declinant. Cum militibus nempe superbie fastum amplam familiam nobilem apparatum equorum faleras accipitres aleas et alia
queque frequentant. Sed cautes lorice pondus et insompnes in castris noctes. Vita quam destinat plurimorum declinantes. Alii forte
dependentes a collo rubicatas murium pelles ornatos thalamos balnea et mollitie omnium atque gloriam vestium a mulieribus
mutuantur. Sed muliebrem verecundiam et disciplinam aut si quid laboris illa sorti habere contingit declinantes. Videant agricole putant
et fodiunt vinitores. Et quoniam nunc hec torpet ocio attendite fructum tempore in novum habere ... iubent et promptuaria eorum plena
vinum non pro illis. Ut vel cum illis vivunt tricio bibunt sanguinem uve meracissimum parem est. Impugnantur et dilatantur adipe
frumenti herbarum succis peregrinum mutuantur vini saporem et addunt oleum cum vino. Sed considerant et negociatores circueunt
mare et aridam in labore corporis et periculo vite parturiunt divicias congregates. Dimittit sibi hec caveant prudentes in
sulas nunc hec capiat sompnos. Nec dicam in stratis lascivant suis. Sit tamen invenire in die festo generis vasis aureis et
argenteis mensas decoratas vestes variis operibus maculas pelles ornatas in scrinius tam multiplices loculos. Ut si in mensas
habuisse nummularios putarem. Quid fabros aut cementarios ceteros que eiusmodi operarios unde est manere. Victum suum
multo labore querunt. Illi madent delicijs copijs affluunt ociosi. Unde non immerito tales poeta subsannat. Ut cum forte
suas repetitum venit olim grex avium plumas moveat cornicula risum furtivis nudata coloribus. Magis autem magnus
ille propheta et plus quam propheta increpet de genimina viperarum quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira. Ubi enim sunt prime forte
cum resurgere ceperint homines unusquisque in suo ordine. Ubi putas generaco ista locabitur. Si ad milites forte diverterint
consufflabunt eos quia nunc secum laborem aut periculum toleravit. Sic agricole sic negociatores et singuli quoque ordines
hominum a finibus eos suis finibus arcebunt. Utpote qui in hominum labore non fuerunt. Quid ergo restat nisi ut quos omnis ordo re
pellit sit et accusat cum sociantur laceris ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Hec ille. Ideo nos periculum formidantes
labores in presenti assumes vias vere sapientie que Christus est. Ut in promisso nobis inveniamus requiem in ipsa. Propter quod dicit sapiens Ecclesiastici vi
tutibus Tu in omni animo tuo accede ad illam scilicet veram sapientiam que est Christus et in omni virtute tua conserva vias eius. In novissimis enim
invenies requiem in ea. Non enim alibi poterit inveniri et convertetur tibi in oblectationem. Festinemus ergo ingredi in illam requiem
sic dicit apostolus ad Hebreos iiiito. Sed quia possit aliquis credere quod sancti nunc sine beatitudine cooperarentur et ideo vellet esse ociosus et requiem beatitudinis
expectare. Ideo quod in littera videtur ad istud tacita questio quia sancti non sunt ociosi in hac vita sed sunt operosi sic quod per sua bona opera
mercedem assecuntur. Unde dicit sic continuando. Sancti requiescunt a laboribus suis in eterna beatitudine. Enim id est quia opera eorum secuntur illos
sicut ancille secuntur dominam. Et bene dicit secuntur non precedunt quia sancti non videt opera sua sicut faciunt ypocrite. Sufficit enim sanctis
quod deus videat ea. Mathei vi dicit Salvator Cum facis elemosinam noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt. Vel sequuntur illos sicut mili
tes dominum que comitantur quia ut dicit Anshelmus vulgata sola iusticia comes est defunctorum. Vel sequuntur opera eorum id est merces operum [marg.: Sed dicit ... non est opera ... secundum glosam et glosa quia]
illorum sequuntur illos id est reddentur illis in futuro non in presenti sicut ypocritis quibus statim redditur merces Mathei vi Amen dico vobis
receperunt mercedem suam. De sanctis autem dicitur in psalmo. Labores manuum tuarum quia manducabis scilicet in futuro non modo. Beatus es scilicet nunc
in spe et bene tibi erit scilicet tandem in re. Ideo Ecclesiastes dicit Christus Mitte panem tuum super transeuntes aquas et post multa tempora inve
nies illum. Sic igitur in hijs verbis innuitur nobis id quod est sapienter agendum scilicet operacio virtuosa. Unde opera eorum id est mortuorum in domino
sequuntur illos scilicet secundum premium et mercedem. Quasi dicat homines dum vivunt debent operari iuste et sancte ut moriantur in domino quia merces
operum bonorum sequuntur illos id est reddentur eis non in presenti vita sed in futura. Unde dicit apostolus ad Romanos 2° quod deus qui reddet unicuique secundum
opera sua reddet illis qui operantur in paciencia opera bona gloriam et honorem et incorrupcionem querentibus vitam eternam. Et sequitur Gloria et
honor et pax operanti bonum. Et ad Romanos 4° dicit apostolus quod ei qui operatur scilicet bonum merces imputatur non secundum graciam sed secundum debitum.
Non quod apostolus velit dicere quod non fiat homini iusto gracia qui ei redditur merces eterna de qua Mathei v merces vestra copiosa est in celis.
Absit hoc quia subditur ibidem gracia dei vita eterna. Sed vult dicere quod non solum vi gracia sed etiam quia quoddam debitum. Meritum enim boni operis
quod est prius a gracia dei premium debetur. Unde quantus meritum nostrum ut a nobis est absolute loquendo non est condignum vite eterne tamen
ut gracia sancti spiritus informatum prius operante spiritu sancto et nobis cooperantibus acquisitum est sic capit quandam equalitatem respectu vite
eterne. Ideo tamquam de iusticia et de condigno nobis reddit vitam eternam propterea patet quod glosa Romanos 6to dicit. Aliud dicere gracia dei vita
eterna ut intelligeremus deum ad vitam eternam cum sua miseracione nos perducere non ex meritis nostris quod ut dicit ad Romanos viii non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Preterea non magis potest creatura ex suis operibus suum creatorem constituere debitorem
quam servus valens dominum suum valens sed servus in nullo suo opere potest suum dominum ex condigno debitorem suum constituere. Ergo nec creatura creatorem.
Preterea ille qui solum facit quod tenetur quamvis solvat illi cui operatur tamen ex tali opere non potest illum suum debitorem constituere. Sed cum ad laudem
dei faciamus totum quod possumus adhuc non supererogamus sed solum creatori reddimus illud quod de iure debemus. Item preterea condignum meritum
debet esse equale premio sed nullum meritum nostrum ut a nobis est potest equari celesti premio quia oculus non vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Sicut ait apostolus i. Corinthiorum 2°. Ergo considerato merito nostro ut a nobis est absolute loquendo nunquam pervenire
merebimur vitam eternam de condigno. Secunda ratio probatur quia quamvis servus ut servus est non possit dominum suum facere debitorem ex iusticia

tunc Simus facti liberi. puta de condigno meriti apud deum. Sed homo informatus gratia dei constitutus est in spirituali libertate quia ubi spiritus domini ibi libertas ut ait apostolus. Et salvator Johannis 8 Si filius vos liberavit vere liberi eritis. Ergo ut homo potest vitam eternam mereri de condigno ab ipso omnium bonorum largitore. Et ista videtur esse intencio apostoli ad thymotheum 4 dicens de reliquo reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi in illa die iustus iudex. Sed contra illud quod aliquis assequitur ex sola liberalitate dantis non cadit sub merito de condigno. Sed quicquid aliquis consequitur sive sit gratia sive gloria sive bonum spirituale sive corporale totum habemus ex mera liberalitate dei quia deo et parentibus non possumus reddere equalem ut dicit ethicorum 8. Ergo deus in nullo tenetur nobis et per consequens quicquid nobis tribuit ex mera liberalitate tribuit. Ergo non ex condigno. Dicendum ad hoc quod respiciendo ad primariam radicem tunc totum quod consequitur aliquis ex eius liberalitate assequimur quia quod nos a servitute liberat et liberos nos fecit ex sua liberalitate provenit. Sed postquam nos liberos fecit tunc virtute spiritus sancti qui est spiritus libertatis possumus aliquo de propria iusticia ipsum debitorem constituere et hoc ex suo liberali promisso. Dominus enim promissum cadit in debitum. Sed supra 2º promisit deus coronam vite ei qui fidelis fuit usque ad mortem. Item et Jacobi primo dicit quod qui probatus fuit accipiet coronam vite quam repromisit deus.

Et vidi et ecce nubem candidam et super nubem sedentem similem filio hominis habentem in capite suo coronam auream et in manu sua falcem acutam. Ultima pars huius capituli [illegible] in qua describitur adventus ipsius iudicis et processus iudicii et dampnacio reproborum. Et dividitur in duas partes. Primo describitur iudicis magnificencia sive celsitudo. Secundo describitur iudicium ordo et reproborum condempnacio ibi Et alius angelus. Circa primum sciendum quod in hac ultima parte visionis agit de fine temporis sicut et in aliis visionibus ut ait nicholaus. Et primo describitur iudex ydoneus ad iudicandum ex tribus que sunt necessaria iudici scilicet sciencia potestas et auctoritas cum dicit Et vidi scilicet per intellectum spirituale ait richardus. Et ecce nubem candidam vel nubem candidam scilicet aliam humanitatem assumptam gloriosam vel secundum haymonem carnem et animam nostri redemptoris quam non fuscavit macula peccati. De qua nube dicit ysaie ecce dominus ascendet super nubem levem et ingredietur egyptum. Super nubem quippe levem ascendit et in egyptum venit qui carnem nostre mortalitatis accepit et in hunc mundum natus apparuit. Super nubem vidit sedentem quia christus dominus potestate presidet ecclesie humanitati sue. Vel ecclesia per nubem candidam intelligitur ecclesia fonte baptismatis a peccatis emundata. Per fidem enim christi et baptismum illius mundatur ab omnibus peccatis secundum illud Actuum 15 fide purificans corda eorum. Huic nubi presidet christus sua quia sessione ecclesiam velut gallina pullos suos protegit et gubernat inquit haymo. Actuum 21 super hanc nubem vidit sedentem scilicet ihesum christum secundum deitatem eminentem et regnantem. Similem filio hominis ob impassibilitatem et immortalitatem impassibilis et immortalis resurrexit a mortuis christus enim resurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Romanos 6. Sic sic dominatur homo natus propter peccatum. Cum enim homo mortalis et passibilis est. Hoc est ex natura sua quia corporalis est et mortalis ideo potest dici similis filio hominis quia iam non mortalis et passibilis. Vel ideo dicit similem filio hominis quia etsi terribili modo sedeat super nubem id est ecclesiam quia pluit doctrinis choruscat miraculis et tonat minis de qua nube dicit Eccl. 24 Thronus meus in columpna nubis tamen in iudicio hominis apparebit humilis et mansuetus reprobis autem valde terribilis ysaie 30 Ardens furor eius et gravis ad portandum. Et in capite suo coronam auream per quam victoria triumphalis designatur christi qui primum de dyabolo triumphavit et ecclesie sue triumphum victorie contulit. Dedit enim nobis victoriam per ihesum christum. 1 ad corinthios 15 et in capite mulieris scilicet ecclesie erat corona stellarum supra 12º per quas significantur sancti et victores in ecclesia. Habetur hoc in figura. Tulit david dyadema regis amon de capite eius et impositum est super caput david. Colossenses 2º Confidenter palam triumphans illos in semetipso. Confidite quia ego vici mundum. Johannis 16 vincit leo de tribu iuda. Vel per coronam auream eternitatis inmutabilitas sapiencie vel claritas designatur. Secundum richardum qua suos per victoriam coronabit qui dyabolum vicerunt carnem et mundum. Dicitur autem habere in capite suo quia omnium coronam et gloriam quam habet christus habet sicut [illegible] licet non tantam quod figuratum est hester 2º ubi rex assuerus dyadema regni posuit super caput hester fecitque eam reginam. Et in manu sua id est in potestate sua falcem acutam id est iudiciariam potestatem qua malos a bonis separabit sicut manus metentis segetes secat et a terra separat ysaie 37 [illegible] falce eius et Johel 3º Mittite falcem quia maturavit messis. Et hec potestas iudiciaria dicitur securis matthei 3 Jam securis ad radicem arborum posita est. Per falcem secundum haymonem et richardum intelligitur vitalis predicacio quam dominus gladium appellat dicens non veni pacem mittere in terram sed gladium. Quia per ipsam boni separantur a malis veluti membra a membris supra primo de ore eius gladius bis acutus. Hanc falcem habet christus in manu id est in operacione sua quia ea que docuit verbis ipse prius operibus adimplevit secundum illud Actuum primo primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile que cepit ihesus facere et docere. Voles quippe dominus instruere predicatores quo predicare debent primum in seipso formam ubi ostendit. Quam eciam falcem id est divinam predicacionem commendat ecclesie sue dicens apostolis matthei ultimo Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti docentes eos servare quecumque mandavi vobis. Hac falce predicacionis qui volunt hec audire de spinis et societate malorum separat ait haymo. Sciendum igitur quod in hac littera de adventu christi ad iudicium ponuntur duo primo quod videbitur in humanitate glorificata cum dicit Et vidi scilicet visione spirituali. Et ecce nubem candidam id est christi humanitatem mundam que dicitur nubes propter sui elevacionem ad dextram filii dei. Candidam propter immunitatem peccati. Rubea quidem fuit in passione ysaie 63 Quare rubrum est vestimentum tuum. Sed candida in iudicio daniel 7 vestimentum eius candidum. Canticum 5 dilectus meus candidus et rubicundus. Secundo ponitur quod ipse iudicaturus est in humanitate glorificata ibi Et super nubem sedentem scilicet sicut iudicem quia sedere iudicis est. Super nubem ergo sedere dicitur quia in illa iudicabit et quia ei presidet potestate divinitatis vel sedentem est sedentem id est potestate divinitatis presidentem super nubem id est super carnem glorificatam in qua iudicabit. Tercio describitur eius victoria dicens habentem in capite suo id est in seipso qui est caput ecclesie vel in divinitate que est caput christi ad ephesios 2º coronam auream scilicet ad plenum triumphantis. Quarto describitur eius potestas iudiciaria cum subdit. Et in manu sua id est in potestate falcem acutam id est iudiciariam potestatem. De qua Johannis 5 potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Que dicitur falx messoris resecat de terra reprobos Johel 3º Mittite falcem quia maturavit messis. Ventilabrum quoque ad reprobos et vanos separans eos a bonis sicut paleas a granis matthei 3 Cuius ventilabrum in manu sua et permundabit aream suam. Item gladius meus inebriat carnales et immundos. Deuteronomii 32 Gladius meus devorabit carnes id est homines carnales et immundos. Pro quorum ultione declaracione notandum quod adventus domini ad iudicium manifeste probatur et scripturis [illegible] cum salvator obiurgaret civitates in quibus multas virtutes fecerat quia ei tunc noluerunt submittere. Unde dico vobis Tyro et Sydoni remissius erit in die iudicii quam vobis matthei 11. Et eiusdem 12 Viri ninivite surgent in iudicio cum generacione ista et condempnabunt eam quia penitenciam egerunt in predicacione ione et ecce plus quam iona hic. Regina austri condempnabit quia venit a finibus terre audire sapienciam salomonis. Item Johannis 5 Neque enim pater iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio et cetera submittitur. Qui verbum meum audit et credit ei qui misit me habet vitam eternam et in iudicium scilicet condempnacionis non venit sed transiit de morte ad vitam. Et alie multe reperiuntur auctoritates in scriptura de adventu filii dei ad iudicium. 2 Corinthios 5 Veturus est ut recipiat unusquisque prout gessit in corpore suo sive bonum sive malum. Quia ut dicit Ambrosius libro primo de officiis Nichil est quod magis homo ceteris aliis prestancior est nisi quod sui generis auctorem putat investigandum in cuius potestate vite necis quam nostre potestas est. Quidam in hunc mundum regit cui rationem esse reddendam nostrorum actuum. Nichil est enim quod magis proficiat ad vitam honestam quam ut credas eum iudicem futurum quem et occulta non fallant et indecora offendant et honesta delectent. Et boecius in fine V libri de consolacione Magna nobis est indicta necessitas probitatis cum ante oculos agitis iudicis

cuncta eveniet. Et perfectius eius adventus ad iudicium sit promissio dei subiaceat ex fide. Necesse est illam promissionem adimpleri infallibiliter. ergo
deus ad iudicium veniet. Et non sine igne, ut dicit Ambrosius: Caveat unusquisque ne ligna stipulam vel fenum ad iudicium veniens secum deferat quod
ignis comburat. Nam ignis qui precedet iudicem, quecumque purganda invenerit cremabit. Absque dubio enim inflammabitur et involvet inimicos
dei et si quid purgandum in electis invenerit, sine pena non erit, prout dicit apostolus I Cor. 3: Si cuius opus arserit detrimentum patietur;
ipse tamen salvus erit, sic tamen quasi per ignem salvari. Licet sit modicum sive multum purgandum fuit. Tenendum est inde in manus dei viventis, ad Hebr. 10. Ergo
quia ille veniet ad iudicium qui dicit: Michi vindictam et ego retribuam, Deut. 32, et ad Ro. 12. Ille utique qui iussit scripture ut qui rei
sunt ligatis manibus et pedibus mittantur in tenebras exteriores, Matth. 22. Ille cum ex potestate iudiciaria tradet ministris qui contorqueant
novissimum quadrantem, Matth. 5. Rena deus erit hic adventus quem propheta perspiciens dixit: Non intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis vivens. Nam ut Ambrosius dicit: propheta considerans magnum pondus iudicii rogat ne deus intret in iudicium cum servo suo. Quanto magis
nos peccatores iudicium dei timere debemus. Licet enim iniquorum sit, tunc tamen non ignoscet quin immo que videbantur latere tunc patebunt. Et subdit
Ambrosius: Quantus pudor est michi quem confessio tua eis qui alios profitebar docere ipse in eo deprehendar in quo alios arguebam etc.
Venturus est deus ad iudicium in humana forma. Conveniens enim est, ut beatus Thomas dicit, quod ille presidat cuius redemptionis beneficio electi admittuntur
ad regnum eternum. Non autem veniet in humanitatis infirma, prout venit ad redemptionem, sed veniet in forma gloriosa, prout quod scribitur Iohannis in Apocalypsi dicit se
vidisse nubem candidam et super nubem sedentem in persona domini super carne nuda et gloriosa presidentem, ut expositum est circa litteram. Et hoc expresse
dicit quod videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate, quod pertinet ad formam eius gloriosam, ut beatus Thomas dicit. Sic enim iudicari
est infirmitatis, ita iudicare est glorie et auctoritatis. Et quia in primo adventu venit Christus ad hoc ut iudicaretur, non venit in forma infirmitatis, ergo tunc apparere
debet in forma gloriosa quia ad hoc veniet ut iudicet. Et unde quamvis etiam electi qui iudicabuntur a Christo habebunt corpora gloriosa multo magis
iudex in forma gloriosa tunc apparebit, quoniam qui iudicat. Sed eminentius iudicandus. Et dicit beatus Thomas in scripto quod Christus dicitur esse mediator dei
et hominum quia satisfecit pro omnibus et interpellat apud patrem pro omnibus et ea que sunt patris communicat omnibus, iuxta illud Ioh. 17: Claritatem quam
dedisti michi dedi eis. Cum ergo sit mediator, eo quod communicat cum utrisque, sicut ex parte hominum communicat cum hominibus vices hominum gerit apud patrem,
ita ex parte patris communicat dona patris transmittit ad homines. Et quia in primo adventu ad hoc venit ut pro nobis satisfaceret apud patrem,
non venit in forma infirmitatis. Sed in secundo adventu ad hoc veniet ut exequeretur dei patris iustitiam in homines, eius quod gloriam demonstraret
que inest ex unione ad patrem, et non in forma gloriosa apparebit. Nec obstat illud Ioh. 19: Videbunt in quem transfixerunt. Hoc enim non cogit
quod Christus venire debeat ut crucifixus, sed hoc quod apparebit in eadem carne licet non eodem modo sit habita. Non enim tunc apparebit non habens speciem neque de-
corem, Ysa. 53, nec tunc apparebit ut virorum novissimus, nec ut despectus seu non reputatus ut ibidem, sed apparebit gloriosus et formosus in stola
sua gradiens in multitudine fortitudinis sue, Ysa. 63. Et Matth. 24: Tunc apparebit signum filii hominis in celo, scilicet signum crucis. Et Crisostomus dicit quod Christus
in iudicio non solum vulnerum cicatrices sed etiam mortem exprobratissimam ostendet. Dicit beatus Thomas quod apparebit signum crucis in iudicio non ad ostendendum
tunc infirmitatem inconveniens, sed ut per hoc eorum condempnatio iustior appareat qui tantam misericordiam neglexerunt et eorum precipue qui Christum iniuste persecuti
sunt. Cicatrices autem que in ipso corpore apparebunt non pertinebunt ad aliquam infirmitatem, sed erunt indicia maxime virtutis qua Christus per infirmitatem
passionis de hostibus triumphavit. Mortem etiam exprobratissimam ostendet, non sensibiliter oculis carnis ingerens ac si tunc eam pateretur, sed ut ex hiis
indiciis predicte passionis que tunc apparebunt homines reducet in recognitionem predicte mortis. Vel intellige hic quod deus deus non manifestatio
qua tunc exhibit aspectui omnium quecumque assistunt iudicio. Sicut enim omnes resurgent, ita omnes videbunt, super primo videbunt eum omnes populi et
qui eum pupugerunt. Sed sicut in visione non omnes immutabuntur, ita etiam non omnes equaliter videbunt. Alio namque modo videbunt electi, alio
reprobi. Sic videtur hoc intelligi quod reprobi Christum apparentem in gloria sua videre poterunt cum oculis non glorificatis ullam proportionem habeant ad visionem
claritatis corporis gloriosi. Dicit beatus Thomas quod in potestate gloriosi corporis est ut se demonstret vel non demonstret oculo non glorioso. Cum ergo tunc
eum videbunt in forma gloriosa, ipso hoc operante, sed tamen non equaliter quia electi videbunt Christum gloriosum eius visione beatifica qua videre humanitatem
gloriosam promittitur electis in premium. Hec est enim vita eterna ut electi videant patrem et quem misit Ihesum Christum, Ioh. 17. Christus ergo
iustis et electis apparebit plenus gratiarum effulgens in gloria sua, iuxta illud Ysa. 33: Regem in decore suo videbunt. Sed reprobis apparebit
iratus et terribilis, unde visio per talibus non cedet in delectationem nec in premium, sed in merorem planctum et supplicium. Contra propheta
videant et confundantur zelantes populi et ignis fraudis hostes tuos devoret. Item hoc enim tibi propheta dicunt ululate et super se plangere
et dicere montibus operite nos ne videamus gladium dei, quia ille aspectus erit quasi intolerabilis. Et de isto aspectu Augustinus 20 libro De civitate dei
c. 30 allegat illud Zach. 12: Effundam super domum David et super habitatores Ierusalem spiritum gratie et misericordie et aspicient ad me pro eo quod
insultaverunt et plangent super eum planctum quasi super carissimum et dolebunt dolore quasi super unigenitum. Ubi dicit Augustinus quod hoc propheta dicit
ex persona Christi qui in iudicio super bonos effundet spiritum gratie sue, qui aspicientes plangent et dolebunt pro eo quod insultatum est ei.
Dicit Augustinus: quem iudei aspicient in Christum in sua maiestate venientem eum quem cognoscent quem prius humilem in suis parentibus illuserunt,
dolebunt quod putatis eorum ex quorum stirpe venerunt hoc ei fecerunt. Et lo. ibi de iudeis qui post Helyam illo tempore sunt in Christum credituri.
Et subdit Augustinus: Illi iam fideles non dampnabuntur cum impiis, dolebunt tamen tamquam ipsi fecerint quod ab illis factum esse cognoscent.
Dolebunt in quam non reatu criminis sed pietatis affectu. Ex quibus habemus quod et iusti salvandi et reprobi dampnandi Christum deum in iudicio
videbunt ad iudicia veniet in gloria sue passionis. Unde hec in predictis loco illius quod in libro pro aspicient ad me quem confixerunt
imputati sunt, aspicient ad me pro eo quod insultaverunt. Unde illum iudeos pa... Nam deum detento et alligato et iudicato
et opprobrio ignominiose vestis induto et spinis coronato et calamo in capite percusso et irridentes flexis genibus adorato et crucem
suam portanti et in ligno iam pendenti insultaverunt, sicut Augustinus. Ex quibus colligere possumus quod Christus deus ex lege sue passionis vivos
et mortuos iudicabit in humanitate gloriosa. Quod ut deus est hic dicitur in littera cum dicit: Et vidi et ecce nubem candidam et super nubem se-
dentem. Hec Danielis 7. Ubi dicit propheta: Aspiciebam donec throni positi sunt et antiquus dierum sedit et ecce cum nubibus celi quasi filius
hominis veniebat et usque ad antiquum dierum pervenit et dedit ei potestatem et honorem et regnum. Ubi secundum beatum Thomam in scripto quarto totus ex
primitur ordo iudiciarie potestatis et excellentissime dignitatis. Nam iudicandi potestas prima origine est in deo patre qui est fons totius deitatis

Christus quod primo promittitur Danielis 7 antiquus dierum sedit et tunc potestas a patre tradita est in filium non solum secundum divinam naturam sed etiam secundum humanam eo quod ipse illam meruit
ideo subditur quod filius hominis venit in nubibus et data est ei potestas et honor et regnum. Item Iohannis 5: dedit ei iudicium facere quia filius hominis est
Christo quo scilicet Christus secundum quod deus habet auctoritatem iudicandi [illegible] ab eterno, sed secundum quod homo promeruit illam per suam passionem. Unde dicitur Romanos 14: in hoc Christus
mortuus est et resurrexit ut vivorum et mortuorum dominetur. Veniet ergo Christus ad iudicium et in humana forma, glosa: iudicio presidebit, habens tamen
potestatem divinam. Vide beatum Thomam quare iudicium finale ad hoc ordinatur ut alium introducat ad regnum et alium excludat a regno. Et quia ad
assecutionem eterne vite non sufficiunt bona nature nisi beneficia redemptoris accedant et hec Christus impendit quod nature [illegible] supervenit compositio per
Christum. Ergo congruum est ut et ipse secundum illam naturam presideat iudicio secundum quam nature beneficium hominibus admittitur ad regnum. Christus quod dicitur Actuum 10 quod ipse
constitutus est a deo iudex vivorum et mortuorum. Magne ergo dignitatis erit ille iudex qui deus et homo. Licet in humanitate glosa apparebit omnibus bonis
et malis, sed secundum formam deitatis et humanitatis apparebit solis beatis. Quod autem apparebit eis secundum formam humanitatis patet quia obiectum cognoscibile prius potentie
cognoscitive perfecte disposite et non impedite vere apparet illi potentie et cognoscitur ab ea. Sed humanitas Christi prius est potentie cognoscitive [illegible] quia potentia in quibus
beatis est perfecte disposita et non impedita. Nam si esset indisposita et impedita tunc non esset beata. Ergo oculis beatis Christus apparebit in iudicio secundum humanitatem.
Quod autem beatis Christus apparebit in iudicio secundum suam deitatem patet quia ille non est beatus cui non apparet primum obiectum beatificum vere. Ergo si Christus in iudicio non apparebit
alicui beato secundum formam deitatis tunc ille beatus non esset beatus quod est contra. Quod autem dampnatis Christus solum apparebit secundum humanam formam patet per illud Ysaie 26:
Tollatur impius ne videat gloriam dei. Iste ergo iudicis ultimi est magne dignitatis qui omni honore et excellentia prefulgens et ipse Christus erit
[illegible] suorum iudicium. Nam istam dignitatem ut dicit beatus Thomas sibi Christus acquisivit et data est ei [illegible] data est mihi omnis potestas
in celo et in terra. Nec suffecisset eam acquirere si fuisset purus homo quia nec sic suffecisset redimere genus humanum. [illegible] ergo quod constitutus est iudicandi
potestatem. Credit esse verum deum et verum hominem equalem tunc deo patre [illegible] non minorem homine sed inequalem deum [illegible] beatus Thomas ubi supra.
Nota autem pro consolatione spirituali quod tunc ipse iudex erit qui hominem sumere dilexit, qui eum redemit, et qui semper [illegible] per hominem advocatum [illegible]
Ideo secundum beatum Ambrosium libro primo de Iacob et beata vita: nemo est in quo debeas de divina providencia diffidere. Cum nature sint tibi divina
et integris libertatis, ut primo predestinavit, deinde vocavit et quos vocavit hos iustificavit et quos iustificavit hos et clarificavit. Potest ne
deserere quos tantis beneficiis suis usque ad premia est prosecutus. Veniet ergo Christus ad iudicium [illegible] iustis desolatis, veniet ad iudicium ipsos
iustos consolaturus et coronaturus. [illegible] habens in capite suo coronam auream qua suos pro victoria coronabit. [illegible]
iustis [illegible]. Unde dicit Ambrosius ibidem: Inter tot beneficia dei nunc metuendum sit atque accusatoris [illegible]. Sed quis audebit accusare quos
electos divino tenet iudicio. Immo electi tempore iudicii [illegible] iudicis aspectum quandam securitatem habebunt. Unde dicit ibidem: Numquid deus qui contulit
potest sua dona rescindere et quos in adoptionem suscepit numquid potest eos a paterno affectu [illegible] relegare. [illegible] non. Electi ergo confidentes
quod deus eos usque ad tempus illud numquam [illegible] est prosecutus nullum habebunt timorem de mutatione dei erga eos. Non enim est deus ut homo ut mutetur
Numeri 23. Unde dicit Ambrosius ibidem: Metuimus forte ne ille qui tunc erit deus iudex sit severior futurus. Considera quod iudicem habeas
nempe Christum. Pater dedit omne iudicium facere. Potest ergo te ille dampnare quem redemit a morte, pro quo se obtulit, cuius vitam pre morte
mercedem esse cognoscit. Nonne dicet: Que utilitas in sanguine meo si dampno quem ipse salvum [illegible]. Nonne considerans iudicem tuum
advocatum esse [illegible] ne iste severiorem ferat sententiam qui interpellare non desinit ut patri reconciliet [illegible] gratia conferat. Sed re[illegible]
sed forte [illegible] horum verborum [illegible] spem [illegible] usurpabunt de consequenda salute, de quibus tunc dicitur in psalmo: Non resurgent impii in iudicio.
De quibus et apostolus ista profert sententiam: Omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur. De quibus et in psalmo dicitur: Non sic impii non sic
sed tamquam pulvis quem proicit ventus a facie terre. [illegible] ventus superbie impios [illegible] a facie terre vel a facie dei patris
que est stabilimentum et firmamentum regni celestis. Ista ergo [illegible] est in adventu huius iudicii quia iusti [illegible] in consolatione, tribulabuntur
numquam turbabuntur. Impii [illegible] a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum et tribulabuntur [illegible] qui venit iustus [illegible]
[illegible] in securitate, impii erunt in magno timore et desperatione. Non enim poterunt habere spem in illo cuius precepta contempserunt,
cuius munera spreverunt, cuius [illegible] ad eorum salutem abiecerunt. Numquid deus illos filios reputabit tunc. Potest ad [illegible]
vocare. Nam si hoc faceret in eo veritas non esset [illegible] repudium [illegible] est. Numquid deus beatificabit eos [illegible]
quibus ingrati fuerunt. Deus si faceret ubi esset iustitia [illegible] augetur beneficia ingratis [illegible] et illa que videbantur habere. Numquid
deus qui fuit eis [illegible] clemens [illegible] iudicium severitatem ab eis amovebit et advocabit pro illis quem [illegible] blasphemaverunt [illegible]
[illegible] predicabat et superbia se extendebat. Ve ergo tunc impiis quia [illegible] malum [illegible] retribuetur [illegible]
quod Christo veniente ad iudicium magna erit immutatio in hominibus. Humiles enim exaltabuntur et superbi deprimentur. Electi illuminabuntur
et impii in tenebris [illegible] qui [illegible] loquebantur adversus iustos in superbia et abusione. Ubi fortes ac potentes potentia [illegible]
In veritate tunc dicere non poterunt in die domini [illegible] quia ille qui veniet iudicare [illegible] iustis et reprobis [illegible]
Circa 2m punctum qui est de potestate iudicis quis dubitat [illegible] Christus in carne mortali loquebatur sic potestatem habens [illegible]
[illegible] in iudicio [illegible] plenam potestatem. Tunc enim loquetur ad eos in ira sua et in furore suo conturbabit eos. Si Christus [illegible]
habuit potestatem districtionis iudicium facere quia quosdam [illegible] hominibus elegit et quosdam a se repulit, ut eos ad se [illegible]
Quis dubitat cum venit iudicare quod habebit potestatem facere iudicium separationis bonorum a malis [illegible] agnos ab edis [illegible]
Si Christus cum erat moriturus voluit sententias suas inviolabiles et irrevocabiles [illegible] Quis dubitat quod
illam sententiam quam feret sua prosequetur potestate. Unde dicit Ambrosius: Si displicet sententia filii appella ad patrem. Respondet iudicium quod
dedit pater filio suo [illegible] implere [illegible] sine [illegible] ergo [illegible] ignem eternum [illegible]
Possit etiam ista littera exponi de beata matre dei in sua annunciatione. Et secundum hoc duo [illegible] figurantur. Quorum primum est beate virginis eminens dignitas,
2o figuratur filii dei carne [illegible] regia maiestas vel sedente super nubem. Dignitas vero beate matris in duobus figuratur: scilicet in
immaculata [illegible] in nube et in splendida sapientie claritate et operum et [illegible] irradiatione. Secundum hoc [illegible] est [illegible] Vidi et
ecce nubem candidam ut per adventum [illegible] demonstretur admiranda et insolita sua dignitas. Sic Ysaie 7: ecce virgo concipiet [illegible]
Et congruenter per nubem figuratur beata mater dei. Nubes enim est vapor purgatorum et vi solis elevatorum [illegible] 2o [illegible] et 3 [illegible]
Et quia beata virgo fuit in utero sanctificata et sole iustitie illustrata ideo per nubem candidam figuratur. Quia nubes est candida [illegible] alba [illegible]
vaporum [illegible] et [illegible] receptionem [illegible] amictu nube. 3 Regum 18: Ecce nubecula parva [illegible] et ipsa
figuratur per [illegible] magnum et candidum [illegible]. Quantum vero ad 2m quod figuratur in filio dei incarnato [illegible]
sedente super nubem [illegible] est humanitatis assumpte [illegible] filio hominis. Quod dicitur non quia non fuit verus homo sed quia assumpsit humanam
naturam sine peccato vel quia immortalis resurrexit [illegible]. 3o figuratur triplex victoriositas [illegible] iudicaria potestas ut [illegible] cum [illegible] opposita

quia estu vicioru[m] habundante et habundantia[m] deficiente consummatio seculi venit. Unde tunc est tempus metendi. Et nota quod messis terre ad designandum quod ariditas que est quoque de fervore [illegible] et estu habundantie malicie fiet in tremor [illegible] ad modum messis. radices affectu posuerunt in [illegible]/

facies abyssi constringitur. Unde dicit Gregorius 29 moralium quod incomprehensibilia sunt iudicia eius. Dicendum quod est loqui de iudiciis Dei quantum ad iusticiam
et Eccl. xi: Nescit homo opera Dei. Et Romanorum xi: incomprehensibilia sunt iudicia eius. Et infra: Iustus es Domine et iudicia tua iusta. Et infra preterea: iusta et vera.
etc. Omni credenti manifestum est iudicia Dei esse iusta. Tobie 3: Iustus es Domine et iudicia tua iusta. Et infra proxime: iusta et vera
iudicia tua. Unde Hanno: Iudicia Dei manifesta sunt in hoc scilicet quod iusta sunt, quia quicquid Deus facit iustum esse ab omnibus vere scientibus intelligitur.
Alio modo contingit loqui de iudiciis Dei quantum ad causam ob quam sic vel sic facit Deus etc. Est adhuc distinguendum, quod est duplex manifestacio, vel
evidencia, vel in generali vel in speciali sive singulari. Primo modo sunt manifesta scilicet quod Deus eligit aliquos predestinando ad vitam, alios non eligit
hoc est ex sua bonitate et iusticia. Unde Augustinus contra Iulianum: Alios relinquit iusticia iudicante non fato, alios assumit gracia p-
restante non merito. Unde Glosa: hec manifesta iudicia tua quod quosdam eligis quosdam reprobas. Secundo vero modo scilicet in speciali vel in singulari
scilicet quare istum eligit, illum non, sicut fuit de Iacob et Esau. Malachie primo: Iacob dilexi, Esau odio habui. Non est evidens neque manifesta
nisi quod figulus habet potestatem ex eadem massa aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam, ut dicit Glosa. Vel secundum Hugonem libro de sacramentis tercio parte
parte 8 c. 4: quattuor sunt iudicia Dei, quorum unum est secundum presens, aliud secundum causam, et ista duo sunt occulta; aliud secundum operacionem, aliud secundum retribucionem,
et ista sunt manifesta. Unde quod Deus hunc eligit, hunc abicit, hunc facit divitem, alium pauperem, hunc infirmum, alium sanum, hunc pulcrum, alium turpem,
ex qua causa fiat, hoc incognita sunt nobis. Unde Job v: nichil in terra fit sine causa. Sunt igitur ista iudicia manifesta in operacione vel
in actu in quem eveniunt, quia omnibus patet quod sic sunt, sed occulta sunt in sua causa, ex qua eveniunt, quia incognitum est omnibus quare ita fiat. Unde secundum Gregorium
Job sciebat se puniri, sed causam punicionis ignorabat. De hiis ergo iudiciis dicit Apostolus quod incomprehensibilia sunt, et David quod sunt abyssus
multa, quo ad causas cognicionis, que penitus a nobis ignorantur. Hic vero dicitur quod sunt manifesta quo ad operis evidenciam, quia omnibus notum est
quod ita est. Unde Hanno: subtilitate iudiciorum Dei, que scilicet hoc vult ut illud fiat, nemo comprehendere valet, quamvis eum dicere valet que
Deus prius gentes liberet gressus suos ingredi permisit, iudeos sibi assumit et deinde iudeos repellens gentes advocavit. Iudicia
manifesta tua sunt quo ad evidenciam actus vel secundum operacionem. Est autem iudicium ultimi temporis, primum est discrecionis, quo Dominus iudicabit in futuro
separando malos a bonis et collocando bonos ad dexteram, malos autem ad sinistram, ut dicitur Matthei 25. De hoc iudicio dicit in Psalmo: Iudica
me Deus et discerne causam meam. Secundum est iudicium disceptacionis quo primo dicet electis: Esurivi et dedistis mihi manducare etc. Postea
reprobis: Esurivi et non dedistis etc. De hoc iudicio dicit Iohel 3: Adducam omnes gentes in vallem Iosaphat et ibi disceptabo cum eis.
Tercium est iudicium diffinicionis quo dabit sentenciam de bonis: Venite benedicti, et de malis: Ite maledicti. De hoc iudicio dicit Psalmus:
Iustus es Domine et rectum iudicium tuum. Hec omnia iudicia manifesta sunt in causa, quia manifestum est quod omnes secundum exigenciam suorum operum iudicabuntur,
sed incognita sunt in cognicione cause, quia nescitur adhuc quis sit hic vel ille. Unde quo ad cognicionem cause loquitur Apostolus et Psalmista, sed Iohannes loquitur quantum
ad causam unde fit retribucio, que manifesta sunt in generali vel in quantum secundum hoc est sensus: Iudicia tua, scilicet discrecionis, disceptacionis et diffinicionis,
manifesta sunt scilicet tam bonis quam malis modo dicto. Vel sunt, id est erunt, quia fient omnia que ordinasti iuste fecisti. Deuteronomii 32: Date magnificenciam Deo nostro.
Dei perfecta sunt opera et omnes vie eius iudicia. Vel secundum Glosam: Vacat hoc: Tu timendus es et magnificandus es Domine quoniam iudicia tua manifesta sunt,
id est quoniam revelata sunt iusticia eterna in qua Deus habitat et illi qui ad honorem Dei militant etc. Et Augustinus super titulum Psalmi nonum dicit
duo iudicia insinuantur per scripturas, unum occultum, aliud manifestum. Occultum nunc agitur, de quo dicit Apostolus Petrus: Tempus est ut iudicium
incipiat a domo Domini. Occultum itaque iudicium est pena qua nunc unusquisque hominum aut exercetur ad purgacionem aut admonetur
ad conversionem, aut si contempserit vocacionem et disciplinam Dei exceptatur ad dampnacionem. Iudicium autem manifestum est quo venturus est
Dominus iudicare vivos et mortuos omnibus fatentibus eum esse a quo et bonis premia et malis supplicia tribuuntur. Et de hiis

[marg.: ... libro] pietas est virtus qua patrie ... benivolis et sanguine iunctis officium et diligens attribuitur cultus; vel quod sanguine iunctis benivolis exhibetur

duobus iudiciis diffinita. Scribit enim Augustinus libro xx de civitate dei c. 2o dicens: Isto tempore et mala equo animo discimus ferre que patiuntur etiam boni, et bona
non magnipendere que adipiscuntur et mali. Ac per hoc et in his rebus in quibus non apparet divina iusticia salutaris est divina doctrina. Nescimus enim quo
iudicio dei bonus ille sit pauper, malus ille sit dives; iste gaudeat quem pro suis perditis moribus merore debuisse arbitramur excruciari, ille vero contristetur
quem vita laudabilis gaudere debuisse persuadet; exeat de iudicio non solum inultus verum etiam condempnatus innocens, aut iniquitate iudicis pressus aut falsis
obrutus testimoniis, econtrario scelestus adversarius eius non solum impunitus verum etiam vindicatus insultet; impius optime valeat, pius languoribus
tabescat; latrocinentur sanissimi iuvenes, et qui nec verbo quemquam ledere potuerunt diversa morborum atrocitate affligantur; infantes utiles
rebus humanis inmatura morte rapiantur, et qui videtur nec nasci debuisse diutissime supervivat; plenus criminibus sublimetur honoribus, et hominem
sine querela tenebre ignobilitatis abscondant, et cetera. Quamquam si in hac vita non nisi mali adipiscerentur ista bona transitoria atque terrena, nec nisi boni
illa paterentur mala, posset referri ad iudicium dei iustum sive etiam benignum, ut qui non erant assecuturi bona eterna que faciunt beatos, temporalibus
his vel deciperentur pro malicia sua vel pro dei misericordia consolarentur bonis, et qui non erant passuri eterna tormenta, temporalibus pro suis
quibuscumque et quantiscumque peccatis affligerentur vel propter implendas virtutes exercerentur malis. Nunc vero quando non solum in malis sunt boni et
in bonis mali, quod videtur iniustum, verum etiam plerumque et malis mala eveniunt et bonis bona proveniunt, magis inscrutabilia sunt iudicia dei
et investigabiles vie eius. Et subdit: Quamvis ergo nesciamus quo iudicio deus ista vel faciat vel fieri sinat, apud quem summa virtus est et
summa sapientia summaque iusticia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas, salubriter tamen discimus non magnipendere seu bona
seu mala que videmus bonis malisque communia, et illa bona querere que tantum bonorum, atque illa mala maxime fugere que propria sunt malorum.
Cum vero ad illud dei iudicium venerimus, cuius tempus iam proprie dies iudicii et aliquando dies domini nuncupatur, non solum quecumque tunc iudicabuntur
verum etiam quecumque ab initio iudicata et quecumque usque ad tempus illud adhuc iudicanda sunt apparebunt esse iustissima. Ubi hoc quoque manifestabitur
quam iusto iudicio dei fiat ut nunc tam multa ac pene omnia iusta dei iudicia lateant sensus mentesque mortalium, cum tamen in hac re piorum fidem
non lateat iustum esse quod latet. Et in x libro soliloquiorum ad deum dicit enim Augustinus: Magna sunt iudicia tua, domine deus, iuste iudex et fortis,
qui iudicas equitatem, et inscrutabilia et profunda; que cum considero contremiscunt omnia ossa mea, quoniam non servatoribus hominibus supra tibi,
ut serviant tibi pie et caste cunctis diebus vite nostre in timore et exultent tibi in timore, et non glorietur ante te omnis caro, sed paveant
et contremiscant a facie tua, cum ignoret homo utrum amore an odio dignus sit, sed in futurum omnia serventur incerta. Subdit: Vidimus enim, domine,
multos et audivimus a patribus nostris, quod utique sine magno timore non recolo nec sine multo timore confiteor, ascendisse primitus quosdam
usque ad celos et inter sidera locum suum collocasse, postmodum ac cecidisse usque in abyssos et animas eorum in malis contabuisse. Vidimus
stellas de celo cecidisse impetu ferentis caude draconis, et eos qui iacebant in pulvere terre a facie spirantis manus
tue mirabiliter ascendisse. Vidimus vivos morientes et mortuos a morte resurgentes, et eos qui inter filios dei ambulabant
in medio lapidum ignitorum quasi lutum ad inferna devenisse. Vidimus lucem tenebrescere et de tenebris lucem prodiisse, quia publicani
et meretrices precedunt incolas in regnum celorum, filii autem regni eiciuntur in tenebras exteriores. Unde autem ista omnia nisi quia in montem
illum ascendunt in quo ascendit qui et descendit deinde. Sed quos predestinasti ipsos et vocasti et iustificasti et induisti ut sint
dignum habitaculum tue maiestatis, cum quibus et in quibus sunt tibi delicie semper, et inde in quo tu delectaris et letificas iuventutem
eorum, et sunt ipsi templum sanctum tuum, quod magne dignitatis commendatio est humane nature. Et enim libro de vera innocentia capitulo [illegible] dicit:
Nullo modo iudiciis hominum comparanda sunt iudicia dei, quem non dubitandum est esse iustum etiam cum facit quod hominibus videtur iniustum. Et c. 303:
Iustum iudicium dei est ut peccato suo quisque pereat, cum peccatum deus non faciat. Sic mortem non fecit, et tamen quem morte dignum censet
occidit. Unde legitur: Deus mortem non fecit, et legitur: Mors et vita a deo. Que duo inter se non esse contraria profecto videt quisquis ab
operibus divinis iudicia divina distinxit, quia aliud est creando non instituisse mortem, aliud vindicando plectere peccatorem, et cetera.

| pietas

Nota secundum Augustinum x de civitate dei c. primo: Pietas proprie dei cultus intelligi solet, quam greci eusebiam vocant. Hec autem et erga parentes officiose
nostre haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen in operibus misericordie frequentatur. Quod ideo evenit quia hec fieri precipue mandat deus eaque
sibi vel pro sacrificiis placere testatur. Ex qua loquendi consuetudine factum est ut et deus ipse dicatur pius. Unde legitur quia
solus pius es. Secundo est quod pietas aliquando dicitur donum spiritus sancti, secundum illud Ysaie xi: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus
scientie et pietatis. Et tunc differt a misericordia, quia misericordia studet ad relevandas miserias proximorum ex hoc quod sunt coniuncti vel consanguinitate
vel familiaritate vel saltem nature similitudine, in omnibus aliquid humanum per mensuram accipiens sicut alie virtutes. Sed pietas ut est donum
movetur ad relevandas eorum miserias ex aliquo divino, scilicet inquantum sunt filii dei vel divina similitudine insigniti. Unde et magis proprie nomen
pietatis habet, que divinum quid sonat, ut dicit Augustinus ubi supra. Ex quibus satis concluditur quod pietas sive misericordia est proprie deo attribuenda. Patet
ex dictis. Et per rationem, quia quicquid est laudabile in rege sive principe hoc deo debemus attribuere, cum sit rex regum et dominus dominantium.
Sed pietas sive misericordia est huiusmodi. Proverbiorum xx: Misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus eius. Et Cassiodorus libro 2o capitulo [illegible]:
Benigni principis est ad clementie commoda tutissime timens equitatis, que est sola misericordia, cum ceteris virtutibus homini cedere non videtur.
Potentia dei iusticia est et potentia, quia in deo nihil est imperfectum; ergo non est sine misericordia. Tertio per beatum Gregorium [illegible] dicentem: Iusticia sine misericordia multum destituitur.
Potentia non dicit aliquam rem esse sine suo proprio esse. Sed misereri est proprium dei, secundum illud: Deus cui proprium est misereri semper et parcere. Sed dubium: ille
non videtur misericors, quia ille habere misericordiam qui non prevenit nec repellit alienam miseriam, cuius repulsio plene est in sua potestate. Sed omnium creaturarum
miserie plene sunt in potestate dei, et tamen deus non prevenit eas cum sunt future nec repellit eas cum sunt presentes. [illegible]
autem quod misericordia est habitus inclinans animum secundum se ad preveniendum alterius miseriam si est futura et ad repellendam presentem. Hoc vero patet quia
deus non solum non repellit miserias verum etiam quandoque innocentibus hominibus infert eas, sicut patet in afflictione Iob et Thobie. [illegible]
dicendum quod misericordia non inclinat ad tollendam omnem miseriam cuiuslibet miseri. Cum enim sit virtus moralis, ergo agit secundum dictamen recte rationis.
Sed recta ratio dictat quod aliqui propter sua demerita non debeant a miseria liberari. Ergo quamvis deus possit tales liberare et non liberat,
non tamen propter hoc dicitur quod deus non sit misericors, quia licet in illis non reluceat misericordia dei liberante, tamen relucet in eis mitigante, quia tales
puniuntur citra condignum. Et ex hoc patet quod etiam hoc deficit, quia cuiuslibet creature miseriam que tamen pena peccati est infligenda deus prevenit,
et si non in toto tamen in aliqua sui parte, quia etsi deus non auferat cuilibet misero miseriam liberanter, tamen cuilibet confert aliquo modo mitigantem.
Ad probationem de Iob et Thobia dicendum quod huiusmodi miseria non infligebatur eis per modum pene pro peccatis puniendis sed tamquam materia virtutis operande

et per quos glorie celestis ac beatitudinis augmentande, propter quod ut hic deficit dei misericordia de qua dicitur postea misericordia edificabitur in celis preparabitur
veritas tua in eis. Contra dicitur in deo non est compassio ergo nec misericordia. Respondeo quod secundum Augustinum misericordia est aliene miserie compassio ex qua si possumus compel-
limur subvenire. et quia ut dicit post Damascenus libro 2o c. xiiii o. secundum Augustinum compassio propter passionem secundum nullam passionem potest esse in deo. ideo sicut prima acta
Respondeo quod quamquam ad primum dicendum quod misericordia potest dupliciter considerari uno modo secundum se et quantum ad suam essentiam. Alio modo quantum ad actus magis consequentes
propter suum subiectum imperfectorum. Primo modo misericordia est vera inclinatio misericordie ad volle aliquid esse in miseriam propter quod tunc sicut dictum est
et sic predictum est. et isto modo misericordia convenit deo et omnibus beatis tam angelis quam hominibus. Secundo modo misericordia super illud volle addit ad quandam
et aliquam displicentiam afflictam que est quedam passio huiusmodi miserie aliene. Et isto modo misericordia non invenitur in deo nec in aliquo beato quamvis
possit inesse viatori et existentibus in purgatorio quia tales actus non sequuntur ulterius magis sed solum in subiecto imperfecto et aliquo misero. et isto 2o
loquitur Augustinus et Damascenus de misericordia non enim loquitur ulterius sed potius solum sicut ut dicitur in libro esse quod caret presentia boni. Ex quibus sequitur ulterius
quod iustitia et misericordia simul concurrunt in omni opere dei loquendo de opere retributionis unde talia opera sub nomine duarum exprimens propheta dicebat Universe
vie domini misericordia et veritas. Ad videndum tamen dicitur has duas virtutes scilicet misericordiam et iustitiam in omni opere divino simul concurrere patet quod iustitia
simul concurrit in omni opere divine retributionis patet per beatum Augustinum super illud psalmi Iustus es domine et omnes vie tue veritas. Quod autem in eisdem operibus omnibus relu-
ceat misericordia patet quia si in aliquibus operibus divine retributionis deesset misericordia hoc maxime videretur in iudicio reproborum sed hoc non quia nobilissima
iudicandi. Et attribuitur deo talis actio non potest esse sine misericordia quia misericordia superexaltat iudicium Iacobi 2o. Et Augustinus libro de concor-
dia beatorum dicit qui res suas curat iuste et misericorditer curat ut nec misericordia precludat iustitiam nec iustitia concludat misericordiam. Contra dicitur ibi
videtur apparere iniustitia ubi pro culpa temporali infligitur pena eterna sicut cuilibet in inferno damnato pro culpa temporali et transitoria infligitur pena eterna
Respondeo quod hoc non est verum quia quantitas culpe computatur pensatur secundum dignitatem persone pro culpa offense. Cum ergo quilibet damnatorum pro culpa sua
offenderit personam infinitam scilicet deum cuius contempsit mandatum ideo talis culpa saltem pactus est aliquo infinita eo quod subiectum in quo est culpa sit
obstinatum et incorrigibile. propter quod huiusmodi culpa est perpetua et per consequens ei debetur pena perpetua. Est ergo in ista punitione simul iustitia et misericordia
Iustitia quidem inquantum quod culpa damnati punitur pena infinita extensive et perpetua duratione eo quod subiectum istius culpe sit incorrigibile. Est
etiam ibi magna misericordia quia non punitur pena infinita intensive quamvis illam meruit eo quod contra personam infinite dignitatis peccavit. Et secundum
humanas leges qui contra personam regiam peccavit salva iustitia punitur potest intensiori et acriori pena. propter quod hic enim ait philosophus 5o ethicorum Ille
qui principatum habens percussit non oportet repercuti. Et si principem percussit non solum percuti sed puniri ergo infinite arbitratur pena possit puniri salva
iustitia. ille qui in mortali offensa dei decedit ab hac vita ergo valde misericorditer secum agitur qui pena finite acerbitatis punitur. Contra dicitur
Iacobi 2o Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam. Sed damnati non fecerunt misericordiam. Hic enim imperabit eis dominus utrum ait 21
ergo in illo iudicio quo damnati iudicabuntur adhuc non erit aliqua misericordia quamvis hoc iudicium sit opus retributionis. Respondeo quod verbum beati Iac-
obi est de misericordia liberativa et non de mitigativa. tales enim impii patientur iudicium absque misericordia liberante sed non absque misericordia aliquid
mitigante. Dicitur notanter in corpore loquendo de opere retributionis quia iustitia et misericordia proprie dicta non concurrunt in opere creationis quia iustitia presupponit aliquod
meritum. misericordia autem presupponit eius miseriam. sed actus vel opus creationis nihil presupponit ut dicitur magister in 2o sententiarum, patet ergo ex dictis quod recte
gratia [illegible] Quis non timebit te domine et magnificabit nomen tuum quia solus pius es. Ecce dicitur non videtur assignare competentem causam que dicat timere etc. vide etc. A

Et post hec vidi et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in celo et exierunt septem angeli de templo habentes
septem plagas vestiti lapide mundo et candido et precincti ad pectora zonis aureis. Et unum ex quatuor animalibus
dedit septem angelis septem fialas aureas plenas iracundie dei viventis in secula seculorum. Et impletum est templum
fumo a maiestate dei et virtute eius. Et nemo poterat introire in templum donec consumarentur septe plage vii angelorum
Tertia et ultima pars principalis huius capituli xv in qua ponitur visionis in generali descriptione et eorum congratulatione et gratiarum actione. subditur particularis
effundentium particularis sunt inflicturi plagas ostendens vel secundum glosam ostendit reprobos dignos esse plagis sive plagari, quia iustitia sunt — reproborum digna puniri
revelata unde glosa, dicitur Sicut ostendit Iohanni illos angelos hic particulares plagandi dicturus quas plagas illi sunt illaturi, primo premittit tamen
qua dignos illos ostendit qui plagas illas sunt passuri, scilicet quia omnia iustitia sunt omnibus revelata qui voluit intueri, quia tunc isti malo suo merito
non potest scire noluit intelligere. et ideo merito plagabuntur. Et secundum hoc hic subditur misteriorum revelatio. Et dividitur in 4or partes, primo ponitur locus unde
exierunt angeli in processu. Secundo angelorum ornamentum ad infundendas plagas descripto ibi Et exierunt etc. 3o particulares infundi plagas eis collatio
ibi Et unum ex 4or animalibus. 4to operationes impiorum subiectio ibi Et templum impletum est fumo. Circa primum dicitur ad primum dicitur Et post hec vidi, secundum Richardum
super parva digressione electorum populum merito iustitiae a plagis impiorum esse remotum demonstrat, iterum ad materiam redit et que mala contigant
malis describit vel secundum Bedam repetit quod preposuerat supra eodem in principio capituli Vidi aliud signum in celo. Et post hec que dicta sunt, vidi in videndo
sive spiritu sancto revelante intellexi. Et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in celo. per templum primum potest intelligi corpus Christi in modo quo Salvator
Iohannis 2o Solvite templum hoc. Et subditur Hic autem dicebat de templo corporis sui Corpus autem Christi esse templum declarat spiritualis unio et singularis
comprehensio primo quidem spiritualis unio Illud enim dicitur templum dei in quo deus inhabitat secundum illud psalmi Dominus in templo sancto suo. Et inde est quod anima sancta
quam deus per gratiam inhabitat dicitur templum dei 1 Cor 3 Templum dei sanctum est quod estis vos. Anima ergo in corpore Christi divinitas habitat, ideo corpus Christi
est templum dei non solum secundum animam sed etiam secundum corpus Col. 2o In quo habitat plenitudo divinitatis corporaliter. In nobis quidem habitat deus per gratiam
scilicet secundum actum intellectus et voluntatis quia non est actus corporis sed anime tantum, in Christo vero habitat secundum unionem in persona, quam quidem unionem non solum ipsam animam
sed et corpus includit. et ideo ipsum corpus Christi est templum dei. Ex hoc autem Nestorius sumens occasionem erroris sui dicebat unum dei virtutem humanam
unionem secundum inhabitationem tantum Ex quo inferebat quod alia sit persona dei et alia hominis in Christo quod est hereticum dicere. Contra enim hoc concilium [illegible] unam personam
filii dei esse in Christo in duabus naturis scilicet in divina et humana In divina ab eterno et naturaliter In humana ex tempore et gratialiter i. per gratiam unionis
quam ex eam assumpsit. Et ideo dicendum est quod inhabitatio dei in Christo refertur ad naturam, quia alia est divina natura in Christo, alia humana. sed non ad personam
que est eadem in Christo scilicet persona verbi divini. Secundo potest dici templum ratione singularis comprehensionis. In templo enim multi preces porrigunt ad premium dei
et exaudiuntur, per Christum autem omnes preces porriguntur ad premium et exaudiuntur quia omnis qui per eum petit accipit et qui querit invenit et pulsanti aperietur etc. A et Luc. xi
Sic ergo corpus Christi verum est templum dei quod quidem corpus Christi verum significat corpus Christi misticum quod est ecclesia dei. 1 Cor. xii Vos estis corpus Christi
et membra de membro. Et sic in corpore Christi vero habitat divinitas per gratiam unionis, sic in corpore mistico quod est ecclesia, per gratiam adoptionis.
Et sic ecclesia vocatur hic templum tabernaculi, propter quod Christus tabernaculum est Christus militantium et pugnantium secundum Augustinum super psalmum 26 Nam tabernaculum etc.
[illegible] et dicto Christi, quo corpus suum dicitur templum, Appollinaris [illegible] errorem suum, dicens carnem Christi esse inanimatam, quia templum est res inanimata. Sed male decepit
quia cum dicitur corpus Christi templum est locutio metaphorica in qua quidem locutione non attenditur similitudo quantum ad omnia sed quantum ad inhabitationem, quia quod respectu ad
magis ut deus est. Secundo potest dici templum etc. Tabernaculum est tentorium in expeditione et dicitur a taberna que est domus non valens nisi ad tempus durans scilicet
quedam res ibi venduntur. Et inde dicitur tabernaculum magis quod non est perpetuum et validum sicut tentoria et castra militum in expeditione, que ea relinquunt finito bello,
vel quia figuntur modo hic modo illic et mutantur et in diversis circumstantiis migrant. Unde dicit Ysidorus libro xv Ethymologiarum. Verte folium.

vel secundum statum vite presentis vite mutabilis scilicet statum ecclesie militantis in qua scilicet ecclesia sancti

hoc ipso attingitur quod in tabernaculo sunt tentoria militum et in ecclesia sancti sunt militantes et peregrinantes. Hebr. xi. Confitentes quod peregrini sunt et hospites super terram. 1 Pet. 2. Obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis que militant adversus animam. Per [illegible] commorari et incolam in tabernaculo eius hostiam vocavit. Et alibi peregrinos eos in tabernaculo tuo. Psalmus primo Tabernacula istorum gemmabunt. Unde recte Templum est sive ecclesia. Tabernaculum quod dicitur militat in armis virtutum, doctrinarum sacramentorum, operum sanctorum, divinorum beneficiorum. De quibus armis et corporis in omnibus operibus nostris incipiendum sunt dei ministros in multa patientia. Subditur parma iusticie. Et dicitur templum tabernaculi testimonii secundum Richardum quod utriusque testamenti testimonium fideliter servat. Unde dicitur ecclesia per prophetam Testimonia tua meditatio mea est. Et Non testimonia tua non declinavi. Et inclina cor meum in testimonia tua. Vel secundum Hayonem Ecclesia dicitur templum tabernaculi testimonii quod habet tabulas domini testamenti, sicut arca in se archa scilicet dominum Ihesum Christum in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Habet etiam urnam id est domini corpus in quo est verum manna scilicet panis qui de celo descendit. Ibi est et virga Aaron que fronduerat id est sacerdotum spirituale quod olim ecclesie sacerdotium prefigurabat. Vel ideo dicitur ecclesia templum tabernaculi testimonii quod multos testes pro Christo produxit in ea causa scilicet martires quod testimonium dicitur pro fide moriendo. Martir enim interpretatur testis. Unde quot sunt vel fuerunt vel erunt in ecclesia martires tot produxit ecclesia pro Christo testes. Ysaias. Testes mei vos estis dicit dominus. Templum ergo tabernaculi testimonii apertum est in celo quando sacramenta Christi revelata sunt in ecclesia scilicet nativitas passio mors resurrectio et ascensio secundum Hayonem. Et Augustinus omne Christo super hoc dicitur manifestum est dominum resurrexisse. Hic nobis notum est et sicut iudeis sunt clausum quod foras stant. Super quo ecce ostium apertum in celo et supra iiiiº Et apertum est templum dei in celo ubi de hoc plura per [illegible] capitulo 2º nobis revelavit deus per spiritum suum. Vel templum tabernaculi testimonii apertum est in celo quando misteria et sacramenta ecclesie testimonia scripture et bona celestis patrie aperuit [illegible] per apostolos et discipulos qui modo predicavi. Et hoc est quod innuit in littera cum dicit Et post hoc vidi. Et ecce apertum est templum testimonii in celo id est revelata sunt misteria ecclesie et secreta celestia per apostolorum predicationem. Vel aliter Tabernaculum testimonii dicitur sacra scriptura que tot continet testimonia quot habet verba. Unde fecit per Moysen galaad quod interpretatur acervus testimonii. Gen. 31. Templum vero tabernaculi testimonii dicitur Christus continens in se testimonia utriusque testamenti. Quod dicitur continere quod sunt omnia et quod de ipso sunt omnia. Per celum autem signatur militans ecclesia que dicitur celum id est casa celos hoc est domus dei [illegible] hoc est locus [illegible]. Apertum est templum tabernaculi testimonii in celo id est per scripturam utriusque testamenti quod est prius de Christo manifestum est modo per predicationem apostolorum et eorum successorum quorum descriptio subditur in littera cum dicitur Et exierunt scilicet ad publicum predicatores Septem angeli id est universi predicatores, septiformem gratiam spiritus sancti redundantes, septem virtutes in auditoribus seminantes et septem vicia destruentes et eradicantes. Habentes septem plagas id est denunciantes reproborum universarum plagarum ut premissum est supra cum in principio. Vel septem plagas vocat scripture auctoritates quibus quasi quibusdam sagittis plagantur peccatores, quidam ad salutem alii ad penam ut dictum est supra. Ps. Sagitte parvulorum id est huiusmodi predicatorum facte sunt plage eorum. Et designat locum unde exierunt dicens De templo id est de secreto cordis vel contemplationis secundum Hayonem. Quia enim sancti predicatores contemplationi insistunt ab omnibus actibus secularibus se alienos reddunt et cum divina eloquia meditantur quasi in templo hoc est in secreto mentis sue morantur. Sed quia non ita debent insistere propriis ut relinquant cura aliorum inertes quasi iterum procedunt ad publicum ad praedicandum ad carnales mores componendos, sive ad temporalia ministranda, quasi de templo egrediuntur. Sic ergo fit ut mitius inclinatos in templo sedeat et curam turbarum proximorum non negligentes appareant de templo. Ubi gratia Est ad predicatorem precessiva ad publicum ut faciat sermonem ad populum qui prius residens colligit sese interius sepius meditando qualiter quibus et quo debeat loqui qualiter inchoare sermonem qualiter vero finire. Dum ita interius sanctum sue mentis inhabitat quasi in templo moratur. Cum autem procedit ad praedicandum et ea que mente tractaverat publice profert quasi a templo vel a secreto sue mentis foras egreditur. Unde Moyses aliquando ingrediebatur tabernaculum ut consuleret oraculum aliquando egrediebatur ad populum. Inde unde Exo. 33 et quod totus gemma 23 moreretur dicitur. Hoc quotidie boni rectores faciunt cum se res dubias cum non posse cognoscunt ad secretum mentis velut ad quoddam tabernaculum redeuntur divina lege presentata quasi coram posita archa domini consulunt et quod prius tacentes audiunt hoc foris postmodum agentes innotescunt et ibi bene de hoc. Et quia isto templo exierunt septem angeli habentes septem plagas id est denunciatores divinas predicaciones corda quorum et voluntates et divinas plagarum comminantes. Et subditur ydoneitas eorum cum dicitur vestiti lapide mundo et candido id est ornati et amicti Christo qui est lapis propter firmitatem. Ysa 28. Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem, scilicet abscisum de monte sine manibus quo lapide statua fuit prostrata. Dan 2º. Qua significatur pomposa superbia mundi. Lapide mundo scilicet a contagione peccati quia peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. 1 Pet. 2. secundum Hayonem. Alia translacio habet vestiti linteo mundo per quod vite puritas et innocentie castitas designatur. Nam linteum ex terra nascitur et multo labore ad candorem venustatis pervenit quod vero castitas sive vita pura cum multo labore et mortificatione carnis acquiritur. Subditur et candido scilicet plenitudine sapientie quia ipse est candor lucis eterne sapientie. Unde Non solum ipse lapis Thema ut dictum est. Sed etiam murus protegens. Ysa 26. Murus et antemurale salvator ponetur in eo. Isto lapide vestiri debent hii quos sancti ut dictum est. Sed etiam murus protegens. Quotquot baptizati estis Christum induistis. Isto ergo lapide Ro. xiii. Induimini dominum nostrum Ihesum Christum scilicet per imitationem operum. Gal 3º. Quotquot baptizati estis Christum induistis. Isto ergo lapide vestiti exierunt predicatores ecclesie scilicet firmitate fidei et patientie, puritate vite et castitatis innocentie et plenitudine sapientie. Debent enim esse vestiti fide firma et patientia. Unde pacientes erunt ut annuncient. Prov. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Ezech. iiiº. Ut adamantem et silicem dedi faciem tuam. Adamas siquidem attingit silex ictus repellit et non sentit. Sic predicator per fidem debet attingere peccatores et per patientiam a se repellere vel non sentire ictus tribulationum. Debent insuper esse vestiti puritate vite per peccati immunitatem et honestam conversationem. Ysa 3º. Vestimentum tibi est esto princeps noster. Et ipse videtur non sum medicus et in domo mea non est panis neque vestimentum nolite me constituere principem, quia sine dubio qui non habet in domo sua cordis panem sane doctrine neque vestimentum virtutum et maiorem paciencie indicare et instruere cum Due sunt predicatores scilicet doctrina mali et operacio boni non debet constitui princeps id est prelatus vel predicator aliorum. Job 29. Justicia indutus sum et vestivi me sicut vestimento. Ps. Sacerdotes tui induantur iustitia que est omnes virtutes. Unde secundum Bedam et Hayonem quidam codices habent vestiti lapidibus mundis et candidis id est variis virtutum ornamentis. Ezech. 28. Vitiis quasi vas aureum solidum ornatum omni lapide precioso. Debent vestimenta salomonis dicit Ecclesiastes ixº. Omni tempore vestimenta tua sint candida id est membra corporis tui et a sordidis actibus munda nam ut dicit Ysaias quod vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem. Sanguine quippe vestimentum miscere est desideriis carnalibus inquinari secundum Gregorium in xv moralium. Unde secundum eundem in iiiº moralium Aliquando vicias esse debet qui curat aliena corrigere ut terrena non cogitet. Ut desideriis infirmis non succumbat quos tanto perspicacius alius fugienda videat quanto hec ipse per scientiam et vitam devius declinat. Quia nequaquam pure maculam in membro conspicit oculus quem pulvis gravat et superiectas sordes tergere non valet manus que lutum tenet. Unde ad David dominus dicit: Non edificabis tu michi templum quia vir sanguinum es. Dei namque templum edificat qui corrigendis atque instruendis proximorum mentibus vacat. Templum quippe dei sumus qui ad eternam vitam ex eius habitatione constituimur. 1 Cor. 3. Templum dei sanctum est quod estis vos. Sed vir sanguinum dei templum edificare prohibetur quia qui adhuc actibus carnalibus incubat necesse est ut instruere spiritualiter proximorum mentes erubescat. Unde subditur in littera Et precincti circa pectora vel ad pectora zonis aureis. Per zonam qua precingebatur corpus pectora secundum Hayonem castitas mentis designatur quia precipitur in novo testamento sicut per renes accinctos castitas corporis precinctos ad vetus testamentum quia in novo testamento non solum opus libidinis sed etiam ipsa restringitur cogitatio vigore mentis. In veteri enim testamento prohibitum fuit adulterium in actu. In novo prohibitum est in affectu. Math. v. Audistis quia dictum est antiquis non mechaberis. Ego autem dico vobis quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Supra primo precinctum ad mamillas zona aurea. Hinc postea habent lumbi vestri precincti. Eph. 6. State succincti lumbos mentis vestre. Debent ergo septem angeli id est predicatores universi esse precincti circa pectora zonis aureis id est mundi cogitacionibus et sanctis desideriis que tegunt cor et corpus a fluxu malarum cogitacionum et carnalium affectionum seu solicitudinum. Unde dicitur Ysa. 3. Sed pro eo vel predicatores et prelati loco zonarum aurearum habent lutea zonas id est cogitaciones carnales et desideria terrena. Unde dicitur erit per zona funiculus id est per desideria celestium cogitaciones vel affectiones terrestrium. Et per crispantem crinem calvicium id est pro ornatu virtutum secundum desideria [illegible] et evagatio mentis ad acquirendum et pro suavi odore fetor id est pro desideriis eternorum ambitio terrenorum. Vel aliter secundum eundem Hayonem per zonam auream vinculum caritatis intelligitur. Nam sicut aurum omnia metalla precellit et superat sic caritas omnes alias virtutes. Ideo dicitur vinculum perfectionis.

Col. 3. Super omnia autem haec caritatem habentes quod est vinculum perfectionis. Dicuntur ergo angeli praecincti zonis aureis circa pectora quia non timore penali sed perfecta
sed amore solo dei amore stringuntur. Unde Gregorius 32 moralium. Angeli zonis aureis circa pectora praecinguntur quia [illegible] superiore timuit pectora dum
penali iam nequaquam timori subiecta sunt. atque a sua mente nulla suspicione polluuntur quia sola se caritate constringunt. Zona vero aurea circa pectora
haec est auctus cogitationum mutabilium motus perfolio iam amoris vincula restringere. Gregorius. Hoc ergo [illegible] est. Et praecincti circa pectora zonis aureis
id est in secreto mentis convectentes et [illegible] ac mutabiles cogitationes per amoris vincula restringentes. quod significatum est 3 Reg. 6. per expansionem
et contactum alarum cherubin. dicitur enim ibi quod posuit Salomon cherubin in medio templi interioris. Extendebant autem alas suas cherubin et tangebat ala
una parietem unum et ala cherub secundi tangebat parietem alterum. alae autem alterae in media parte templi se invicem contingebant. Sicut autem 3o super Ezech.
per zonas aureas sapientiam designari. de qua scriptum est accipite sapientiam sicut aurum. Gregorius 3o dialogorum. Et ante omne aurum igniti. Zona ergo
aurea cinguntur angelorum pectora quia superna sapientia replentur pectorum corda. Unde Beda. circum pectore designat non solum corporis mortificat
sed et pectus auro sapientiae stringat. Est quod non est quod dicitur praecincti. per hoc enim ostenditur quod pectores non debent esse dum sunt ministri. Nam accinguntur pu
gnaturi. succinguntur itineri. praecinguntur ministraturi. Io. dicit Luc. 12. Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes quae illuminant alios qui ministri
portabant [illegible] lucernas id est doctrinam verbi et quia [illegible] balteum regum dissolvit et praecingit fune renes eorum. Iob 12. Cum
accepisset linteum praecinxit se. implens officium ministri. et postea dicit. Exemplum dedi vobis etc. Io. dicit Apostolus 1 Cor. 4. Sic nos existimet homo
ut ministros Christi etc. Item nota quod sicut in unitate templi vel tabernaculi reputabatur unitas dei vel ecclesiae. sic etiam in distinctione templi vel tabernaculi
reputabatur distinctio eorum quae sunt deo subiecta et quibus in dei venerationem consurgit. Distinguebatur autem tabernaculum in duas partes. in unam quae vocabatur
sancta sanctorum quae erat occidentalis et alia quae vocabatur sancta quae erat ad orientem. et iterum ante tabernaculum erat atrium. Item sancta distinguebatur
a sancta sanctorum quodam velo quod quatuor coloribus erat distinctum scilicet bysso purpura cocco bis tincto et iacincto. Intra autem tabernaculum id est in sancta sanctorum
solus summus pontifex semel in anno intrabat. In tabernaculum vero exterius id est in sancta intrabant sacerdotes cotidie. non autem populus qui solum ad
atrium accedebat. per exterius tabernaculum quod dicitur sancta significatur status veteris legis ut dicit Apostolus ad Hebr. 9o quia ad id tabernaculum semper intrabant
sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. per interius vero tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum significatur vel caelestis gloria vel etiam status spiritualis novae
legis qui est quaedam inchoatio futurae gloriae. in quem statum nos Christus introduxit. quod figurabatur per hoc quod solus summus sacerdos semel in anno intrabat
in sancta sanctorum. Hebr. 9o. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum id est non huius creationis neque per sanguinem hircorum
aut vitulorum sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, aeterna redemptione inventa. Velum autem reputabat occultationem spiritualium sacrificiorum in veteribus
sacrificiis. quod velum erat quatuor coloribus ornatum. bysso quidem ad significandum carnis puritatem. purpura ad denotandum passiones quas sancti pro deo sustinuerunt.
cocco bis tincto ad designandum geminam caritatem. dei scilicet et proximi. iacincto vero figurabatur meditatio caelestis. Ad statum ergo veteris legis
alia [illegible] sacrificia corporalia [illegible] quae in atrio offerebant sacerdotes. vero [illegible] sacrificiorum
alter se populus habebat et alter sacerdos. Nam populus ipsa sacrificia corporalia considerabat. quae in atrio offerebantur. Sacerdotes vero [illegible] sacrificiorum
considerabat. habentes fidem magis explicitam de mysteriis Christi. et ideo intrabat in interius tabernaculum quod ab velo distinguebatur ab atrio quia
quaedam erant velata populo circa mysterium Christi quae sacerdotibus erant nota. Christi vero passione velum templi scissum est. quia mysteria revelata sunt. [illegible]
Ubi per [illegible] nobilior pars orbis sit oriens et tabernaculum fuit institutum ad cultum et orationem dei. quae dispositio fuit magis versus occidentem
propter quod omnes gentiles in reverentia solis
quod versus orientem [illegible] sed [illegible] ut versus occidentem fuit introducta in lege ad excludendum ydolatriam. Nam omnes gentiles in reverentia solis
adorabant ad orientem. Unde dicitur Ezech. 8. quod viri quidam habebant dorsa contra templum domini et facies ad orientem et adorabant ad ortum solis
ideo ad hoc excludendum tabernaculum habebat sancta sanctorum ad occidentem ut versus occidentem adoraret. Ratio vero figuralis potest esse quia totus status
[illegible] tabernaculi prioris ordinabatur ad figurandam mortem Christi quae fuit occasio sicut in [illegible] ascendit super occasum Dominus nomen illi.
Cant. 2o. Surge propera amica mea. Sicut dicit sponsa ut surgat et properet haud dubium quin ad amorem
Dei super omnia. Ut velle et arta [illegible] contemplationis et casta ut mente quam divino igne vehementer succendit tanto intus repleat zelo ac desiderio acquirendi deo quem [illegible] diligat. ut omni contemplationis studio praedicationis libentissime intermittat et rursus posita vota aliquis contemplare
gustu in hac parte tanto ardens vadat in [illegible] quanto se fructuosius intermisisse meminerit et hic supposito contemplationis gustu valeat
ad conquirenda lucra polita alacritate recurrat. Hoc est placet dilectio sed in sponsa necessitudo fratrum et nunc praedicationis etc. Et quod dicitur Col. 6.
Ezech. 3. surge egredere in campum. Christus qui seminat semina sua [illegible] loquuntur plagas eius. Et sicut dicitur in domesticis [illegible] 6.
Dicit ibi Et vidi et quatuor animalibus etc. posita loci [illegible] angeli notificatione et angelorum [illegible] ad infundendas plagas describit
subiecti praeparationem infundendi plagas eius collationem et impiorum [illegible] et templum impletum est fumo etc. [illegible] ad primum dicit Et unum ex quatuor animalibus
dedit septem angelis septem phialas aureas plenas iracundiae dei viventis in saecula saeculorum. Super hoc Gregorius in omelia 4ta super Ezech. quatuor animalia sancta quatuor [illegible]
evangelistas designant quorum unusquisque libri exordio testatur. Nam quia ab humana generatione coepit merito per hominem Matthaeus quia per clamorem in deserto
per leonem Marcus quia a sacrificio exorsus est bene per vitulum Lucas. quia vero a divinitate verbi coepit digne per aquilam significatur Iohannes. Gregorius super Ezech. etc.
Et quia omnes electi sunt membra redemptoris nostri. ipse autem redemptor noster caput est omnium electorum. per hoc quod membra eius figurata sunt nihil obstat si etiam
in his omnibus et ipse figuretur. Ipse enim unigenitus dei filius veraciter factus est homo. ipse in sacrificio nostrae redemptionis dignatus est mori ut vitulus.
ipse per virtutem suae fortitudinis surrexit ut leo. ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad caelos in superioribus est elevatus ut aquila. Totum ergo
simul est nobis qui et nascendo homo et moriendo vitulus et resurgendo leo et ad caelos ascendendo aquila factus est. Et secundum hoc per unum ex
quatuor animalibus secundum Hugonem dominus Iesus Christus significatur. Vel quia factus est homo in incarnatione et nativitate. ut vitulus in passione ut leo in resurrectione et ut aquila in ascensione
vel quia in ecclesia et in omnibus electis atque in via dei perfectis relucet plenitudo vitae Iesu Christi. Ezech. primo similitudo hominis erat in eis. Super quo Gregorius
omelia 3a dicit quia nullo loco homo describitur nisi ille de quo dicit Apostolus quia cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo sed semetipsum
exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Philip. 2o. Sancta itaque animalia ut surgere ad volandum sancti valeant
ad illius hominis similitudinem tendunt. Sancta enim non essent si illius hominis similitudinem non haberent. Unumquodque in eis de virtutibus praedictis quamquam de mansuetudine ipse
quamquam de zelo rectitudinis quamquam de custodia humilitatis quamquam de fervore caritatis. Sed ab ipso fonte iustitiae et ab ipsa radice mansuetudinis
et ab ipsa virtute iustitiae id est a mediatore dei et hominum domino Iesu Christo traxerunt. Illius hominis plenitudinem sicut Paulus hic demonstrat dicens [illegible]
mei estote sicut et ego Christi. Ad cuius etiam similitudinem nos admonet dicens primus homo de terra terrenus secundus homo de caelo caelestis. Sicut portavimus
imaginem terreni, portemus et imaginem eius qui de caelo descendit. Sancti etenim quisque ad tantum ad similitudinem illius hominis ducuntur inquantum vita
sua redemptoris imitatur. Nam ab eius mandatis et operibus discordare quid est aliud quam a similitudine longe discordare. Et ibi multa dicit.
Istud ergo unum ex quatuor animalibus scilicet Iesum Christum qui dedit potestatem ecclesiae praedicatoribus secundum Hugonem et quae omnes praedicavit. Unum ergo ex
quatuor animalibus id est Iesus Christus ab evangelistis praedicatus et in quatuor animalibus praefiguratus, dedit septem angelis id est universis praedicatoribus, septem phialas id est
universas sacrae scripturae intelligentias aureas id est sapientia plenas, quia per aurum sapientia designatur. Unde Hugo. Bene phialae quas accipiunt, aureae
describuntur quia ut praedicationis officium implere possunt sapientiae fulgore caelitus illustrantur. Phialae vero dicuntur vasa patula ad portandum vel
ad oleum retinendum. ab hyalum quod est vitrum. Unde phiala quasi hyala quia olim de vitro fiebat ut dicit Ysidorus Ethimologiarum libro 20 c. 1. Et
ut dicit Papias. Fiale sunt ampla vasa et clara. et sunt duas propter amplius scilicet vitae et sapientiae propter figurae reputationem. Sunt enim fiale
clausae deorsum et apte sursum sicut praedicatores intelligi. debent esse apta ad caelestia et clausa ad terrena. Vel aliter secundum Hugonem per istud animal unum
ex quatuor quod dedit septem angelis septem phialas, possumus intelligere coetum et ordinem apostolorum a quo subsequentes acceperunt auctoritatem
divinae praedicationis et quorum uniformi testimonio et quatuor auctoritas quatuor evangelistarum firmo roborantur ut ait Richardus. qui apostolos non solum alios

baptisabat, sed et ordinabat et phialas; quia potestatem committebat et in loco suo sedere faciebat. Sic Petrus Clementi, Linum atque Cletum, quibus et prelatis ligandi atque solvendi tradidit, quam a domino receperat, et in cathedra sua sedere compulit. Quod et usque modo agitur, cum per episcoporum manum in civitatibus presbiteri [illegible] constituuntur. Et sic hec per quatuor animalia designantur primi predicatores qui fidem Christi que in quatuor evangeliis continetur per quatuor mundi partes seminaverunt. Unde Gregorius super Ezechielem omelia 2a: Non immerito per quatuor animalia perfectorum omnium numerus exprimitur, quia ea que in eorum modo perfecti sunt perfectionis sive rectitudinis per eorum vitam ostenderunt, quorum quilibet est homo per iustitiam quia solus homo inter alia animalia rationalis, vitulus vel bos per carnis mortificationem, leo per fortitudinem, aquila per prudentiam vel contemplationem. Unde Gregorius ubi supra omelia 3a: Cum iustus quisque per rationem homo, per sacrificium mortificationis sue vitulus, per fortitudinem securitatis leo, per contemplationem vero efficitur aquila. Recte per hec quatuor animalia signari unusquisque perfectus prelatus et subditus. Quod ideo dicimus ut ea que de quatuor animalibus dicta sunt generaliter ad perfectorum singulos demonstremus. Et sic hic est sensus litere. Et unum de quatuor animalibus, id est unitas et concordia quatuor evangelistarum et omnium posteriorum predicatorum, dedit septem angelis, id est posterioribus universis, septem phialas, id est aureas, universitas sacre scripture sensus et intellectus quos de predicatoribus primitivis, scilicet de cetu apostolorum et aliorum perfectorum, omnes predicatores originem acceperunt et quod suis temporibus predicant ab illis didicerunt. Que quidem divine predicationes dicuntur fiale propter amplitudinem calicis, vel quia clause sunt misteria et apte simplex. Et dicuntur aureae propter latitudinem sapientie et caritatis quam continent. Unde figurantur per scyphos aureos Salomonis, de quibus 3 Regum 7o, et per scyphos et urceolos in ministerio ad vina fundenda. Subditur in littera: plenas iracundia Dei, id est vindicta quam docent imminere peccatoribus effundendam in [illegible]. Cum supra 5to dicitur de 24or senioribus quod habeant phialas plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum, quid est quod hic dicitur de septem angelis quod acceperunt septem fialas plenas iracundia Dei, cum ibi sint septem angeli qui et 24or seniores, scilicet omnes perfecti pastores? Unde [illegible] quod hoc est ideo, quia videlicet in illorum doctrina est plena salus electorum et est plena reprobatio dampnatorum, et unde illi vita inde isti capiunt mortem. Unde dicit apostolus 2 Cor. 2o: Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi fiunt et in his qui pereunt; aliis sumus odor vite in vitam, aliis odor mortis in mortem. Hic est quod in [illegible] vaticinatur Symeon et ipse Salvator: quibusdam positus est in ruinam, quibusdam autem in resurrectionem, Luc. 2o. Unde multiplex est phiala, scilicet devotionis que flagrat puritate, de qua supra 5to quod 24 seniores ceciderunt coram agno habentes cytharas et phialas plenas etc. Est et phiala pinguissima, et hic vel butyrosa, que flagrat pietate, de qua Iudicum 5o: Aquam petenti lac dedit et in phiala principum obtulit butyrum. Est et phiala [illegible] que fulget caritate, de qua dicitur hic quod est aurea et plena iracundia Dei. Nam verba sacre scripture plena sunt caritate ad quam vocant peccatores, et plena sunt iracundia Dei a qua revocant, vel quam plene effundendam [illegible]: Effunde iram tuam in gentes que te non noverunt etc. Et Ieremie 36: [illegible] furorem et effunde iram tuam. Sic [illegible] unum de quatuor animalibus dedit septem phialas aureas plenas iracundia Dei, id est predicationes denuntiantes super reprobos vindictam Dei, quia scilicet corripiunt impios et [illegible] vindictam Dei. Supra 8: Audivi vocem unius aquile volantis per medium celi et dicentis magna voce: Ve, ve, ve habitantibus in terra. Dei viventis in secula seculorum, id est eterni et immutabilis, ut expositum est supra 4o. Per quod notatur potentia punitionis, quia potest punire per omne tempus, quia immutabilis. In hoc notatur quod vindicta non est transiens sed perpetua. [illegible] Deus quoque dicitur zelans, iratus, penitens, misericors et prescius, ad [illegible] zelus, ira, pena, misericordia, prescientia possit esse in eo. Hec enim omnia absque [illegible] in illis qualitatibus [illegible] sunt. Deus ad nostre infirmitatis verba descendit, ut quasi quibusdam nobis gradibus factis et notis nobis positis per ea que nobis vicina conspicimus ad summa eius ascendere quoque valeamus. Zelans enim dicitur quia cum irata mente castitatem custodit uxoris. Iratus dicitur quia furore animi contra puniendum vicium accenditur. Penitens dicitur quia id quod fecit displicet et conversus mutando aliquid aliud facit. Misericors dicitur quia pietate ad proximum movetur. Misericordia autem a misero corde vocata est, eo quod unusquisque intuetur quempiam miserorum atque ei compatiens, dum dolor animum tangit, ipse cor miserum facit ut eum a miseria liberet cum intendit. Prescius dicitur quia unamquamque rem antequam veniat videt et id quod futurum est prius quam presens est previdet. Deus ergo quomodo zelans est, qui in custodia castitatis nullo mentis cruciatu tangitur? Quomodo irascitur, qui in ulciscendis vicijs nulla perturbatione animi commovetur? Quomodo est penitens, qui id quod semel fecit nequaquam se fecisse dolet? Quomodo hic misericors, qui cor miserum non habet? Quomodo prescius est, dum nulla nisi que futura sunt presciantur? Et scimus quia Deo futurum nichil est, cuius numquam oculos preterita ulla sunt, preterita non transeunt, futura non veniunt. Quippe quia omne quod nobis fuit et erit in eius conspectu presto est, et omne quod presens est sicut potius quam prescitur. Et tamen dicitur zelans, Deus iratus, penitens, misericors et prescius. Ut quia castitatem anime uniuscuiusque custodit, humano modo zelans vocatur, quamvis mentis cruciatu non tangitur. Et quia culpas punit, dicitur irasci, quamvis nulla animi perturbatione moveatur. Et quia ipse immutabilis id quod voluit mutat, penitere dicitur, quamvis rem mutet, consilium non mutet. Et cum miserie nostre subvenit, misericors vocatur, quamvis miseris subveniat et cor miserum numquam habeat. Et quia ea que nobis futura sunt videt, quamvis ipsi presto sunt, prescius dicitur, quamvis nequaquam futurum previdet quod presens videt. Nam et quecumque sunt non in eius eternitate ideo videntur quia sunt, sed ideo sunt quia videntur. Dum ergo ad verba mutabilitatis nostre descendit, operis quibusdam gradibus factis ascendat quantum potest ad incommutabilitatem Dei, ut videat sine zelo zelantem, sine ira irascentem, sine dolore et pena penitentem, sine miseria miserentem et sine previsionibus prescientem. Et sequitur ultra post capitulo, scilicet operatio et obstinatio reproborum, que patet in hoc [illegible] quia sancti et electi erunt apta divina iudicia que timebunt, et sacre scripture secreta que credent, et eorum misteria que revelabuntur. Reprobis autem erunt omnia clausa propter nequitiam et infidelitatem eorum, quia nunquam eis revelabuntur. Unde dicit: Et impletum est templum, id est ecclesia vel scriptura, fumo, id est obscuritate et ignorantia, scilicet quantum ad reprobos, ne possint videre et intelligere misteria ecclesie, sacre scripture et iudicia Dei, nec recipere predicationes divinas vel cor eorum convertere. Ysaie 6: Excecata cor populi huius. Et [illegible] 29: Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati. Johannis 3o: Testimonium eius nemo accipit, scilicet infidelium, que tamen bonis et iustis erunt apta, quod fiet virtute divina sic [illegible] sua voluntate et iustitia faciente. Unde sequitur: A maiestate Dei et de virtute eius, hec iuste et misericorditer disponente. Ita quod hic et capitulo 4o ponitur per idem. Vel maiestas Dei refertur ad revelationem que fit bonis, virtus ad clausionem que fit malis. Unde dicitur Ysaie 22: Dabo clavem domus David, et aperiet, scilicet quo ad bonos, et claudet, scilicet quo ad malos. Et hoc est quod dicitur supra 3o: Hec dicit qui habet clavem David, qui claudit et nemo aperit etc. Et nemo, scilicet de numero reproborum, poterat intrare in templum, id est in ecclesiam per fidei susceptionem, vel in sacram scripturam per veram intelligentiam misteriorum eius. Nec mirum: excecavit enim eos malicia eorum, ut dicitur Sapientie 2o. Donec consummarentur septem plage septem angelorum, id est donec omnes eorum pro tunc, vel id est donec implerentur omnes minationes predicatorum de malis puniendis et in infernum detrudendis. Tunc enim experientia penarum faciet eos intelligere quod modo contempnunt audire, quia, sicut dicit Gregorius in omelia de divite epulone, pena oculos aperit quos culpa vel prosperitas claudit. Unde tunc penas agentes et per angustiam spiritus gementes dicent illud Sapientie 5to: Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam; erravimus a via veritatis, et lumen iustitie non luxit nobis, et sol intelligentie non est ortus nobis etc. Quid nobis profuit superbia, aut divitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam umbra etc. Hec est confessio reproborum in inferno, sed nimis sera et infructuosa, quia, ut dicitur Ecclesiastici 17: A mortuo quasi nichil perit confessio. Propter quod Sapiens consulit ibidem: Convertere ad Dominum et relinque peccata, precare ante faciem Dei et minue offendicula. Revertere ad Dominum et avertere ab iniustitia tua, et nimis odito execrationem, et cognosce iustitias et iudicia Dei, et sta in sorte propositi et orationis altissimi Dei. In partes vade seculi sancti cum vivis et dantibus confessionem Deo. Non demoreris in errore impiorum; ante mortem confitere. Confiteberis vivens, vivus et sanus confiteberis, et laudabis Deum et gloriaberis in miserationibus eius. Vel nemo, scilicet malorum, poterat nec poterit intrare in templum, scilicet celestis glorie, donec consummarentur septem plage septem angelorum, id est donec mali erunt perfecte puniti, sicut perducunt septem angeli, id est prelati universi. Sed nec post poterunt intrare, donec enim hic ponitur inclusive, scilicet in perpetuum. Sic Iob [illegible]: donec impleatur os tuum risu etc. Et Mathei 1: Non cognovit Ioseph Mariam donec peperit filium suum primogenitum, id est nunquam, nec ante nec post. Sic et dicitur de Heli primi Regum 3 quod non poterat videre lucernam Domini donec extingueretur. Alio sensu hec [illegible] per templum figurantur insinuata corda simplicium [illegible] de iudiciis Dei, quibus videtur iniustum quod Deus omnipotens reprobos in hac vita permittit regnare et omni honore et divitiis et sanitate corporis vigere, econtra sanctos suos patitur puniri, cruciari, lapidari, ustulari et per varia tormenta patenter vitam finire, neque unquam sunt in sua vita quietam habere. Sicut verbi gratia Nero impiissimus imperator, qui et matrem suam occidit et uxorem et alia innumerabilia mala perpetravit, imperabat toti orbi; Petrus vero princeps omnium apostolorum ab eo tentus est et crucifixus, et Paulus magister omnium gentium, qui plus omnibus laboravit

est etiam ab eo decollatus per fumum vero fiunt caecitas ignorantiae quo replentur talium corda qui nesciunt considerare quod deus illis ut filiis
liberalitate est daturus ideo quod permittit eos affligi ad tempus ut prius modo tunc illo latentur in tempore in quo per aut peccata mei pene
moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei quia zelavi super iniquos pacem peccatorum videns Et Abacuk primo Quare respicis peccatores   *contemptores*
et taces conculcante impio iustiorem se. Sed ut dicit lira hic fit a maiestate et virtute nam secundum Haymonem multum est magna virtus dei quod sustinet
per longum malum ut sit imperator et dominus totius orbis et ut eius electi mala patiantur ab illo. Sapientia enim dei est omnia ordinare ad bonum
et bene uti malis reproborum sicut nequitia eorum est male uti bonis operibus dei ut ait Augustinus epistola 21. Et nemo secundum talium inferiorum
poterat intrare in templum id est perscrutari subtilitatem divinorum iudiciorum donec consumarentur septem plagae septem angelorum id est donec omnis
ecclesiae praedicatio finiretur aut Haymo. Cum autem consumatae fuerint septem plagae septem angelorum id est tunc accepit omnis ecclesiae praedicatio et venit
Christus ad iudicium ut reddat unicuique iuxta opera sua tunc manifestabuntur ista omnipotentis dei iudicia quae nunc sunt occulta cum et reprobi
qui hic honore et dignitatibus pollent ducentur ad supplicium et iusti autem qui in hoc seculo tormenta sustinuerunt atque supplicia ab illis illata
fuissent ad regnum sempiternum Et per talium namque personam peccata et [illegible] ut cognoscerem secundum subtilitatem iudiciorum divinorum sed hic
labor est ante me donec intrem in sanctuarium dei et intelligam in novissimis eorum. Vidit vos qui habent phialas aureas intrant in templum
dei quando considerant et perspiciunt iudicia dei omnipotentis et cognoscunt cuncta iusta esse [illegible] et sciunt istorum tormenta quae in praesenti [illegible]
et divitias tenent et illorum praemia qui hic tribulantur et divitias aliorum sustinent Et ideo hoc quod dicitur nemo poterat intrare in templum referendum
est ad eos qui dei omnipotentis iudicia reprehendere conantur. Dicitur est et secundum peccata non est qui faciat bonum non est usque ad unum Et illud
Johannes 3o de Christo loquitur testimonium eius nemo accipit et subdit Qui autem accepit eius testimonium signavit quia deus verax est quia videlicet sunt nonnulli
qui nec testimonium eius recipit sed sunt miseri in dei Et item sunt nonnulli qui accipiunt testimonium eius et sciunt quia deus verax est Sic ergo in hoc
loco intelligendum est secundum Haymonem quod dicitur nemo poterat intrare in templum nemo scilicet eorum qui divina iudicia reprehendere conantur et contra ea murmurant
Vel aliter secundum Haymonem et Bedam et alios expositores per templum possunt figurari corda electorum per fumum vero compunctio cordium vel confessio peccatorum
cum videlicet compunguntur corda et plorant peccatorum ex intimis usque ad effusionem lacrimarum Impletur ergo templum fumo quando corda contrita sacri
[illegible] implent prius lamento Ubi [illegible] Audit peccator ad loquentem plorem et dicentem quod apostolus dicit neque adulteri neque fornicatores
neque [illegible] regnum dei possidebunt Dum hoc audit et considerat quae tormenta gehenna sibi imminent compunctus corde effundit fumum
id est compunctionem cordis dum lacrimis constituit peccatum suum Sic enim fumus procedit incendium sic flammam caritatis procedit confessio peccatorum quia videlicet ex
confessione peccatorum et compunctione cordis nascitur ignis caritatis prius enim hoc confitetur peccatum suum postea incipit ulterius diligere deum et proximum
Et hoc fit a maiestate et virtute dei quia videlicet deus sua virtute et maiestate illuminat cor illius ut agat paenitentiam qui in cordibus hominum
gignit confessionem peccatorum Unde psalmista canit Deus Confessio et magnificentia in conspectu eius Et alibi Qui tangit montes et fumigant id est mentes hominum
elatorum et superborum respectu sue misericordie compungit et lamenta fletus quod prius protulerunt sicut respexit petrus et egressus flevit amare. Luc. 22
Et quamvis ita sit nemo tamen potest intrare in templum id est nemo potest esse securus de sua conscientia utrum scilicet indulgentiam et remissionem
peccatorum suorum sit consecutus ignorat enim utrum odio vel amore dignus sit Ecclesiastes 9. donec finiantur septem plagae septem angelorum
id est donec omnis praedicatio sanctae ecclesiae tempus ad finem accipiat quod tunc fiet cum venerit Christus reddere unicuique homini secundum opera sua. Ecce dictum
quod fumus aliquando accipitur in malo scilicet pro caligine ignorantiae vel caecitate Ysaiae 6. Impleta est domus fumo et [illegible] ab aquilone   *ffumus*
fumus veniet Item fumus dicitur diabolica temptatio Job [illegible] de naribus eius procedit fumus Item fumus aliquando dicitur concupiscentia [illegible] caliginis
[illegible] illuminans [illegible] Sic acetum dentibus et fumus oculis sic piger his qui miserunt eum Item fumus dicitur etiam damnatorum supplicium [illegible]
fumus tortorum eorum in secula seculorum Item dicitur fumus in bono secundum cordis compunctio vel peccatorum lamentabilis confessio ut dictum est supra Item fumus
dicitur fidei [illegible] illuminatorum [illegible] fumus eius coperuit omne genus demoniorum Item dicitur fumus fervor elevate orationis super [illegible]
ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum coram deo Canticum 3 Que est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi de hoc fumo [illegible] super Ezechiele
omnem [illegible] multum Item dicitur fumus signum divine condescensionis sicut 3 Regum 8 dicitur quod nebula implevit domum domini ad designandum presentiam dei
acceptantis devotionem Salomonis et populi. Sic in proposito secundum Nicolaum lirani deus premendo reprobos condescendit electis Et quod dicitur Et nemo
poterat intrare in templum secundum eundem illud et quod dicitur 3 Regum 8 et non poterant sacerdotes stare quia scilicet repleverunt propter reverentiam
presentiae dei per hoc ergo quod dicitur Et nemo poterat intrare in templum etc designatur secundum eum quod institutionem ecclesiae reverenter [illegible] debebat [illegible] ad
deum ut implerentur plagae super inimicos ecclesiae ut sic liberi possent ecclesiastici ad celebrandum officium divinum sublato impedimento infidelium.

Et audivi vocem magnam de templo dicentem septem angelis Ite et effundite septem phialas irae dei in terram   *Cap. xvi*

Et abiit primus et effudit phialam suam in terram Et factum est vulnus saevum ac pessimum in homines qui habent caracterem
bestiae et eos qui adoraverunt ymaginem eius | Capitulum xvi Et est sexta pars prologi quinte visionis in qua describitur visio septem vel dispositio angelorum habentium plagas sive phialas septem hic debat de effusione vel inflictione
[illegible] id est dominatur [illegible] reproborum per praedicationem [illegible] tempore antiquo Et intelliguntur septem angeli per quos septem ordines [illegible] in septem
statibus ecclesiae designantur Et septem phialae per quas intelliguntur qualiter [illegible] [illegible] seu [illegible] penarum Et septem loca per que
[illegible] reproborum fiat et hoc secundum distinctionem septem capitalium viciorum Et septem effusiones in quibus designatur [illegible] reproborum [illegible]
Et dividitur istud capitulum in duas partes in prima ponitur de ipsa effusione vel inflictione [illegible] [illegible] 24. Excepti [illegible] ibi Et abiit primus etc
Circa primum dicit Et audivi secundum auditum interiorem de quo dicit propheta audiam quid loquatur in me dominus deus vocem id est divinam inspirationem vel angelicam
admonitionem magnam id est magna praecipientem de templo id est de occulto misterio vel id est [illegible] dicentem septem angelis id est universis ecclesiae praedicatoribus
Unde Haymo vox ista vox est omnipotentis dei Que recte magna dicitur quia magna praecipit Templum autem est ecclesia sancta. Porro septem angeli sunt praedicatores universi   *de quo dicitur [illegible] de praedicatoribus [illegible]*
de templo fit magna vox ad angelos quia de ecclesia loquitur Christus praedicatoribus hic etc qui dicuntur septem quia debent habere septem dona spiritus sancti et
septem virtutes tres theologicales et quatuor cardinales Item septem peccatorum mortalium notitiam ad eorum detestationem Item septem sacramenta quo ad
eorum dispensationem Item septem [illegible] [illegible] augmentationem de quibus Job 5 In sex tribulationibus liberabit te et in septima non tanget te malum
Et significatur per septem mulieres de quibus dicitur Ysa. 4o Apprehendent septem mulieres virum unum id est septem [illegible] [illegible] [illegible]
Dicuntur autem praedicatores angeli [illegible] [illegible] testimonium cordis et corporis Unde in veteri lege sacerdotes cingebantur balteo circa pectus et femo
ralibus circa renes ut habetur Exodi 28. Sic et sacerdotes circa [illegible] in ministerio sacri altaris duobus cingulis praecinguntur Uno qui ab humerali
descendens per collum in pectore cancellatur et per humeros ducitur postea circa pectus rotunditur ut ibi ligetur per quod ostenditur [illegible] cordis
Per humerale namque fiunt fides que sub velamine videtur sicut dicitur 1 Cor. 13 videmus nunc per speculum in enigmate. Per ligaturas vero descendentes
ab humerali fiunt due partes fidei quia de duobus principaliter est fides scilicet de divinitate et humanitate Christi. Unde cum sacerdos induit humerale fiat
sicut habere sinceram et firmam fidem de divinitate et humanitate in corde et ore per confessionem quod fiat in hoc quod ligature per collum ducuntur et
super pectus ad invicem coniunguntur quod autem ille ligature per humeros ducuntur designatur quod debent ostendere fidem et operibus Et quod ligature
ducuntur ad umbilicum et ibi colliguntur fiat quod fides in eis operatur castitatem cordis Unde [illegible] fides [illegible] [illegible] [illegible]

Alio vero cingulo precingitur circa renes vel super renes quo alba perstringitur ne defluat in terram per quod figuratur castitas corporis qua frenatur incontinentia sicut dicitur ibidem sicut Ysaie xi Erit iustitia cingulum lumborum eius. Tunc quando iusti quasi fiunt ne alba id est continentia defluat super terram id est ne pulverem terrene glorie vel avaricie in se colligat. Secundo predicatores dicuntur angeli propter officium contemplationis et administrationis quod sicut habent/ita semper in contemplatione videt deum velle sicut operantur in administratione. Daniel vii Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei. Matthei 18 Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est. Ubi Glossa dicit quod angeli quocumque vadant numquam a dei contemplatione recedunt. Sic predicatores debent divina voluntate inspicere contemplando ut postea doceant predicando. Quemadmodum monstratum est Exodi 25 Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Unde antiqui sacerdotes legales induebant tunicam iacinctinam que colore celeste habet. Et eorum sacerdotes induuntur casula que est ex omni parte rotunda et in medio modicam habet aperturam per quam caput velatum generali est dicitur. Unde significat eorum contemplationem que fidei firmitate regitur. Tertio pastores dicuntur angeli propter custodiam hominum commissorum. Psalmus Angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. Sic pastores debent esse solliciti in custodia gregis divina eis commissi. Canticorum 3o En lectulum Salomonis lx fortes ambiunt ex fortissimis Israel omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Ysaie 62 Super muros tuos Ierusalem constitui custodes tota die et tota nocte. Propter quod beatus Bernardus in sermone de adventu domini de se faciens exclamat sic inquiens Quid ego infelix quo me vertam si tantum thesaurum si margaritas vel commissas si precioso illud depositum quod Christus sanguine suo proprio carius iudicat contingit negligentius custodire. Si stillantem in cruce domini sanguinem collegissem essetque repositum coram me in vase vitreo quod et portare sepius oporteret quem animum haberem essem in discrimine tanto. Et certe illud servandum recepi pro quo mercator non imprudens ipsa utique mercator sapientia sanguinem suum dedit. Ita ecce tu securus ero si debitam exhibebo custodiam et disciplinam. Actuum xx Attendite vobis et universo gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei quam acquisivit sanguine suo. Quarto pastores dicuntur angeli propter officium missionis. Angelus enim nomen est officii non nature et in persona ut mittuntur sive missi. Unde psalmus Qui facit angelos suos spiritus id est qui eos qui per se sunt spiritus facit angelos quod dicitur Hebreorum primo Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Et de predicatoribus dicitur Malachie 2o Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem ex ore eius requirent quia angelus domini exercituum est. Et Romanorum x Quomodo predicabunt nisi mittantur. Propter quod in libro dicitur septem angelis id est universis predicatoribus. Item quod non vos ad predicandum ingeritis nisi missi. Item non tamen pedibus corporis quam mentis qui sunt intellectus et affectus de quibus Canticorum 4o Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis id est in sanctorum exemplis et scripturarum testimoniis filia principis id est anima fidelis. Et Ysaie 52 Quam pulchri super montes pedes annunciantis et predicantis pacem annunciantis bonum predicantis salutem. Et effundite septem phialas ire dei id est aperte denunciate. Quas predicatores comminantes iram dei in terram id est super omnes terrenos. Unde Beda Data est potestas omnem iudicium irrogare dampnandi et absolvendi quosque. Et est notandum quod primo dicit Ite deinde effundite. Debent enim predicatores ire viam veterem deserendo se a mundanis elevando de virtute in virtutem proficiendo celestia desiderando. Job 38 Numquid mittes fulgura et ibunt et revertentia dicent tibi Assumus. Super quo Gregorius 30 moralium dicit Fulgura ex nubibus exeunt sic mira opera ex sanctis predicatoribus ostenduntur qui recto nubes vocari solet quia verbis pluunt et miraculis choruscant. Vadunt ergo fulgura cum predicatores sancti miraculis choruscant et superna reverentia auditorum corda transfigunt. Revertentia vero dicunt assumus cum non sibi sed deo viribus tribuunt quicquid se fortiter egisse cognoscunt. Psalmus Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. Iohannis 15 Posui vos ut eatis et fructum afferatis. Actuum v Ibant apostoli gaudentes. Ysaie 18 Ite angeli veloces. Et sic euntes debent effundere phialas ire dei id est aperte denunciare pravorum corda timore concucientes de iusticia dei terrentes gehennalia supplicia comminantes hominibus terrenis id est terrena amantibus. Sic fraenabat Salvator Matthei 23 Ve vobis scribe et pharisei ypocrite. Ysaie 3o Ve impio in malum. Contra de adulatoribus dicitur Ysaie ix Et erunt qui beatificant populum istum seducentes et qui beatificantur precipitati. Pro quibus dictis patet quod predicatores et prelati qui sacre meditationis studio vacant velut in templo sedentes de veritatis pabulo quod intus dulcedine inveniunt subditos pascere debent de quorum ore verbum dei tanto dulcius auditur quanto eorum cor a sermonum gratia non videtur quia de ipsa vita sumunt quod per linguam proprio proferunt. Unde Gregorius omelia x super Ezechielem Qui vitam suam intus pensat et ex eo suo foris ammonendo alios edificat quasi in corde lingue calamum intinguit in eo quod manu verbi proximus exterius scribit. Hinc propter hoc in officio prelatorum notum est verbum predicatorum. Deuteronomii vi Erunt verba hec in corde tuo et narrabis ea filiis tuis. Hoc est enim verbum multum afferens fructum si tamen habeat modum debitum et sit iustitie contentum. De fructu verbi dicitur Proverbiorum 2 Si susceperis verba mea ut multiplicentur tibi anni vite tue. De modo debito dicitur Proverbiorum 16 Favus mellis verba composita. De iustitia dicitur Ecclesiastici 18 Sensati in verbis et ipsi sapienter egerunt et ipsi intellexerunt veritatem et iustitiam. Et Ysaie 45 Egredietur de ore meo verbum iustitie. Est autem fructus verbi quadruplex. Curat enim infirmitatem conservat sanitatem edificat caritatem et delectat ad suavitatem. Curat inquam infirmitatem. Quarti Regum 2o Sanate sunt aque iuxta verbum Helisei. Aque multe populi multi ut dicitur in Apocalypsi xvii quos sanat verbum dei ab infirmitate peccati quia ut dicitur in psalmo Misit verbum suum et sanavit eos et eripuit eos de interitionibus eorum. Sicut enim corpus subiacet infirmitatibus sic anima pluribus peccatis afficitur unde et corrumpitur celerius et sanatur difficilius. Sicut autem medici qui corpora curant medicaminum varietates et adiutoria diversa ponunt et aliud ex solo beneficio aeris naturalis aut ex beneficio sompni consequitur eger sanitatem sine labore medici. Ita secundum diversitatem infirmitatum spiritualium quaerenda est verborum diversitas et sermonum. Sed mirabile est dictu quam in remediis animarum solum verbum est medicina non aliud tamen non ferrum vel cauterium non sompnus vel aeris moderata temperies vel alia medicina nam per verbum et iacentem animam suscitamus et tumentem comprimimus et superflua resecamus et que videntur deesse supplemus. Matthei 8 Tantum dic verbo et sanabitur puer meus id est spiritus infirmatus. Neque enim herba neque malagma sanavit eos sed sermo tuus domine qui sanat omnia. Sapientie 16. Nam secundum Basilium sermo dei de superbis facit humiles de crudelibus pios iracundos reducit in mansuetudinem. Ociose lingue frenum et loquendi terminus adhibet. Rigidam nitide rusticitatis fraenat ut leves quosque ad gravitatem reducat ut ociose scurrilitatibus pareat ut magniloqui dissoluta flexus absurda se restringat ut vagos quoscumque catherva ypocrisi colligat ut indisciplinati moribus a sua se pravitate compescat. Est enim speculum anime ubi mens humana perspiciat intuens quod minus est impleat quod superfluum respuat quod oblicum dirigat quod rectum est custodiat et quod deforme deponat. Secundo verbum predicatoris conservat sanitatem. Deuteronomii 8 et Matthei 4 Non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Sicut enim pane naturali non conservatur corpus in sua sanitate/nec sine verbo predicationis anima. Sicut enim cernimus athletas videmus quod utuntur cibis congruentibus ut consueverunt in suis viribus ne per occasionem modice negligentie destituantur in eas vires corporee. Quod debet facere nisi pane verbi imponere qui corpus habent cuius custodie propter quod dicitur Actuum 19 Verbum dei fortiter crescebat et eorum confortabat. Tertio verbum predicatoris edificat caritatem. Iohannis 2o Qui servat verbum eius vere in eo caritas dei perfecta est. Propter hoc in fervore spiritus predicator et caritas in auditoribus roboratur. Ecclesiastici 48 Surrexit Helias propheta quasi ignis et verbum eius quasi facula ardebat. Hoc est ignis peccata consumens. Anima non affligens ardens suaviter desolans feliciter. Est enim carbo desolatorius ut dicatur quod verbum igitur inflamat concaluit cor meum intra me et in meditatione mea exardescit ignis. Hoc igne consumpta omni labe peccati et rubigine viciorum emundata et gloria senata sentitur subita quedam et insolita latitudo mentis et infusio luminis quod illuminat intellectum. Sicut calor in flamat affectum. Sed stante pariete ruinoso corporis radius iste claritatis non se infundit per aperta hostia sed per angusta foramina quia videmus nunc per speculum in enigmate contrariumque secundum modum vite perfectionis pietate. Quarto verbum predicatoris delectat

ad sanitatem. Eccli. 18 Nonne ardorem refrigerabit ros, sic verbum melius quam datum. Ros enim tempus reducit temperiem et in hora meridiana
tollit ardorem. Sic verbum predicacionis in animam inducit leticiam et consolacionem, temperans omnem inordinatam affectionem. Jer. 15 factum est
mihi verbum tuum in gaudium et consolacionem cordis mei. Hac enim indiget anima viatoris consolacione, quamdiu degit in hujus exilii peregrinacione;
sicut id Psalmista: cantabiles erant mihi justificaciones tue in loco peregrinacionis mee. Hiis enim tabescit rectum, sicut vino inebriatum, ut recordetur
oblivisciturque. Jer. 23 factus sum quasi vir ebrius et homo madidus a vino, a facie domini et a facie sermonum eorum. Sic ergo patet de fructu quem
quem affert verbum predicacionis, si tamen ut dictum est habeat modum debitum et sit mistice contentum, nam verbum doctrine debet habere modum debitum
non excessivum, prout dicit apostolus 1 ad Cor. 14. volo in ecclesia quinque verba loqui etc. precipue debet predicator quid, quo, cui, qualiter et quomodo loquatur.
Si enim unum horum defuerit, locucio apta non erit, ut dicit Beda super omne ... Consideret ergo quid loquatur, ut verbum veritatis
se sale gracie condiatur. Luc. 4 mirabantur de verbis gracie que procedebant de ore ejus. Verba gracie dicit, non superbie vel stulticie. Job 32 verba
illius non sonant disciplinam. Eccli. 32 Age correpciones tuas non in delictis neque in verbo superbo. Consideret etiam cui loquatur, quia sepe verbum
increpacionis una persona recipit, alia non admittit. Nam et verbum ... stulticia est ... qui salus fuit in nobis, virtus dei est 1 Cor. 1
Unde et verbum domini quidam utiliter suscipiunt, et quidam inutiliter proferunt. Prov. 25 Gloria dei celare verbum et gloria regum est investigare sermonem; sic enim e
contrario receptaculum verbum dei, quia ut dicit Eccli. 19 Sagitta infixa in femore canis, verbum in corde stulti. Consideret etiam quando loquatur, quia
sepe increpacio differtur, que post modum benigne suscipitur. Prov. 25 Mala aurea in lectis argenteis qui profert verbum in tempore suo. Sic enim fructus
ante tempus colligitur et perditur, sic verbo prolato non in tempore suo efficacia perditur vel non sentitur. Unde apostolus ... instruens de verbo predicacionis
2 Tim. 4 ... predica verbum, subiungit insta oportune importune; dicturus importune premisit oportune, quia verbum apud audientem sua
utilitate se destituit, si habere importunitas oportunitatem nesciat. Consideret et qualiter loquatur, quia sepe verba que unum ad similitudinem revocant
aliud volvant. Propter hoc dicit Eccli. 28 Aurum tuum et argentum tuum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos, et attende
ne forte labaris in lingua, et cadas in conspectu inimicorum insidiancium tibi. Trutinanda sunt enim verba et ponderanda, et pro racione moderanda, que
appenduntur in statera. Verba enim sapientum statera ponderabuntur, ut ordinate omnia proferantur. Unde et Gregorius: sint leniter arguendi, ne si
asperius increpentur vel in desperacionem cadant vel forte frangantur. Impudentes autem apte dicunt et graviter increpari, quia si leniter arguentur
ad maiores culpas ex ipsa lenitate provocantur. Culpas enim suas non cognoscunt nisi per increpacionem, et eo si leves increpaciones fuerint
putant culpas leviores. Consideret insuper quantum loquatur, nam ut dicit Prov. 14 ubi verba plurima, ibi frequenter egestas. Sicut in arbore
parum est fructus ubi est foliorum ubertas. Eis enim qui multa ferre non possunt, quamlonge verbum protrahimus, in eis fastidium generamus. Unde
pauca verba sunt infirmis, magis quam audiat et retineat, et eorum corda dolore pungat. Quia enim multa retinere non possunt,
non omnia simul amittunt et implentur. Jo. 6 Intulerunt ... aures eorum et audire non possunt. et factum est illis verbum domini in opprobrium, quia
ut dicit Job 16 verba dilatant ultra finem debitum. Sit denique verbum predicacionis mistice contentum vel expressum, ut audiat virtutes et vicia,
gloriam et penam cum brevitate sermonis. De virtutibus continetur Act. 26 dixit Paulus: Non insanio, optime Feste, sed veritatis et sobrietatis verba
loquor. Tunc enim loquebatur de passione Christi, que sola misceada est ... unde producit virtutes ac informaciones. Hoc est verbum quod
dominus confert evangelisantibus virtute multa. Verbum quasi ignis ardens et quasi malleus conterens petras. De viciis Jer. 1 Ecce dedi verba mea
in ore tuo. Ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas sive avaricia ... et destruas sive ... carnalium et dispergas sive
superbia elatorum, et dissipes sive invidia emulorum. Hii sunt enim quatuor reges gencium pugnantes contra quinque regulos Sodomorum, hoc est
quinque sensibus subditorum. De premiis Zacharias audivit ab angelis verba bona et consolatoria. Hebr. 13 ... sufferentes verbum solacii.
Sic enim solacium habet miser cum se de carceris ergastulo audierit liberari; sic electus gaudet immenso gaudio cum audit verba
de premiis que successura sunt eis. De penis 1 Reg. 3 Ecce verbum facio in Israel, quod qui audierit tinnient ambe aures ejus. Quis enim non
stupeat cum de die iudicii et penis reproborum cogitat? De quo Petrus ait: Celi qui nunc sunt et terra eodem verbo repositi sunt igni
reservati ad diem iudicii et perdicionis impiorum hominum. Hoc est verbum asperum: Ite maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus
sive crudelissimis draconibus, qui animas illigabunt ... et revolucionibus inenarrabilibus. Unde recitat Petrus Damianus de quodam comite
qui dampnatus est, quia tenebat possessionem ecclesie. Quibus multa verba. In Theutonicis partibus comes quidam dives ac potens, sed quod in
illo ordine peregrinum est reperire, bone opinionis et innocentis vite, prout humana ... dicitur, ejus estimacione indicium. Ante decennium fere
defunctus est. Post cujus obitum quidam religiosus per spiritum ad inferna descendens prefatum comitem in supremo gradu cujusdam scale positum
videt. Videbat namque quod illa scala inter stridentes et crepitantes ultrices incendiorum flammas videbatur erecta, atque ad suscipiendos
omnes qui ex eodem comitatu in genealogia descendebant constituta. Erat autem tetrum chaos et immane baratrum in profunda dimersum, unde patres et
unde scala predicta surgebat. Hoc genere ordine succedencium ... ut cum quis eorum noviter accederet, primum interim
scale gradum teneret. Is autem qui illic repertus erat et alii quicunque omnes ad proximum gradum in ima descendebant. Cumque alii atque alii
ex eodem genere homines post carnis obitum ad prefatam scalam per tempora intervalla confluerent, et alii protinus recedentes ineffabilis iudicii
virtute ad inferiora migrabant. Planeque dum vir qui hoc contemplabatur, causam tam horrende dampnacionis inquireret et presertim cur
ille comes sui temporis puniretur, qui tam honeste tamque decenter vixisset, audivit quod propter quandam predii possessionem Metensis ecclesie quam
beato Stephano proavus ejus abstulerat, cum ipse iam decimus in hereditate succederat, omnes isti uno eodemque supplicio deputati sunt.
Et sic eos ad peccatum non dispar avaricie culpa coniunxit, ita nichilominus ad perferendas atroces incendiorum penas que supplicium copulavit. Hic
hoc etiam in iniusti possessores adiciat, et subtiliter caveat ne dum se de redditibus ecclesie saciat, voraces post modum flammas
medullis suis depascat. Hec angeli septem id est predicatores viriliter dicunt eis denunciare, sicut quod eis de templo precepit magna voce, cum dicit: Ite
et effundite septem phialas ire dei in terram, id est terrenis et peccatoribus denunciate penas eis debitas secundum numerum et mensuram peccatorum.
Dicitur ibi. Et abiit primus. Posita preparacione de septem phialarum effusione vel inflictione, subdit precepti execucionem. Et subdividitur in septem partes
modo in septem angelorum phialas effundencium super septem genera hominum vel secundum septem genera peccatorum. 2a ibi Et 2us effudit phialam suam in mare.
3a ibi Et 3us effudit phialam suam super flumina et super fontes aquarum. 4ta ibi Et 4tus effudit phialam suam in solem. 5ta ibi Et 5tus effudit
phialam suam super sedem bestie. 6ta ibi Et 6tus effudit phialam suam in flumen illud magnum Eufraten. Septima ibi Et 7us effudit phialam suam in aerem etc.
Adhuc prima in duo. Primo ponitur effusio phiale, secundo ... quod sequebatur ... ibi Et factum est vulnus sevum et pessimum etc.
Dicitur ad primum. Et abiit, id est preceptum obedivit, primus angelus, id est primus ordo predicatorum. Et effudit phialam, id est vindictam dei denunciavit
vel penam futuram quam ... est in terram, id est in eos qui sunt terrena diligentes, ut oportuit est super ... quo ... effunde
phialas, id est dampnaciones super peccatores, cum eorum sit ante indignacionem dei a populo ... Moyses dicit Exodi 32 Aut dimitte eis

hac noxa aut dele me de libro tuo. Unde conquerit Ezech. xiii. non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo israel ut staretis in prelio in domo domini. Et alibi. Quesivi virum qui interponeret sepem et constaret oppositus contra me ne dissiparem eam et non inveni. Et ysaias lxiiii. cum deplorat dicit. Omnes nos cecidimus quasi folium. et iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos. non est qui invocet nomen tuum qui consurgat et teneat te. ne vindictam infligas. Ad hoc potest dici quod phialas effundere potest tripliciter intelligi. Uno modo id est penas impiis ad iram invocare. sic fecit petrus dicens symoni mago. pecunia tua tecum sit in perditione. Alio modo dicuntur effundere penam et vindictam pro peccatis debitam eos denunciare quibus iudicium iam olim non cessat ut dicitur i pet. ii. Tercio modo dicuntur effundere non audientibus vel audire nolentibus inexcusabilitatem manifestare. Iohannis xv. Si non venissem et locutus non fuissem eis peccatum non haberent nunc autem excusacionem non habent de peccato suo. Primus ergo angelus est primus ordo predicatorum. Effusio phiale est predicacio imminentis iracundie dei. Primus autem per terram omnis multitudo reproborum exprimatur. de qua dictum est ad dyabolum in primordio. Terram comedes omnibus diebus. Gen. iii. Terra secundum haymonem et richardum per terram in qua prima effusa est phiala possumus intelligere iudeam que usque in finem immobilis permansit. de hac quippe terra dicitur Iob xxviii. Terra de qua oriebatur panis. in loco suo igne subversa est id est iudei a quibus prodeebat eloquium divinum peccato incredulitatis et igne invidie in loco suo occasi sunt. Unde gregorius xviii moralium. panem dare iudea consueverat que legis verba proferebat. quam videlicet legem quia iam intelligere atque complecti reprobi non poterant. ipsa ieremias in lamentationibus deplorat dicens parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis. Sed hec terra in loco suo igne subversa est quia fidelium signa conspiciens invidie se facibus concremavit. Semina enim invidia que de superbia nasci solet. ubi accessit invidia quod superbia non reliquit. Terra ergo que prius panem habuit. post igne est subversa quia synagoga que mandata dei per legem protulit. nascente eciam persequens igne se consumpsit. Et subdit Cum non invidie facibus ardebat ad redemptorem nostrum signa conspiciens per quosdam suos dicebat. Quid facimus quia hic homo multa signa facit. Vel certe videtis quia nil proficimus. ecce mundus totus post eum abiit. Videbat unde credere debuerant. atque inde peiores fiebant. Querebat extinguere quem videbat mortuos vivificare. Iniore tenebat legem et legis persequebatur auctorem. Terra ergo de qua oriebatur panis. in loco suo igne subversa est. quia iudea in semetipsa et prius habuit legem que reficeret et post invidia que concremaret. Effudit itaque primus angelus phialam suam in terram quia apostoli ad vocem christi ceperunt predicare remissionem peccatorum incipientes ab ierusalem. Nam et ipse christus qui est angelorum princeps in cadis tuis predicavit. Unde quia noluerunt in eum credere dampnati sunt peccato infidelitatis sue. Unde sequitur effusionis phiale specificacio cum dicitur. Et factum est vulnus sevum ac pessimum in homines. Secundum haymonem. hoc vulnus non est corporis sed mentis. Est enim peccatum infidelitatis quo vulnerati sunt iudei nolentes in christum credere. ysaie primo. vulnus et livor et plaga tumens non est circumligata nec curata medicamine neque fota oleo. Iohannis quod eis salvator ait Iohannis xv. Si non venissem etc. ut supra. Et ut dicit haymo hoc vulnus mortuum sunt iudei. hic est vulnus infideles quos gentibus mori videntur. sed incurabiliter et dampnabiliter iudei quam gentiles quia iudei legem habuerunt et dei noticiam acceperunt. christum eciam in carne predicantem audierunt et eius miracula viderunt. Gentiles autem nichil horum habuerunt nisi quod postquam christum per apostolos audierunt contempserunt. Ideo quamvis et isti dampnabuntur sed illi crudelius. hoc enim dicit salvator Iohannis iii. Qui non credit iam iudicatus est. Unde non solum dicitur vulnus sevum factum est aut pessimum. sed hec duo nomina imponit scilicet sevum ac pessimum. ad exaggerandam huius vulneris magnitudinem quia quod mortiferum ac irremediabile. quo solo quilibet vulnerati eciam si cetera desint ad eternam penam inducuntur plectendi. Et convenit per vulnus signatur peccatum. vulnus enim est corporis plaga recens ut ait papias. Et eterna pena inducunt plectendi. Et convenit per vulnus signatur peccatum. vulnus enim est corporis plaga recens ut ait papias. Et secundum ysidorum libro quarto ethimologiarum c. 8. vulnus est quod ferro fit quasi vi illatum. vel fusta seu lapide quia violat. vulnus eciam ipsa putredo. Secundum ysidorum libro decimo ethimologiarum c. 8. vulnus est quod ferro fit quasi vi illatum. vel fusta seu lapide quia violat vulnus est circa ipsa putredo. Eccli. xxi. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Et sequitur dentes leonis dentes illius. Unde Crisostomus super Iohannem omelia 81. Ne despiciant penitentem alium. multa namque suscepit secundum vulnera quatuor dierum volumina corrupistes iniustos pigritiam gonicias (?) mordes. Et sequitur ideo eis frumenta appone id est medicamenta. Et istud vulnus est seminalium corruptionis. quod significatum fuit luc. x. in illo qui incidit in latrones qui despoliaverunt naturalium vulneracione et pessimum spiritualium spoliacione. quod significatum fuit luce x in illo qui incidit in latrones qui despoliaverunt eum et plagis impositis abierunt semivivo relicto. Separatur tamen peccatum infidelitatis iudeorum dicitur sevum vulnus quo ad temporalem punicionem et pessimum quo ad corporalem eternam dampnacionem. quia dampnacio dicitur mala propter penarum acerbitatem. peior propter penarum diuturnitatem. sive per tonos. Et pessimum quo ad corporalem eternam dampnacionem. Vel peccatum iudeorum dicitur vulnus sevum quia ad primum apostolorum spiritualem operatum est et pessimum quia sed pessima propter carorum eternitatem. Vel peccatum iudeorum dicitur vulnus sevum quia ad primum apostolorum spiritualem operatum est. et pessimum quia finaliter recipiet antichristum. Unde ieremie xxx. insanabilis est fractura tua pessima plaga tua. Vel vulnus sevum quia operatum in incredulis christum recipere noluerunt. et pessimum quia corrupti in effectu. sevum quia in primo noluerunt recipere christum et pessimum quia finaliter recipient antichristum. Unde quia secundum haymonem. nomine iudeorum veritate destituti qui pro christo sunt antichristum suscepturi. iuxta illud Iohannis v. Ego veni in nomine patris mei et non suscepistis me. veniet alius in nomine suo illum suscipietis. Ideo bene dicitur homines perversi christi pessime vulnerari qui habent caracterem bestie id est fidem eius et eos qui adoraverunt ymaginem eius id est conformiter errores eius ut expositum est supra xiiii. Et hii sunt iudei qui antichristo consignantur fidei christi contradicendo. Secundum nicolaum. Unde haymo. Caracter bestie fides eius intelligitur. Quem caracterem iudei iam habent credentes in eum et illum expectantes susceptum eum dum venerit tota mentis devocione. tunc quia aperte suscipient quem nunc toto voto tenent. Adorant quoque ymaginem eius id est ipsum antichristum nunc voto et desiderio. tunc autem adorabunt mente et corpore presentem in conspectu illius. Et subdit. Revera enim dignum est. ut qui vitulum saginatum venientem despiciunt edum accipiant. contempnentes vero christum suscipient antichristum. Quapropter specialiter hoc de ipsis intelligendum censuimus hoc et incredulis gentibus generaliter conveniet videatur. Illos enim et imitabiles ipsi iudei in suscepcione antichristi ex incredulis gentibus habebunt sequaces. sicut apostoli in fide christi multos habuerunt imitatores. quia ergo multi de iudeis crediderunt ad predicacionem apostolorum qui non fuerunt participes istius vulneris sevi ac pessimi non specificat in quos ferum fuit vulnus dicens in homines qui habent id est habebant aut habebunt caracterem bestie id est fidem vel similitudinem antichristi in resistendo et expugnando veritatem christi. et in eos qui adorant bestiam et ymaginem eius id est qui se conformant antichristo et precursoribus eius sicut erant antichristi nondum existente cum apostoli predicaverunt in iudea. tunc iudei in persequendo apostolos christi et repugnantes veritati ostendebant se ministros antichristi. Unde apostolus ii thess. ii. Et nunc quid detineat scitis. ut reveletur in suo tempore nam misterium iam operatur iniquitatis. Secundum petrum secundum haymonem quod sic iudei atque gentiles per eo quod eorum predicacionem despiciunt tanquam vulnus admittunt vulnus suscipient antichristum. Hic reprobi intus stantes eciam modo constituti quia christum se nosse asserunt operibus autem negant ut dicitur ad titum i. Dignum est ut imminente persecucione antichristi professionem amittant quam sola gerunt lingua et caracterem bestie habeant in fide. Abnegacionem quam dudum habebant occulte in operibus manifestum. cum hii quod antichristum manifeste sequantur per quem dudum occulte ambulabant. Omnes ergo mali habent illius caracterem in eo quod male vivendo voluntatem eius implent et ymaginem adorant in eo quod imitatoribus eius se conformant. aut nichilominus ambulant cum antichristo sunt. Gregorius. Iob xxviii. quia videlicet omnis iniquus iam eius membrum sit. quem perfecte caput suum male vivendo prevenerit ut dicit Gregorius xxix moralium. Et ibi multa de hoc. Moraliter autem iste septem phialarum effusiones id est contumaciones respiciunt septem mortalia peccata. Et prima contumacio sit gulosis. Et ubi dicitur quia prima temptacio hominis fuit de vicio gule et quia hoc vicium est fomentum aliorum. Nam sed Gregorius xxx moralium in pugna spirituali nisi prius gula frenetur. frustra contra alia vicia laboratur. Et secundum hoc sic dicitur. Et abiit primus angelus et effudit phialam suam in terram id est iram dei predicavit gulosis imminentem. Et comparantur gulosi terre propter sterilitatem et famem continuam quia sicut terra non potest aqua saciari sic nec gulosi deliciis. proverbiorum xxx. Tria sunt insaciabilia terra. Et sequitur. Ob hoc vulnus et terra que non saciatur aqua id est gula voluptate. Unde Iheronimus. Terra quam lustravimus devorat habitatores suos. Et factum est vulnus sevum ac pessimum in homines qui habent caracterem bestie et adoraverunt bestiam et ymaginem eius id est qui vivunt ad similitudinem bestiarum omni hora sine discrecione potacionibus et comessacionibus vacando ventri suo serviendo sicut deo ymo plus quam deo quia plus laborant ut

Hugo de sancto victore libro de claustro anime. Solent divites templa construere altaria erigere ministros ad servicium ordinare ymolare pecudes thura cremari. Sic quidem ventri templum est coquina altare mensa ministri coci ymolate pecudes cocte carnes fumus incensorum odor et sapor. Non audiuntur a gulosis luctus et singultus in oratione sed ructuaciones carnis ingurgitacione. Quod non sit in ierusalem sed in babilone quorum deus venter est et gloria in confusione. Hic de quibus

faciat voluntatem ventris quam dei. De quibus dicitur Ro 16 Christo domino nostro non serviunt sed ventri suo. Phil 3 Multi ambulant quos sepe dicebam vobis et nunc flens dico inimicos crucis Christi quorum deus venter est et gloria in confusione qui terrena sapiunt. De quibus etiam dicitur in epistola Iude: hii sunt in epulis suis macule convivantes sine timore semetipsos pascentes. Et hos sit [illegible] [illegible] ac pessimum quia per vicium gule cumulatur supplicium gehenne. Est autem voluptas diversio communi [illegible] quando diligit vinum et pinguia. Adhuc et cumulat gulosis. Fit autem voluptas quando quis separatur ab eis et quanto plures communi sunt magis concerte tanto carnis diversio [illegible] voluptas [illegible] voluptas vel horrendum est eo auditu si eo separari debent a deliciis quibus per amorem nimium adheserunt sed pessimum voluptas erit in effectu quia non solum deliciis carebunt sed etiam cruciatus perpetuos sustinebunt. Ysa 62 Servi mei comedent et vos esurietis. Committitur autem hoc vicium quinque modis ut dicit glossa super v Gen 27 ubi narratur esau vendidisse primogenita sua. Primo quando quis sine necessitate preveniendo horam comedendi sicut legitur de Ionatha I Reg 14. Hora vero debita comedendi dicitur esse tercia quando non ieiunatur. Ypt Act 2 Non sicut vos estimatis hii ebrii sunt cum sit hora diei tercia quasi diceret non est credibile quod hii biberint et comederint quia nondum transit hora tercia. Cum vero ieiunatur tunc hora debita comedendi dicitur hora nona diei quia tunc transit medietas eius et tunc licet dum [illegible] et abstinuisse [illegible] ille qui isto preveniunt meruit illam maledictionem de qua dicitur Eccl 10 Ve tibi terra cuius rex puer est et cuius principes mane comedunt. Terra caro est, rex racio que debet carnem regere, principes sensus quinque [illegible] mane comedunt cum horam debitam comedendi sine necessitate preveniunt. Econtrario vero qui predictam horam expectat beatitudinem meretur unde dicitur ibidem: Beata terra cuius rex nobilis est et cuius principes vescuntur in tempore suo scilicet ad reficiendum non ad luxuriandum quod addo propter eos qui licet expectent horam tamen postea nimis comedunt. Secundo committitur hoc vicium cum quis nimis delicata affectat comedere vel bibere sicut dives epulo de quo dicitur Luc 16 quod epulabatur quotidie splendide. Et filii israel in deserto estuaverunt desiderio carnium ut habetur Num 11. Contra quos dicit Ieronimus in epistola ad rusticum Servo dei non sit cure quibus cibis stomacum conficiat. Et Seneca palatum tuum fames excitet non sapores. Iohel 1 primo ululate qui bibitis vinum in dulcedine periit ab ore vestro. Tercio committitur gula quando quis nimia quantitate comedit aut bibit sicut sodomite faciebant de quibus dicitur Ezech 16 Hec fuit iniquitas sororis tue sodome superbia saturitas panis habundancia et ocium. Secundum Ieronimum dicitur pluvia que paulatim descendit est optima, subita autem et nimis preceps ymber arva subvertit. Sic et cibi nimietas nocet. Unde dicit dominus Luc 21 attendite ne graventur corda vestra crapula et ebrietate id est nimia cibi et potus replecione. Quartus modus est studiositas laute preparandi sicut modo peccaverunt filii heli primo Reg 2 qui carnes crudas a populo accipiebant ut laucius sibi facerent preparari contra legis institucionem. De talibus dicit Ysidorus Tota die epulas ruminant qui ad complendam gulam vespere delicias preparant. Quintus modus est quando nimis ardenter et avide comedit vel bibit ut esau Gen 27 contra quos dicitur Eccl 38 Noli avidus esse in omni epulacione. Dicit enim Augustinus Melius est vesci piscibus more domini quam lenticula more esau more iumenti. Et Bernardus Ad sanitatem corporis quanto honestius et ordinacius cibus ingeritur tanto facilius et salubrius digeritur. Et hii quinque modi gule tanguntur in hoc versu Prepropere laute nimis ardenter studiose. Et hos etiam quinque modos ponit beatus Gregorius 30 moralium dicens Sciendum quod quinque nobis modis vicium gule temptat. Aliquando namque indigentie tempora prevenit. Aliquando vero tempus non prevenit sed cibos laucciores querit. Aliquando quelibet sumenda sunt preparari accuracius appetit. Aliquando autem et qualitati ciborum et tempori congruit sed in ipsa quantitate sumendi mensuram refectionis excedit. Nonnunquam vero et abiectius est quod desiderat et tamen ipso estu inmensi desiderii deterius peccat. Et post: Mortis quippe sentenciam ex patris ore Ionathas meruit quia in gustu mellis constitutum edendi tempus antecessit. Et ex egipto populus eductus in heremo occubuit quia despecto manna cibos carnium petiit quos lauciores putavit. Et prima filiorum heli culpa suborta est quod ex eorum voto sacerdotis puer non antiquo more coctas vellet de sacrificio carnes accipere sed crudas quereret quas accuracius conficeret. Et cum ad ierusalem dicitur Hec fuit iniquitas sodome sororis tue superbia saturitas panis et habundancia aperte ostenditur quia ideo salutem perdidit quia cum superbie vicio mensuram moderate refectionis excessit. Et primogenitorum gloriam esau amisit quia magno estu desiderii vilem cibum id est lenticulam concupivit quam dum venditis etiam primogenitis pretulit quo in illam appetitu anhelaret indicavit. Neque enim cibus sed appetitus in vicio est. Unde et lauciores cibos plerumque sine culpa sumimus et abiectiores non sine reatu consciencie degustamus. Unde et esau primatum per lenticulam perdidit et helias in heremo virtutem corporis carnes edendo servavit. Propter quod et antiquus hostis quia non cibum sed cibi concupiscenciam esse dampnacionis causam intelligit, et primum hominem non carne sed pomo sibi subdidit, et secundum non carne sed pane temptavit. Hinc est quod plerumque Ade culpa committitur etiam cum abiecta et vilia sumuntur. Et ideo ea itaque sumenda sunt que nature necessitas querit et non que edendi libido suggerit. Et ut dicit ibidem Sic voluptas sub necessitate se palliat ut vix eam perfectus quisque discernat. Nam dum solum debitum necessitas petit voluptas desiderium complere suppetit et tanto gula securius in preceps rapit quanto sub honesto nomine necessitatis complende se contegit. Sepe autem in ipsa edendi via sinctime adiuncta subsequitur. Nonnunquam vero impudenter libata etiam prius conatur. Facile autem est deprehendere cum voluptas eius necessitatem prevenit sed valde difficile est discernere cum in ipso esu necessitati se occulta subiungit. Et ibi multum de hoc. Hec quia permixtum nature appetitum secum quia a tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore quo necessitati debitum solvitur quia in esu voluptas necessitati miscetur quid necessitas petat et quid voluptas suppetat ignoratur. Sepe vero et discernimus quia utraque sibi coniuncta novimus in hoc quod ex metus rapimur libet ut sciendo fallamur. Et dum sibi mens ex necessitate blanditur ex voluptate decipitur. Scriptum quippe est Carnis curam ne feceritis in desideriis. Hoc ergo in desideriis sed prohibetur in necessitate conceditur. Sed sepe dum incaute necessitati descenditur desideriis deservimus. Nonnunquam vero dum desideriis inmoderancius obviare nitimur necessitatis miserias augemus. Sic enim necesse est ut arce quisque continencie teneat quatenus non carnem sed vicia carnis occidat. Nam plerumque dum plus iusto caro restringitur etiam ab exercitacione boni operis enervatur ut ad oracionem vel predicacionem non sufficiat dum incentiva viciorum in se funditus suffocare festinat. Adiutorem quippe homines interioris intencionis hunc hominem que exterius gestamus et ipsi insunt motus lascivie ipsi effectus suppetunt operacionis bone. Sepe vero dum in illo hostem insequimur etiam civem quem diligimus trucidamus et sepe dum quasi civi parcimus ad pulum hostem nutrimus. Cibis namque alimentis vicia superbiunt quibus virtutes nutrite vivunt. Et cum virtus alitur plerumque viciis vires augentur. Cum vero immensa continencia viciorum vires exterminat etiam virtus deficiens anhelat. Unde necesse est ut interior homo in medio quis quasi arbiter presideat inter se et eum quem exterius gestat. Quatenus et hic semper obtemperet et ipse ad debitum iustitiam sine sufficiat et nunquam superbe liberum timore contradicat. Nec moveat siquid suggerendo subministrat dum quod ipse eum supposita calce dominari premat. Hec ibi. Item demum quam vicium gule multa mala facit. Nam luxuriam gignit virtutum merita frangit concinnat animum depauperat omnia pandit. Primo namque luxuriam gignit et nutrit. Iere[mie] 5 Saturavi eos et mechati sunt

ad h[ec] g[re]g[orius] 30 mor[alium] d[icit] Sicud p[er] muros vrbis fines scripture q[ue] sapiunt in[tra] virtutes a[nim]e q[ue] ad paci[s] visionem tendit. Aut q[ue] corpus p[ri]n[ci]p[u]m vel accipit[ur]
cum diligentissima cura a coquentibus desiruntur muros go vrbis princeps coquorum destruit q[uia] virtutes a[nim]e dum non restringit[ur] venter p[er]dit [et]c.

Tercio venter mero estuans desacili spumat in libidine. vicina sunt enim venter et genitalia et p[ro]p[ter] vicinitate[m] membrorum se[ipsa] consectantur
viciorum s[ed] g[re]g[orius] [et]c. Quartum malum est q[uod] virtutum menia i[d est] a[nim]e claustra s[cilicet] virtutes sternit et dissipat vnde re[gum] q[uarto] legitur q[uod] nabu-
zardan princeps coquorum destruxit muros vrbis Jerusalem et nabuzardan p[ro]phanat paleas et h[oc] est venter qui coq[ui]t
est omnium membrorum et tota die ac nocte p[ro]phanat cibos carnales q[ui] cito consumuntur ut palea Quintum malum est q[uod] non solum cor
s[ed] et[iam] corpus inquinat vnde 2 pet[ri] 2[o] de gulosis d[icitu]r hii velut irronalia pecora in conquinacione sua peribunt p[ro]p[ri]e[tat]is coinquinati [et]c.
Et in canonica Jude hii sunt macule conuiuantes non d[icitu]r q[uod] sunt maculati uel lucinosi uel maculosi s[ed] ipse macule q[uia]
se ipsos maculant. Sextum malum est q[uod] non solum inquinat. verum et[iam] occidit animam et corpus s[imu]l. na[m] ad l[ite]ram p[ro]p[ter] gulam multi
mortui sunt infirmitates varias quas et[iam] sepius mors comitatur Eccl[esiastic]i 37 multi p[ro]p[ter] crapulam obierunt qui autem abstinens est
adiiciet vitam Job 1 filiis et filiabus tuis vescentibus et bibentibus repente ventus vehemens irruit a regione deserti et con-
cussit quatuor angulos domus q[ue] corruens oppressit liberos tuos et mortui sunt ps[almus] Adhuc esce erant in ore ipsorum et
ira dei ascendit super eos [et]c. Septimum malum est q[uod] depauperat vnde pro[verbiorum] 21 Qui diligit epulas in egestate erit Octauum
est q[uod] omnia occulta et secreta reuelat p[ro]u[erbiorum] 31 nullum secretum vbi regnat ebrietas. Oracius in epistola quid non ebrietas designat
operta recludit [et]c. Nonum q[uod] et ebrius contorquet vitas. Vnde ci. [et]c. noster rex ebrius insipiens puer-
dicet [et]c. Noe p[er] ebrietatem nudauit femora q[uod] p[er] centum annos p[er] sobrietatem obtexerat Eccl[esiastic]i 31 ignis probat durum
s[ed] sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum. Vnde filie gule sunt Scurrilitas inepta leticia multiloquium hebetudo
mentis inmodestia inhonestas ebrietas crapula insipiencia vaniloquium immoderancia inverecundia. Sciendum tamen q[uod] cum gula sit
inmoderatus appetitus edendi. Hoc p[otes]t esse quatuor modis p[ri]mo s[ed] est ibi solus appetitus cibi. et hoc numquam est peccatum nec et[iam] delectacio
in cibum consequens est peccatum nisi in ordinatur contra defectum s[ed] quia h[oc] enim sunt pure naturalia in quibus non est meritum neque demeritum
Secundo s[ed] appetitum necessitatis adiungitur appetitus delectacionis et voluptatis in cibo. Hoc est veniale peccatum Tercio s[ed] est ibi transgressio
precepti vt cum aliquis sine necessitate soluit ieiunium ecclesie uel cum religiosus comedit carnes cum hoc in ordine suo sit precepto prohibitum
sic est mortale peccatum Quarto s[ed] appetitus comedendi est cum libidine. vt qui nimio et finali affectu inhiat delectacionem cibi et nimis
se ingurgitat hoc et[iam] est peccatum mortale vnde Sanctus thomas d[icit] vicium gule p[ro]p[ri]e consistit in concupiscentia inordinata s[ed] ergo inordinacio
accipitur in gula s[ecundu]m auersionem ab ultimo fine sic erit gula peccatum mortale Quod quando contingit. qui delectacionem gule inhiet tamquam finem
p[ro]p[ter] quem deum contempnit paratus s[cilicet] contra precepta agere ut huiusmodi delectacionem assequatur. Si vero in vicio gule includitur inordinacio concupiscen-
tie s[ecundu]m ea q[ue] sunt ad finem vt puta q[uod] nimis concupiscit delectaciones ciborum. tamen non ita quod p[ro]p[ter] hoc faceret contra legem dei sic est veniale [et]c.

Et secundus effudit fialam suam in mare. et factus est sanguis tamquam mortui et omnis anima viuens mortua est in mari [et]c.
Posita primi angeli comparacione de phiale effusione in terram subdit de 2[o] angelo phialam effundente in mare Et diuiditur in duas partes sic et litera
precedens Nam p[ri]mo ponitur de effusione phiale premisso. Secundo facti quiddam p[ro]secutio ibi Et factus est sanguis [et]c. d[icit] ergo quantum ad p[ri]mum Et s[ecundu]s a[nge]l[us]
i[d est] 2[us] ordo predicatorum effudit phialam i[d est] denunciauit imminentem vindictam siue dampnacionem in mare. Circa quod opponit Ber[nardus] Cum preceptum sunt
istis angelis septem q[uod] effunderent septem phialas ire dei in terram Quid est q[uod] quasi mandatum transgredientes alius effudit phialam suam in terram
alius in mare alius in flumina et fontes aquarum alius in solem alius super sedem bestie alius in flumen magnum eufraten alius in aera Respondetur q[uod] quantum
ad literam puto q[uod] videntur mandatum transgredi s[ed] non faciunt. quantum ad misticum s[ensu]m q[ui]a quod est terra hoc est mare [et]c. i[d est] omne corpus diaboli
cum capite suo Sicut enim xp[istu]s cum corpore suo vnum est quia ipse caput electi membra sic diabolus et omnes iniqui sunt vnum corpus et vnione
malignitatis vniuntur Sic ergo per terram omnes mali generaliter significantur s[ecundu]m 3[o] Terram comedetis omnibus diebus i[d est] peccatores corporalibus sper-
tis indeb[iti] qui dampnati sunt p[ro] peccato infidelitatis. Sic et[iam] p[er] mare et flumina ac fontes aquarum varis s[imi]l[ite]r reprobi significantur magis in speciali
Specialissime tamen p[er] mare significatur instabilitas gencium fluctuans de vicio in vicium Super yh[esus] ve terre et mari i[d est] iudeis et gentibus reprobis qui
dum mare p[ro]p[ter] fluxum multorum peccatorum tumet enim p[er] superbiam spumat et fetet p[er] luxuriam Tirquetur s[cilicet] p[er] gulam et impacienciam et amari-
p[ro]p[ter] iram uel stomacum ysa[ie] 57 a Impii quasi mare feruens quod quiescere non potest et redundant fluctus eius in conculcacionem. Sic ergo p[er] mare significantur spec[ialiter]
gentiles p[ro]p[ter] causas dictas et p[ro]p[ter] furorem impietatis que tunc regnabat in eos qui sunt seda p[er]secucione ecclesie sicut dictum fuit super viii[o]
vbi secundus angelus tuba cecinit et tamquam mons magnus ardens missus est in mare Tunc et[iam] facta est effusio phiale secundi angeli i[d est] comminacio
et denunciacio vindicte dei s[ecundu]m d[icitu]r Circa quod superius actum est de hiis septem angelis p[er] quos ut sepe dictum est significantur septem ordines
predicatorum qui in septem statibus ecclesie et septem p[er]secucionibus eius predicauerunt et consolati sunt eam quare ibi hic repetitur de illis. d[icitu]r
s[ecundu]m glosam q[uod] superius actum est de illis angelis in quantum consolabantur ecclesiam in tribulacionibus que ei inferebantur hic autem agitur de eisdem
in quantum comminantur et denunciant penam eternam inferendam malis quod ibi sit ad consolacionem bonorum Et s[ed] superius ponebatur agendo vbi de
dampnacione malorum hoc fiebat incidenter ad consolacionem sanctorum Sed ergo prius agebatur de penis sanctis illatis a malis hic autem agitur
de penis inferendis malis a sanctis. d[icit] ergo Et secundus an[gelus] i[d est] 2[us] ordo predicatorum s[cilicet] discipuli xp[ist]i compulsi a iudeis. Effudit phialam
suam in mare i[d est] nunciauit diuinam vlcionem venturam super gentiles nolentes suscipere fidem xp[ist]i Et subditur eius quod inde secutum est
p[ro]secucio cum d[icitu]r. Et factus est sanguis i[d est] dampnacio sui. vlcio diuina secuta est in p[ro]m[p]tu ut ait richardus Vel s[ecundu]m glosam s[ed] i[d est] facta
e[st] irreuocabilis vnde glo[sa] sic mortuus non redit ad vitam sic illa sua dampnacio non reuocabitur. Vnde Job xv Non credat frustra
errore deceptus q[uod] aliquo precio redimendus sit Et omnis anima viuens mortua est in mari Exponitur autem p[er] intellectum quia p[ro]uidebit non moratur
nisi viuas ad quod conculcat verba. Omnis viuens mortua est Contra cum anima non moriatur s[ed] eciam videtur q[uod] debuisset dixisse animam viuens
nisi viuas. Ad primum d[icendu]m q[uod] sic loquitur ad denotandum q[uod] anima viuens carnaliter in peccatis uel voluptatibus mortua est morte spirituali. Ad 2[m] y[ter]o
viuens in deliciis mortua est Vide super vi[o] mortua est tercia pars animarum que habebat animas in mari Et ibi dictum est de mari q[uod]
significat cor humanum fluctuosum Job 38 Quis conclusit ostiis mare Super quo g[re]g[orius] 28 mor[alium] d[icit] Quid est mare nisi cor humanum
furore turbidum rixis amarum elacione superbie tumidum fraude malicie obscurum. Erumpebat ergo mare quia de tolua procedens de
minorum sanctarum fluctibus de carnalis cogitacionis iniquitate concepti in statu ecclesie interitum seuiebat. Sed auctore deo ostiis hoc
mare conclusum est. q[ui]a contra tumores p[er]sequencium sancti viri qui quedam ostia oppositi sunt ut eorum miraculis atque reuerencia frangantur
ire p[er]sequencium Nam dum hii fidelibus principibus terrenis p[er] eos statum ecclesie super infidelium culmine erexit ac seuientes maris impetus
erecta eiusdem ecclesie potestate cessarunt. Ad secundum d[icendu]m q[uod] ibi ponitur pars p[ro] toto p[er] synodochen s[cilicet] anima p[ro] animato Et s[ecundu]m hanc q[uod] a toto pars
intelligitur sic et in ps[almo] Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt [et]c. Vnde s[ed] h[oc] est omnis anima i[d est] de omnibus aliqua viuens s[ed] modo uel sua
opinione uel appetitus viuere mortua est s[ed] spiritualiter in mari id est p[ro]p[ter] mare hoc est p[ro]p[ter] amaritudinem p[er]secucionis uel mortua
est in mari i[d est] in amaritudine gentilitatis vnde beda Quam sic viuere iactabat mortis p[ro]bauerunt actori fuisse i[d est] diabolo cuius inuidia
mors intrauit in orbem terrarum Sapiencie primo Specialiter tamen istud potest intelligi de illis qui consenciebant tyrannis in p[er]secucione discipulorum
qui p[ro]p[ter] hoc videbantur viuere quia non p[er]sequebantur discipulos in propriis personis actu cum illis dampnabuntur qui eos p[er]secutores p[er]sequebantur
quia ut d[icitu]r ad ro[manos] p[ri]mo Quamuis talia agunt digni sunt morte non solum qui faciunt s[ed] et[iam] qui consenciunt facientibus Consilium etiam sui[...] po[...]
vm[...] li[...] mor[alium] tercius d[icit] Job vii[o] Nunquid mare sum ego aut cetus quia circumdedisti me carcere. d[icit] Quid appellacione maris nisi car-
nalium corda tumidis cogitacionibus fluctuosa Quid autem ceti nomine nisi antiquus hostis exprimitur qui dum mentes sanctarum pos-
sidendo penetrat quasi in corporibus subita cogitacione natat. Sed cetus ac mare includitur carcere quia uel malignus spiritus uel

[Margin notes:]
s[ed] quia diuersi viri ex et flumina sic diuersis vicis sunt et diuersis necantur
quia illi intrabat sanguine q[uod] effudit uel p[er] peccato quod qui fecit p[er]secucione sanctorum

sequaces illius in quorum se mentibus colligit atque in eis undas tumentium cogitationum volvit ut implere mala que appetunt nequeant
supra eos districtio angustat. Et ideo libro nono super illud Job 9 Graditur dominus super fluctus maris dicit: Quid maris nomine nisi in honorum
corde seniores [illegible] mundi amaritudo designatur. De quo et per prophetam dicitur: Congregans quasi in utre aquas maris. Aquas enim maris quasi in
utre dominus congregat cum miro moderamine cuncta disponens minas carnalium in suis cordibus clausas frenat. Super fluctus ergo maris
dominus graditur quia cum se procelle persecutionis erigunt mirabiliter eius obstupefactione franguntur. Cum enim tumores humane vesanie mi-
tigat quasi veritas in cumulo undas calcat. Nam cum tumores suorum gentilitas destrui nove conversionis predicatione conspiceret cum
huius mundi divites elationi sue contraria facta pauperum viderent cum sapientes seculi adversarii contemptorum verba pensarent in persecutionis
tempestate protinus tumuerunt. Sed qui eorum adversitate commoti ad persecutionis procellas insiliunt signorum admiratione temperantur. Tot ergo
gressus in his fluctibus maris dominus posuit quot miraculorum superbis persecutoribus ostendit. Secundum id per prophetam: Mirabiles elationes maris mirabilis
in altis dominus. Et infra: Cum ergo montes translati fuissent in cor maris id est cum apostoli et alii discipuli [illegible] venissent in medium gentium ut eos per gloriam
gentiles qui turbate sunt aque id est quando populi qui in aquis intelliguntur infra prophetam: Aque multe populi multi conturbati quasi sunt motus in fortitudine eius
gentiles quia sive sapientes mundi et quasi sunt ad arma quibus potuissent eos aperte repellere sed dominus eos protegente sunt persecutores tyrannorum
id est tyrannum ac philosophiae sive sapientes mundi et quasi sunt ad arma quibus potuissent eos aperte repellere sed [illegible]
ac mittere gladios ipsi turbas innumerabiles hominum non solum simplicium sed et sapientium ad fidem [illegible] converterunt. Fides que omnem intellectum humanum
comprehensionem predicabat in qua voluptates cohibebat et omnia que sunt in mundo contempnere docebat. Et talibus omnes mortalium assentire
maximum miraculum est ut dicit beatus Thomas libro primo contra gentiles capitulo 6. Est ergo fides tanta per apostolos et eorum discipulos predicata maioris miraculi
confirmata sit quod de ea dubitare non licet. Nec miracula resumere est necesse. Dicit enim beatus Thomas ubi supra: Mirabilis conversio mundi ad fidem Christi
est certissimum signum precedentium miraculorum. Esset enim omnibus signis mirabilius si ad credendum tam ardua et ad operandum tam difficilia
mundus absque mirabilibus signis inductus fuisset ab hominibus simplicibus et ignobilibus hoc est apostolis quod ut potuisset confirmare ea que predicabant
et que rationem naturalem excedebant dedit eis potestatem opera miraculosa facere que totius nature facultatem excedunt, videlicet in miraculosa languidorum
curatione in mortuorum suscitatione et in celestium corporum mirabili immutatione. Ad 2m articulum dicendum secundum quod ibi ponitur pro toto per synodochen.
Homines autem quia ut dictum est ventri mero estuans de facili spumat in libidinem sive luxuriam. Ideo recte post primum angelum qui predicatur contra gulam quasi per terram [illegible] secundus
[illegible] au[illegible] qui predicat contra luxuriam que maris nomine designatur. Propter eorum amicos maris scilicet fetore fuere amarities et ulcere
Ioel primo dicitur Joelis primo: Computruerunt iumenta in stercore suo. Idem Ieronimus et Gregorius in pluribus locis dicit: Iumenta in stercore putrescere est 24 mor [illegible]
carnales in fetore luxurie finire per sapientiam in ardore facti sunt ut stercus terre. De 2o dicitur Osee 7o: Omnes adulterantes quasi
clibanus succensus a coquente id est dyabolo. Ecclesiastici 9: Speciem aliene mulieris admirati multi reprobi facti sunt. Colloquium enim eius quasi ignis
exardescit. Ideo quasi flammigero igne perurit femina pulchra sentientes. Proverbiorum 6: Numquid potest homo ignem in sinu suo abscondere ut
vestimenta illius non ardeant aut ambulare super prunas ut non comburantur plante eius. Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui non erit mundus cum tetigerit eam. De 3o dicitur Ecclesiastes 7: Inveni amariorem morte mulierem que laqueus venatorum est id est demonum. Proverbiorum 5: Favus distillans labia
meretricis novissima autem illius quasi absinthium. De 4o dicitur Ecclesiastes 7o: Manus eius vincula sunt et cor eius sagena que rapit omnes pis-
ces magnos et parvos. Abacuch primo: Facies sicut pisces maris et quasi non habentes principem totum sicut in hamo levabit traxit eo
in sagena et congregavit in rethe suum. Augustinus: Efficacissimum glutinum ad capiendas animas est mulier. Ideo ubi vir habitat fere
vix tamen non evadit dyabolo. Nam quod illius ab initio aucupatus est multos. Unde de hac materia dicitur Genesis 14o: Convenerunt in valle
silvestri que nunc est mare salis habens puteos multos bituminis. Est autem luxuria secundum Hugonem de sancto Victore nimia concupiscentia
carnalis voluptatis explende vel est inordinata corporis de pruritu libidinis nascens vel est ex immundis desideriis veniens lu-
brica carnis et mentis prostitutio. Vel est inmoderata carnis petulantia dulce venenum importuna lues perniciosa potio que corpus
humanum debilitat et vires animi robur enervat. Unde viriliter resistendum huic vitio quod non mentem tamquam enervat et prosternit
quod ad luxuriam affectum corporis inclinat. Primo nichil ita vastat hominum corda et suo dominio subiciat quemadmodum libido tu[m]
prevalet. Unde dicit Augustinus confessionum: Hominem quam libidini. Quia libido sensus conturbans corda mortalium vastat. Et hec eius fortitudinis
atrocitas declaratur ex duobus. Primo quia voluntas nostra sit adeo libera quod non possit ab aliqua potentia contra suum velle cogi. Tamen fortitudo
libidinis eam ita successive subiugat ut postquam fuit ei per consuetudinem submissa sic eam captivam teneat ut postea fortaliter
ab omni malo vincatur et pereat quasi coacta. Secundo fortitudinis istius atrocitas declaratur quia cum in ceteris dominiis quanto facilius et
melius quis possit fuit tanto minus tractatur et a domino suo remunerat. In ista tamen tirannide qua voluntas compellitur ad pa-
rendum libidini quanto perfectius exequitur eius preceptum tanto severius in fine operis cruciatur. Nam secundum beatum Ieronimum: Cum perfecte
mentem incaserit ullum bonum cogitare permittit. Amor enim carnalis semper est insatiabilis qui extinctus reaccenditur et
post copiam tamen inopiam patitur. Cum quasi virilem effeminat et concepta passione quam sustinet aliud cogitare non sinit.
Omnia bona nature consumit quia naturales vires corporis enervat rationem turbat ingenium hebetat nec rationem parit. Que
impetu ducitur. Tam qui luxuriatur vivens mortuus est et fortes mentes libido domat. Propter quod inferno comparatur quia
cum eo familiarem similitudinem habet. In inferno enim sunt tria scilicet odor fetens flamma urens et vermis conscientie rodens. Sic et
luxuria fetet per infamiam urit per concupiscentiam rodit per conscientiam. Unde secundum beatum Bernardum luxuria est pestis omnium monstro dapnosior
que corpus enervat animam commaculat famam perdit proximum offendit et deum amittit. Unde quidam dicunt: Inquinat irretit
doctrine pabula spernit doctos infatuat homines aliis equat. Est etiam nimis iniquitas quia sicut mundicia cordis ac corporis
efficit membra Christi sic fornicatio et immundicia facit membra meretricis. Unde dicit apostolus: Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi.
Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis. Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici unum corpus efficitur. Qui autem
adheret deo unus spiritus est. Fugite ergo fornicationem. Nam omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est. Qui autem fornicatur in
corpus suum peccat. Ex quibus verbis Ysidorus infert quod fornicatio maius ceteris est quia per carnis immundiciam templum dei vio-
lat et tollens membra Christi facit membra meretricis. Et Innocentius dicit: O extrema libidinis turpitudo que non solum mentem
effeminat sed et corpus enervat non solum maculat animam sed et fedat personam. Semper illam precedunt ardor et petulantia.
Semper comitatur fetor et immundicia. Semper sequuntur dolor et penitentia. Audiens igitur tot periculis huius vicii restat ut ei
in principio viriliter resistatur quia si admittitur et in consuetudinem ducitur etiam in quodam necessitatem perversi convertitur. Unde dicit Augustinus:
Ex voluntate perversa fit libido et dum servitur libidini facta est consuetudo et dum consuetudini non resistitur facta est necessitas.
Et forte ad hoc ostendendum dicitur in libro: Et fetens est sanguis tamquam mortui quia sicut a morte nullus regreditur nisi miraculose
sic nec a peccato luxurie. Ideo secundum prudentiam carnis mors est. Proverbiorum 21: Fovea profunda est meretrix et puteus angustus aliena.
Unde vix potest ab eorum erroris defectu possit qualiter intrare. Unde scilicet ibidem: Cum latro in via insidiabitur et quos viderit
interficiet. Unde dicit in libro: Et omnes vivens sed in illo peccato mortua est. Ecclesiastici 19: Propter speciem mulieris multi perierunt.
Ardet in affectu veniens anxia sordet in actu Inficit et fetet cum patratur opus
Post factum fecisse piget aliquo perit illud Quod libet et nunc quod cruciabit erit

Et hoc potest contingere duobus modis. Aut cum concupiscentia seu motus carnis surgit sine cogitatione preambula sed ex calore complexionis vel esu electuariorum vel potu vini et tales motus dicuntur primo primi, et tamen est peccatum. Aut tales motus surgit ex cogitatione preambula et hoc dupliciter. Aut cito transit et est veniale, aut diu manet et hoc dupliciter. Aut non consentit in opus carnis nec in delectationem sed dolet et pro posse suo renititur sicut si bene pugnat et vincit coronabitur. Vel si aliquid [illegible] egerit veniam petat. Si vero negligenter agit ut sic [illegible] aperiatur periculo mortalis peccati se exponit. [illegible] modus est cum consensus sit in delectationem etc.

Unde malignus spiritus quamvis de omni peccato gaudeat cum nos lapsos in aliqua vicia intelligit, maiore tamen de luxuria letatur. Quia hoc facit validius quod cetera vicia cordis et corporis hominis occupat ac devastat quia numquam quietem mentem patitur affectum, ut dicit Ambrosius. Ideo scias quod contra hunc pestiferum morbum scilicet luxurie vicium tria possunt esse salutaria remedia. Primum est frequens meditatio mortis. Unde [illegible] Memorare novissima tua et in eternum non peccabis. Nichil sic ad edomandum carnalium desideriorum appetitum valet quam ut unusquisque hoc quod vivum diligit quale sit mortuum penset. Considerata etenim corruptione carnali cito cognoscitur quia cum illicite caro concupiscitur tabescens despicitur. Unde bene de luxurioso dicitur Iob xxiiii[o] Dulcedo illius vermis, quia is qui in desiderio carnalis corruptionis estuat ad fetorem putredinis anhelat. Secundum remedium est quod homo fugiat occasiones huius vicii scilicet mulierum et cetera que provocant mentem ad hoc peccatum inclinare. De quibus Vincentius in Speculo historiali ponit ista metra: Ocia, segnicies, sompnus, caro, femina, vinum, prosperitas, ludi, carmina, forma, puer, hec sunt fomites veneris; hec fuge tutus eris. Propter quod Ambrosius exponens verbum apostoli Fugite fornicationem, dicit: Cum aliis viciis potest expectari conflictus, sed hanc fugite ne appropinquetis, quia non potest vinci melius nisi fugiendo. Ad idem Ieronimus: Contra libidinis impetum [illegible] est luxuria quam si quis capit non cito solvitur. In isto bello gravi et periculoso prelio nemo potest vincere nisi fugiat, nec potest fiunt [illegible] nisi carnem abstinentia et ieiuniis domet. Tertium remedium est quod homo primos motus carnales cum titillat in se ipso refrenet antequam mentem pertrahant ad delectationem et consensum peccati, quia sicut bene dicit ardor libidinis sicut per aliquam parvam occasionem concitatur nisi illico respuatur subito totum corpus occupat et estuat urit et incendit. Primo carnem tacta modicum titillat deinde delectatione turpi mentem maculat ad consensum per consensum voluntatis sibi mentem subiugat. Unde filii hominum usquequo gravi corde et pingui corpore utquid diligitis vanitatem et negligitis veritatem. Pinguedo carnis, delicie corporis, saturitas ventris aut ante mortem vos deserunt aut in morte vos illa relinquetis. Hic caro vermibus, illic anima ignibus deputatur donec rursus infelici collegio colligati socientur in penalibus tormentis qui socii fuerint in viciis. Sciendum etiam quod luxuria ex suo genere cum omnibus suis speciebus que sunt fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, sacrilegium, vicium contra naturam, est peccatum mortale quia contra preceptum [illegible]

Concupiscentia vero luxurie distinguitur multis modis. Primus est cum concupiscentia consistit in primo motu tantum. Secundus est veniale peccatum. Tertius est cum sequitur consensus in delectationem, licet non velit in opus procedere. Secundus est mortale. Tertius cum consentit in opus ita quod vellet carnaliter peccare si opportunitas adesset, et iterum est mortale. Quartus modus cum concupiscentia non solum tenetur corde sed pascitur visu, sic iterum est mortale. Unde dicitur Matthei v Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam etc., hoc animo et fine intendit in mulierem ut eam concupiscat iam mechatus est eam in corde suo. Quia secundum Augustinum hoc iam non est titillari, sed plene consentire libidini. Bene autem dicit ad concupiscendum eam, quia si quis videt mulierem ut rem pulcram et ultra non procedit tunc vel nullum est peccatum vel solum peccatum curiositatis. Unde Nicolaus de Lira dicit: videre mulierem absolute non est malum sed inquantum ex eo sequitur interior concupiscentia que quidem concupiscentia sic procedit quia ex aspectu mulieris primo causatur concupiscentia in appetitu sensitivo qui dicitur sensualitas et prevenit actum rationis, et non est peccatum nec veniale nec mortale. Ideo quod tales motus sensualitatis non est in potestate hominis et per quos non est peccatum, sed retentio huius concupiscentie postquam percipitur est bene peccatum. Unde dicit Augustinus Non est in potestate nostra quibus visis non tangimur, sed in potestate nostra est ea respuere vel acceptare. Et patet quod predicti motus sensualitatis non est peccatum sed est materia, si autem tenetur per delectationem morosam absque consensu tunc est peccatum sed veniale. Si autem concedente voluntate sic ei resistatur per rationem [illegible] ut quod mortale peccatum erat antequam compleatur facto vel signo. Et ideo de tali concupiscentia que est consensus dicit Salvator sequatur consensus in animo tunc est mortale peccatum. Si vero consentit solum in delectationem non in opus vel in operis consummationem hoc potest contingere dupliciter. Aut iam mechatus est eam in corde suo. Sic dicit [illegible] cum consentit vere et dure ut qui periculum advertit et inclinat mentem in talibus cogitationibus revolvi sunt. Sic dicit aliquis [illegible] mortaliter maxime quando tales motus surgit ex cogitatione carnis non solum ex pulcritudine mulieris. Nec obstat illud Augustini dicentis Cum sola mens oblectatur cogitatione pro talibus venia est petenda et pectus tundendum, non enim propterea sequitur quod sit veniale quia etiam pro mortalibus est venia petenda. [illegible] Aut consentit imperfecte et indurate ut qui habet motum ex cogitatione pulcritudinis mulieris vel ex subita cogitatione operis nephari cum advertit periculum sic est veniale sed grossum valde. Dico etiam consensum imperfectum cum quis non plene libet vel plene non libet, sicut ille qui bene se posset comovere per orationem vel surrectionem de lecto et exaccionem et in [illegible] et tamen progreditur. Hic tamen ultimus scilicet ubi est consensus imperfectus in delectatione cogitationis illius cuius actus est mortalis ut est actus nephandus talis consensus est vicinissimus mortali peccato. Unde plerique dicunt ipsum esse mortale peccatum. Unde sanum consilium est ut cum talis quid accidit de ipso peniteat. Nam sepe viri conscientiam intuentur ubi non putatur. In dubiis autem via securior est eligenda. Vide de hoc Bonaventura in scripto [illegible] Secundus modus est in Trilogio, ut cum quis in scripto [illegible] ut per se inferior racionis possit peccare mortaliter absque superiore. Quintus modus est vocatur ab apostolo turpitudo, que fit cum mulieribus propter libidinem et turpia colloquia vel carmina, et hoc etiam est mortale. Sextus modus vocatur ab apostolo impudicitia que fit in osculis, amplexibus et tactibus lascivis, et hoc etiam est mortale et tanto gravius quanto magis accenditur per talia libido propter nimiam appropinquationem ad ignem. Non tangere mulierem potest mala intentione non est peccatum. Sed cum intentione sed concitative sed tangere ex libidine vel osculari ad se non pertinentem est peccatum mortale. Septimus modus est cum concupiscentia procedit in opus ita quod perficit opus luxurie, sic semper est mortale nisi per matrimonium excusetur.

Et tercius effudit phialam suam super flumina et super fontes aquarum et factus est sanguis. Et audivi angelum aquarum dicentem Iustus es qui eras sanctus qui hec iudicasti, quia sanguinem sanctorum et prophetarum fuderunt, et sanguinem eis dedisti bibere ut digni sunt. Et audivi alterum angelum dicentem Etiam Domine Deus omnipotens, vera et iusta sunt iudicia tua etc. Positis operationibus duorum angelorum de effusionibus phialarum in terram et in mare, hic autem subdit de tercio angelo effundente phialam super flumina et fontes aquarum. Et dividitur in tres partes. Primo ponitur effusionis phiale ab angelo premisso. Secundo eius quod sequebatur commode adiuncto, ibi Et factus est sanguis. Tertio angelorum commendatium divinis iudiciis congratulatio, ibi Et audivi alterum angelum etc. Circa primum dicit Et tercius angelus effudit phialam suam super flumina et super fontes aquarum. Richardus dicit quod secundum processum impietatis ordinatur sua ultionis. Primo namque deus iudeorum per perfidia repleverunt et dissipavit, secundo gentiles sancte fidei persecutores dextruit, tertio hereticos atque scismaticos sancte scripture contemptores ac violatores. De quibus hic agitur. Ubi dicit tercius angelus, id est tercius ordo predicatorum scilicet ordo confessorum et doctorum qui apostolis et martiribus successerunt effudit phialam suam super flumina, id est denuntiavit graviter puniendos illos qui corrumpunt scripturas originales et primordiales scilicet legales et evangelicas que sunt per fontes aquarum et etiam doctrinas ab eis emanantes scilicet apostolorum et doctorum que per flumina sunt. De primo dicit Ysaie xii[o] Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris et ii Regum xxii[o] Apparuerunt fontes aquarum et revelata sunt fundamenta orbis terrarum. De secundo scilicet fluminibus dicit Ecclesiastici xxiiii Ego sapientia effudi flumina. Iob xxviii Profunda fluminum scrutatus est etc. In tertio [illegible] iste tercius angelus phialam effundit et significat contra pseudo apostolos antichristi qui scripturas sacras vult depravabunt. Vel aliter per flumina et fontes aquarum intelliguntur primi doctores, ut per fontes intelligantur magistri errorum contra ultio desperabit fontes eius et per flumina corum discipuli et successores. Abacuc iii[o] Numquid in fluminibus iratus es Domine. Et secundum hoc sensus est hic. Tercius angelus effudit phialam super flumina, id est denuntiavit penam et ultionem divinam futuram super hereticos qui per flumina signantur. Quia ut dicit Gregorius Flumina ab imo suo [illegible] ad inferiora tendunt et in mare diffundunt. Sic heretica ab altitudine dei recedentes semper ad yma viciorum defluunt per concupiscentias carnis. Donec in amaritudine eterne pene cadunt. Hi ergo sunt flumina super que tercius angelus effudit phialam suam, id est denuntiavit divinam ultionem. Et super fontes aquarum, id est super magistros errorum qui dicuntur heresiarche a quibus oriuntur eorum perversa doctrina.

de quibus dicitur 2ª pet 2º. hii sunt fontes sine aqua et nebule turbinibus agitate quibus caligo tenebrarum reservatur. De hoc etiam dictum est supra de stella magna ardens tamquam facula. cecidit in terciam partem fluminum et in fontes aquarum. Et subditur corporis pena tu dicit Et factus est sanguis i. secuta est sua ulcionis pena hereticorum detestabilis et crudelis, quia per sanguinem fiat hereticorum enim pena fiet horribilis quia eorum doctrina fuit talis quod figuratum est Exo viiº ubi moyses convertit aquas in sanguinem quia isti predicatores doctrinam hereticorum ostendunt esse horribilem et detestabilem et ideo pena eorum crudelis. Vel secundum hanonem per flumina et fontes aquarum gentiles philosophi figurantur a quibus orte sunt insipide et vane doctrine [illegible] origine acceperunt (na ut dicit hugo plato in egipto a Zeiena [illegible] quod deus omnipotens fecit celum et terram et omnia que in eis sunt sed hec doctrina versa est in sanguinem i. in pravitate erroris quod celestes id est angeli fecerunt celum i. motores [illegible] Vigilius quod de [illegible] volunte [illegible] imperii regna a deo predestinata [illegible] aureum etc. sed conversa est in sanguinem cum retulit illa regna ad saturnum et iovem quos esse conditores regnorum Et inde sic sapientes per sanguinem i. pravitatis errorum prudentia cum carnis mors est. ro 8 vel sanguinis ultio divina [illegible] vestitus intinctum sanguine est in robustiorem Ex dictis patet quod per fontes et flumina figurantur sacre scripture vel doctores primi vel gentiles philosophi unde dicit origenes omnia in ea in quodam [illegible] quod stulta fecit deus sapientiam huius mundi postquam manifestatur Christus qui crucifixus est dei virtutem esse et dei sapientiam 1 cor 1 et vanitas eius nunc comprehensa est ab eo qui dicit Comprehendam sapientes in astucia eorum Et enim flumina aque versa est in sanguinem job x sanctos convertit ut sanguinis sensus egipto [illegible] Aqua enim egipti [illegible] et [illegible] sunt dogmata philosophorum que parvulos quos[illegible] sibi et pueros intellectu deceperunt ubi vero [illegible] Christi [illegible] ostenditur veniens eorum pena [illegible] sanguinis a [illegible] corrigit Ita enim et ipse dominus dicit quia omnis sanguis qui effusus est super terram a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zacharie requiretur ab hac generatione Ex dictis patet etc. 6 [illegible] per flumina sacre doctores [illegible] secundum [illegible] Ecclesia vi flumina voce sua Et [illegible] ad locum unde exeunt flumina revertuntur. [illegible] 30 mor dicit flumina doctores quia aqua sapientie salutaris corda audientium irrigant qui et si in persone sua unus auribus aptius per corporalia verba se infundunt mente tamen tacita ad quod [illegible] in ipsum fonte lucis revertuntur. Et tunc factus est sanguis qui est carnalis intellectus ut ait [illegible] unde [illegible] convertit flumina eorum in sanguinem Et mt 16 Caro et sanguis non revelavit tibi Et sequitur tercia pars in qua ponitur angelorum congratulacio divinis iudiciis congaudentium et quia more duorum est certum testimonium ideo introducuntur duo angeli congratulantes 2ª ibi Et audivi alterum angelum Dicit ergo Et audivi i. intellexi Angelum i. nuntium secundum hanonem vel custodem secundum glosam Aquarum i. populorum iuxta proprio Aque populi sunt 2º Vel angelum aquarum i. scripturarum unde richardus Angelus aquarum est chorus doctorum qui scripturas sacras custodit et exponit unde lavat maculas auditorum qui in destinatione hereticorum exultat et divina iusticia collaudat ideo perstringit fides angeli in nomine [illegible] divinas laudes [illegible] Iustus es scilicet equitate [illegible] et secundum iusta retribuendo prout ait propheta Iustus dominus et iusticias dilexit equitate vidit vultus eius et in hoc innuitur inviolabilis equitas dicitur omnibus respondendo et in hoc [illegible] et cum dicit incomutabilis et eternalis et in hoc inpacabilis eternitas Et qui eras sanctus i. ab omni labe liber et alienus puritas cum eos scilicet inmutabilis et eternaliter et in hoc [illegible] quo ad iudicia et opera ab iniusticiis inmaculata puritas non enim est sanctus ut est dominus [illegible] 2º [illegible] super hoc et in hoc quo ad iudicia et opera ab iniusticiis immaculata puritas Non enim est sanctus [illegible] quia non addit hic qui venturus es quantum ad futurum sicut supra ad hoc vide glosam quare non ponit quod venturus i. proprio intelligit Et subditur manifestacio iusticie cum dicit Quia hec iudicasti i. ea que nos vidimus vera et firma esse demonstrasti hereticos et reprobos scilicet perdicionis [illegible] (Nam de ipso dicit in ps Sedisti super thronum qui iudicas iusticiam Et vere iustus es eos puniendo Quia sanguinem sanctorum scilicet martirum electorum Et prophetarum i. maiorum effuderunt sicut clamant propheta Effuderunt sanguinem sanctorum tuorum etc. Et sanguinem eis dedisti bibere i. penam eternam vel acerba ultionem eis reddidisti pro sanctorum occisione vel persecucione Vt digni sunt i. propter impietatis sue pravitatem iustum enim est ut qui sanguinem fuderunt sanguinem patiantur infra 18 Sic fecit facite illi Sap. 11 per que quis peccat per hoc et punitur Et hoc fuit verificatum de iudeis qui sanguinem sanctorum effuderunt et ipsi sanguinem biberunt i. vindictam effusi sanguinis sustinuerunt et maxime sub obsidione Titi et vespasiani xlº anno post passionem domini Et de aliis quam pluribus multum sanctorum martirum sanguinem fuderunt ut Nero domicianus etc. et hii plures iusto dei iudicio post sanguinem biberunt i. vindictam sanguinis pertulerunt vel in presenti vel in futuro [illegible] deputati mt 23 Requiretur sanguis omnium sanctorum a generatione hac reproborum Vel aliter sanguis sanctorum et prophetarum secundum hanonem intelligitur spiritualis sensus eorum Cum ergo sanguinem prophetarum vel ceterorum sanctorum fudit i. qui spiritualem illorum sensum in terrenum intellectum convertit sanguinem bibet i. vindictam sanguinis sustinebit hoc est quicumque vitale videtur litere perdet et in carnali sensu iusto dei iudicio remanebit ita dignum est ut is qui spirituale vinum bibere noluit corrupcionibus vitiorum tamquam sanguinibus debriet Ex dictis patet quod sanguis dicitur [illegible] dicitur quoque ipsum peccatum [illegible] [illegible] vite plene sunt sanguine vel orat propheta libera me de sanguinibus Vel sanguis dicitur pravitas intellectus carnalis unde in fine quodam unde aque verse sunt in sanguinem Vel sanguis dicitur voluptas vite carnalis 1 ad cor xv Caro et sanguis regnum dei non possidebunt Vel sanguis dicitur ultio divina sive vindicta per petrus Ezech 23 Iudicabunt eos in iudicio sanguinis Ps Infecta est terra in sanguinibus Et alibi Requirens sanguinem eorum recordatus est Iob 16 Terra ne operias sanguinem meum Sanguinem ergo bibere est vindictam sive penam sustinere Deuter 32 Inebriabo sagittas meas sanguine Treni [illegible] filia edom i. sanguinea ad te quoque perveniet calix Ozee [illegible] ad iracundiam provocavit me effraym in amaritudinibus suis sanguis eius super eum veniet et obprobrium eius restituet ei dominus deus suus De hoc etiam [illegible] Et sequitur introductio secundi angeli congratulantis cum dicit Et audivi alterum angelum per quem fiat chorus bonorum dicitur sic per primum chorum ingressorum predicancium secundum richardum et glosam dicente i. sanctorum maiorum confirmante et approbante Etiam i. vere est quod dixit Ideo per excellenciam deus per naturam omnipotens per potenciam vera et iusta iudicia tua Vera quia perficiunt quod promittunt Et iusta quia punitur secundum merita reddunt ait richardus iudicia enim domini vera iustificata in semetipsa dicit propheta Sed contra dicit Job 19 Intelligite secundum [illegible] quia non equo iudicio afflixit me dominus Et contra 2º dicitur dominus ad sathan Commovisti me adversus iob ut affligerem eum frustra ergo non equo iudicio Item iob 30 Deus subvertit iudicium meum ergo iudicia dei non videntur esse iusta Dicendum ad primum secundum gregorium moralium ubi movet istam questionem quod io dicit dei non fuisse equum iudicium quia non fuit peccata quibus illa flagella deberent sed tamen equum quia merita cumulabant Ad 2m dicendum 2º moralium similiter quod dicitur frustra quia non fuit peccata sed non frustra quia augebantur merita Ad 3m dicendum secundum eundem moralium quod amici iob imposuerunt ipsi iob sed illud dixisse cum tamen nunquam dixisset quia iusticia in serie hystorie libri reperitur Vel si dixisset intelligendum esset sic [illegible] quod dicitur subvertit iudicium quia non fuit in eo peccatum quod deus flagellis purgaret quia tamen merita cumulabantur iudicium non subvertebantur [illegible] et beda sicut littera legitur Et audivi vocem de altari i. de affectu sanctorum interiori quia cor iusti dicitur altare de quo fumus oracionis ascendit ad deum hanonem vero sic littera legitur Et audivi alterum scilicet verbum de terra dicentem etc. Non dicitur secundum eum alterum [illegible] ne audivi [illegible] sed audivi alterum dicentem i. alterum verbum ab eo repetitum ipse enim [illegible] qui predicta dicebat adiunxit et hoc unum secundum eum [illegible] dicentem etc. Et etiam hoc specialiter intelligitur de hereticis secundum eundem quorum ore redundancia eloquiorum tamquam flumine decurrere videtur Sed hii qui sanguinem sanctorum et prophetarum fundunt in sanguinem conversi sanguinem bibunt quia dum verba legis et eloquia prophetarum [illegible] credunt esse [illegible] et ideo eternaliter non dicit qui fuisti ne eius esse putaretur preteritum sive terminatum sed dicit eras quod est preteritum imperfectum ut per preteritum ostendatur fuisse per imperfectum ostendatur non preterisse hoc finitum esse Ideo dicitur Iohannes prius In principio erat verbum non dicitur fuit verbum Salomon [illegible] erant abyssi et ego iam concepta eram i. genita et apud eum manens plus enim concepta est apud concipientem [illegible] [illegible] ab absconsione et labe

Marginalia:

Denunciata est pena per sanguinem Deuter 32 Sanguinem servorum suorum ulciscetur et vindictam retribuet in hostes eorum [illegible]

quod [illegible] sic spiritualiter [illegible] ad spiritualem sensum sic [illegible]

[illegible] quod eorum scilicet custodes [illegible] [illegible] custodem [illegible] etc.

Gestis [illegible] scilicet in principio et eternaliter [illegible]

[illegible] ysaias [illegible] ezechiel [illegible]

[illegible]

dicta quoque apostolorum in fletus suos commutat, agente persecutoris atrocitate ipsum nomen regni quod fletu tenebat amittit. Fimedo publice vinos
carnis. Et ergo dicitur: Justus es domine qui haec iudicasti etc. ibi est acsi diceret: Digna verba legis, eloquia prophetarum, dicta quoque apostolorum despiciebant
qui ipsos occiderunt. Dignum est ut per temporalia flagella quae ante calcaverunt ipsum sanguinem quem effuderunt quo et animas suas
cruentaverunt, tota hominibus bibat, id est non tantum quod fletus celebrat publice neget, et corporibus carnis quas tamen gloriae appetitu
refrenaverunt, iterare consumat. Haec ille. Secundo at per flumina et fontes aquarum iracundia designatur propter motum impetuosum. Nam
sicut flumen decurrens si obstaculum invenerit impetuosius currit et totum frangit, sic motus irae, propter quod dicitur Eccl. 8: Noli resistere
contra faciem potentis nec coneris contra ictum fluvii. Et poeta dicit: Dum furor in cursu est, currenti cede furori. Et sic hic est
[illegible] Tertius autem angelus effudit phialam suam super flumina et fontes aquarum, id est tertio loco contra iracundiam praedicatur. Dicitur autem motus iracundiae fons
dum tenetur in corde, sed tunc diffunditur in flumen cum procedit in verbum contumeliosum vel in factum iniuriosum. In quo gradus irae de quibus dicitur
propter quod dicitur Eccl. 30: Ne des animae tuae potestatem, ut admonitio vel mulier nequam id est irae venia perdenda. Secundum autem quod ira sumitur singulariter
est ulciscendi libido, secundum Hugonem est irrationalis perturbatio mentis, vel est sicut tempestas qua quis adversus aliud movetur. Et hoc modo
multa mala facit. Nam ut dicit quidam: Cor turbat, vitam decurtat, iurgia gignit, Ira fugat socios, ad mala quoque ruit,
et alia multa, de quibus Gregorius quinto Moralium exponens illud Job quarto: De viro irae comederunt. Quod scriptum sit de deo: Tu autem domine cum tranquillitate
iudicas. Sed nobis magnopere est quod quotiens turbulentos ac motus sub mansuetudinis virtute restringimus redire ad similitudinem conditoris conamur.
Nam cum tranquillitatem mentis ira diverberat, dilaniatam quodammodo scissamque perturbat, ut semetipsam non colligat ac vim interne similitudinis
amittat. Pensanda ergo sit iracundiae culpa pensemus, per quam dum mansuetudo amittitur, superne imaginis similitudo vitiatur. Per iram quoque
sapientia perditur, ut quid quo ordine faciendum sit omnino nesciatur. Sicut scriptum est: Ira in sinu stulti requiescit, quia intelligentiae lumen
subtrahit cum mentem permovendo confundit. Per iram vita amittitur, etsi sapientia tenere videatur. Sicut scriptum est: Ira perdit etiam prudentes,
quia scilicet confusus animus nequaquam explet etiam si intelligere aliquid prudenter valet. Per iram iustitia relinquitur. Sicut scriptum est: Ira viri
iustitiam dei non operatur, quia dum perturbata mens iudicium suae rationis exasperat, omne quod furor suggerit rectum putat. Per iram gratia vitae
socialis amittitur. Sicut scriptum est: Noli esse assiduus cum homine iracundo, ne discas semitas eius et sumas scandalum animae tuae,
quia qui se ex humana ratione non temperat, necesse est ut bestialiter solus vivat. Per iram concordia rumpitur. Sicut scriptum est: Vir animosus parit
rixas, et vir iracundus effodit peccata. Iracundus quippe effodit peccata, quia etiam quos incaute ad discordiam provocat peiores facit.
Per iram lux veritatis amittitur. Sicut scriptum est: Sol non occidat super iracundiam vestram, quia cum menti iracundia confusionis tenebras incutit,
huic deus radium suae cognitionis abscondit. Per iram sancti spiritus splendor excluditur. Econtra scriptum est: Super quem requiescet spiritus
meus nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos? Cum enim humilem diceret, quietum protinus adiunxit. Si ergo ira quietem mentis
subtrahit, suam sancto spiritui habitationem claudit, cuius recessione animus vacuus ad apertam mox insaniam ducitur et usque ad superficiem ab imo
fundamento cogitationum dissipatur. Nam irae suae stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se praepedit, facies ignescit,
exasperantur oculi et nequaquam recognoscuntur noti, ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat. Quo itaque iste
ab arreptitiis longe est qui actionis suae conscius non est? Unde fit plerumque ut usque ad apta manus prosiliat, et quo ratio longe
recedit, audacior exsurgat, seque ipsum retinere animus non valet, quia factus est potestatis alienae, et eo furor membra foras in ictibus
exercet, quo intus ipsam membrorum dominam mentem captivam tenet. Aliquando autem manus non exerit, sed in maledictionis iacula linguam
vertit. Fratris namque interitum precibus exposcit, et hoc deum perpetrare expetit quod ipse perversus hoc facere vel metuit vel erubescit. Fitque
ut voto et voce homicidium perpetrat, etiam cum a lesione proximi manus cessat. ~~Et [illegible]~~ Ideo dicitur in littera: Et factus est sanguis,
in pena per effusionem sanguinis. Consequens enim est ut sicut ira sanguinem effundit in culpa, ita sanguis eius effunditur in pena. Nam
nomine sanguinis et culpa intelligitur et pena. Amos 4: Sanguis sanguinem tetigit, id est culpa penam. Matthei 26: Omnis qui gladium acceperit
gladio peribit. Et est notandum quod in effusione secundae phialae ubi agebatur contra peccatum luxuriae similiter dicitur eius pena per sanguinem, sicut hic
pena irae, quia in utroque peccato est sanguinis corruptio, sed differenti modo. Nam in peccato luxuriae est corruptio sanguinis delectabilis,
in peccato vero irae est corruptio sanguinis contristabilis. Sed ut dicit Gregorius quinto Moralium: Crimen(?) post quod iracundia quo mente tenebat dupliciter
fracta possidere animum ira desuescit. Primus namque modus est ut mens
sollicita antequam agere quodlibet incipiat, omnes sibi quas pati potest contumelias proponat, quatenus redemptoris sui probra cogitans ad adversa
se praeparet. Quae nimirum venientia tanto fortior excipit, quanto se cautius armavit ex praescientia. Nam qui improvidus ab adversitate deprehenditur,
quasi ab hoste dormiens invenitur, eumque citius inimicus necat, quia non repugnantem perforat. Nam qui mala imminentia
per sollicitudinem praenotat, hostiles incursus quasi in insidiis vigilans exspectat, et inde ad victoriam valenter accingitur unde
nesciens deprehendi putabatur. Solerter ergo animus ante actionis suae primordia cuncta debet adversa meditari, ut semper haec cogitans,
semper contra haec thorace patientiae munitus, et quicquid accesserit providus superet, et quicquid non accesserit lucrum putet. Secundus autem modus
servandae mansuetudinis est ut cum aliena excessa aspicimus, nostra quibus aliis excessimus delicta cogitemus. Considerata quippe
infirmitas propria mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatam iniuriam tolerat qui pie meminit quod fortasse adhuc
habeat in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis exstinguitur cum surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa revocatur,
quia erubescit peccata non parcere qui vel deo vel proximo saepe se recolit parcenda peccasse. Sed inter haec sciendum est quod aliter ira
vocatur quae impatientia excitatur, aliter quam zelus format. Prima ex vitio, secunda ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute surgeret,
divinae animadversionis impetum Phinees per gladium non placasset. Hanc iram quia Heli non habuit, motum contra se implacabilem supernae
ultionis excitavit. Nam quo contra subditorum vitia tepuit, eo contra illum districtio aeterni rectoris exarsit. De hac ira dicitur per psalmistam:
Irascimini et nolite peccare. Quod nimirum non recte intelligunt qui irasci nos nobis tantummodo, non etiam proximis delinquentibus volunt.
Si enim sic proximos ut nos amare praecipimur, restat ut sic eorum erratibus sicut nostris vitiis irascamur. De hac per Salomonem dicitur:
Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Sed ut subditur ibidem: Cum per zelum animus movetur, summopere curandum
est ne haec eadem quae instrumento virtutis assumitur menti ira dominetur, ne quasi domina praeeat, sed velut ancilla ad obsequium parata a rationis
tergo nequaquam recedat. Tunc enim robustius contra vitia erigitur cum subdita rationi famulatur. Nam quantalibet ira ex zelo rectitudinis
surgat, si immoderata mentem vicerit, rationi protinus servire contemnit, et tanto se impudentius dilatat quanto impatientiae vitium virtutem
putat. Unde necesse est ut hoc ante omnia qui zelo rectitudinis movetur attendat, ne ira modum mentis dominium transeat, sed in ultione peccati
tempus modumque consideret, surgentemque animi perturbationem subtilius pertractando restringat, ac sese animosius reprimat, et motus fervidos sub aequitate
disponat, ut eo fiat iustior ultor alienus quo prius extitit victor suus, quatenus sic culpas delinquentium corrigat ut ante
ipse qui corrigit per patientiam crescat, et furorem suum transcendendo diiudicet, ne inordinate excitatus ipso zelo rectitudinis longe
a rectitudine aberret. Haec ille. Sciendum insuper quod triplex est ira. Prima est remissio affectus circa proximum, per quod non dolet de malo proximi
vel gaudet de bono eius, sed sit ei indifferens, et non est peccatum mortale, sed est imperfectio caritatis. Secunda est actualis impatientia
absque appetitu vindictae, et hic motus cum deliberatione est veniale peccatum, quia non habet completam rationem irae. Tertia est impatientia
cum appetitu vindictae, et talis est triplex, quia quaedam ira est acuta, sicut in melancolicis, in quibus secundum philosophum quarto Ethicorum mordet natura,
propter quod sunt turbulenti etc. Nec est peccatum cum sit motus naturalis. Quandoque autem est ab appetitu indeliberato et tunc est veniale

Marginalia (left): unde perfectio ... — pati[entia] — Num. 25 — 1 Reg. 3
Marginalia (right): Eccl. 8 — subita, deliberata, aperta, inveterata, fellea, furor — Eccl. 7 — Eccl. 30 — Jacobi 1 — Prov. 22 — Prov. 26 — Eph. 4 — Isa. 66 — Eccl. 7

Sed et alii primi motus. Unde ira aut est motus a voluntate deliberata ad penam provocati infligendam, et tunc est mortale peccatum; quia talis motus contrariatur caritati, que non irritatur nec cogitat malum, ut dicitur I ad Cor. xiii. Unde secundum Ambrosium: Animus qui est rationis capax non est passionum suarum dominus sed repressor; neque enim fieri potest ut facilis ad iracundiam non irascatur, sed ut ratione se temperet et indignationem cohibeat. Apud eos provocet, sicut et psalmista nos docet: Irascimini et nolite peccare. Contristatur quod est nature, non gravatur quod est culpe. Periculosum enim est motum ire parare consilio ut moveri videatur. Dicitur: Cohibe iracundiam, indignationem compesce; quod si omnino non vales, quamvis plerumque illud lenius, istud fortius estimetur. Unde resiste si potes; cede si non potes. Si prevenit et preoccupavit mentem tuam iracundia et ascendit in te, non relinquas locum tuum, id est pacem. Laboret igitur ut secundum doctrinam beati Augustini in regula sua lites et contentiones aut nullas habeant aut quam celerrime finiant, ne ira crescat in odium et trabem faciat de festuca et animam faciat homicidam. Sic enim legitur: Omnis qui fratrem suum odit homicida est. Quicunque convicio vel maledicto vel etiam criminis obiectu alterum lesit, meminerit satisfactione quantocius curare quod fecit; et ille qui lesus est sine disceptatione dimittere. Si autem se invicem leserint, invicem debita relaxare debent propter orationes, quas utique quanto crebriores habetis tanto saniores habere debetis, id est ut orationes quas pro vestris et aliorum necessitatibus ad Deum funditis in conspectu eius pure sint et accepte. // Sequitur de quarto angelo. [margin: debeo nos invicem debita relaxare]

Et quartus effudit fialam suam in solem, et datum est illi estu affligere homines et igne; et estuaverunt homines estu magno, et blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt penitentiam ut darent illi gloriam, etc. Hic agitur de quarto angelo. Et dividitur in duo: primo ponitur phiale effusio, secundo eius quod factum est specificatio, ibi: Et datum est illi estu etc. Circa primum dicit: Et quartus angelus effudit fialam suam in solem. Secundum beatum Gregorium xxxiv Moralium, exponendo illud Job xli: Sub ipso erunt radii solis. In scriptura sacra nomine solis aliquando Dominus, aliquando persecucio, aliquando de re qualibet manifesta visionis ostensio, aliquando vero sapientum intelligentia designatur. Et hec idem tangit Haymo circa hunc locum dicens: Sol in sacro eloquio diversas habet figuras et ponitur in bono et in malo. Per solem quippe Dominus figuratur, ipse Christus, de quo scriptum est Malachie ultimo: Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitie. De quo etiam Sapientie quinto dicitur quod omnes impii in extremi iudicii [illegible] cogniti sua dampnatione dicturi sunt: Erravimus a via veritatis et lumen iustitie non luxit nobis et sol non est ortus nobis, id est intimi luminis radius non fulsit nobis. Et de quo supra xii° dictum est: Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole, id est ecclesia ipso Christo vestita, quia eam eterni luminis splendore protegit qui solem vestit. Secundo per solem tribulacio vel persecucio designatur. Jacobi primo: Exortus est sol cum ardore et arefecit fenum. Et Matthei xiii° Salvator dicit quod semina sine radicibus nata orto sole aruerunt, quia non habuerunt humorem, quia verba vite in corde hominum tenerorum temporali momento viventia, superveniente persecucionis ardore, siccantur. Tertio per solem manifeste visionis ostensio designatur. Sicut per ora dominum cunctorum oculis apertum demonstrat dicens: In sole posuit tabernaculum suum, id est carnem quam assumpsit in luce manifeste visionis ostendit. Et sicut eadem propheta divina voce per Nathan dicitur II Regum xii: Tu fecisti in abscondito, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel et in conspectu solis. Quid enim per conspectum solis nisi cognitionem innuit manifeste visionis? Quarto nomine solis exprimitur sapientum intellectus. Et isto secundum beatum Gregorium circa Job xli cum dicitur: Sub ipso erunt radii solis. Quia multi qui in ecclesia sancta luce sapientie resplendere videbantur, in tempore Antichristi vel persuasionibus capti vel minis territi vel miraculis fracti Leviathan se Demoni subicient. Unde dicitur: Sub ipso erunt radii solis. Et hoc eodem modo secundum beatum Gregorium accipitur sol in proposito, scilicet per sapientum acumine vel intellectum. Vel secundum Haymonem per solem in proposito intelligitur ille dampnatus homo scilicet Antichristus, qui se in novissimis diebus solem iustitie mentietur, cum sint in eo densissime tenebre et umbra mortis, de quo dicitur II Thess. ii° quod ostendet se tamquam ipse sit Deus, contra quem predicabunt chorus doctorum, suas nequitias demonstranda. Et secundum hoc est sensus litere: Et quartus angelus, id est quartus ordo predicatorum secundum ordinem narrationis, effudit phialam suam in solem, id est verbum predicationis protulit et dominicam sine dubio veritatem demonstrabit contra Antichristum et eius ministros et significavit ypocritas vite et sapientie splendore superficietenus refulgentes, et se quasi solem aptius ostendentes et suas doctrinas veras reputantes. Et sequitur secundum eius quod factum est specificatio cum dicitur: Et datum est illi etc. Quod duobus modis potest intelligi, secundum quod hoc illi potest duo referri, scilicet vel angelum vel solem. Primo sic: Et datum est illi, scilicet quarto angelo, id est ordini predicatorum estu affligere homines et igne, id est ypocritas humana sapientia, unde sepe perveniendo igne inferni secundum magis et minus. Deinde corporis. Et estuaverunt homines, id est ypocrite, estu magno, id est magna cupiditate vel indignatione vel invidia contra predicatores. [margin: Job 8: Ypocrite et exercitu cum adhuc sit in flore etc. ... arescit. Vide Gregorium 8 Moralium: Ypocrita in flore est ypocrita in laude etc. Vide ibi]

Et blasphemaverunt, scilicet occasionaliter, nomen Dei. Dum enim in pace sunt ypocrite boni videntur; sed cum deprehensi sunt, tunc apparet qualis intus extiterunt. Ait enim: A fructibus eorum cognoscetis eos. Gregorius in Dyalogorum: Qualis unusquisque apud se lateat, contumelia illata probat. Dei, dico, habentis potestatem super has plagas, scilicet infligendas quibus et quando voluit. Neque egerunt penitentiam ut darent illi gloriam, quia pauci de ypocrisi penitent et pauci recognoscunt se ypocritas fuisse, quia cum semper apparuerunt boni, nimis confundantur apparere mali; propter quod in die iudicii maiorem confundentur, quia tunc omnibus apparebit quales extiterunt. De talibus dicitur Job xxxvi: Simulatores et callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint. Moriuntur in tempestate anima eorum et vita eorum inter effeminatos. Super quo Gregorius xxvi Moralium dicit: Deus qui cum iniquis sit, vita sua ab hominibus non perpendetur, et si nunquam tacita cogitatione se deprehendit, tamen dum sanctum se sepius audire cepit, hoc quod se de se intus tenebat amittit. Cor quippe exterius fundit, et quia libenter foris plausum de se testimonium recipit, qualem se intus habeat non requirit. Unde fit ut vane laudis fomenta etiam cum defuerint querat, et oblitus quod est appetat videri quod non est. Contingit quoque talis sunt, dum iustos se coram humana iudicia simulant, dum actiones suas laudibus dignas intuentium oculis ostentant, occulta cum eas iniusta agitur, ut quod nituntur foris alios fallere, ac de se intus etiam ipsi fallantur. Nam omnem vitam se sollicite investigari oculis prebent; vitam enim suam discutere et perscrutari dissimulant, sed tales se quales audiunt putant; sanctos quippe se esse non quia ita vivunt sed quia ita dicuntur existimant. Subtilia autem Dei iudicio semetipsos intueri negligunt, quia fidem suam nimium ponunt in attestatione oris alieni. Cum vero subita percussione se vinciunt, iniquos se vel vacat fateri vel prout sunt omnino deprehendere non possunt, quia sanctos se humana professione crediderunt; et propter hoc sepe vacuum tales se ante supernum iudicem venire confidunt. Quales se hominibus innotuisse cognoscunt, sed quia ipsos miseri nec inter tormenta deprehendunt, et dum testimonium falsum laudis aspiciunt, remedium vere confessionis amittunt, quia humane laudis importunitate superati sanctos se miseri et cum in peccatis moriuntur putant. Et ideo dicitur in litera: Neque egerunt penitentiam, scilicet condignam, ut darent illi gloriam, nam cognoscere peccatores refugiunt vel non possunt, quia sancti omnium opinione habebantur. Cum autem iam eos ad extremum iam flagella feriunt, quamvis ad etiam supplicia se duci non ignorent, tales tamen cupiunt apud humana iudicia remanere quales se studuerant semper ostendere etc. in 4 [illegible]

Alio modo hoc illi potest referri ad solem. Et tunc est sensus: Et datum est, id est divina permissione permissum est, illi, scilicet Antichristo et satellitibus eius, affligere vel afficere homines estu et igne, id est maiori et maiori tribulatione. Unde Haymo: Estus et ignis significat persecucionem quam Antichristus afficiet homines sanctos qui permanserint in fide, sicut Enoch et Heliam. Datum est ergo illi, Antichristo, id est permissum est afficere homines estu et igne persecucionis validissima. Unde subdit: Et estuaverunt homines estu magno, scilicet deficiendo per illam tribulationem intemperantiam, ut ait Matthei xxiv: Quia tunc erit tribulacio qualis non fuit ab initio neque fiet, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Sic dicit Dominus in evangelio Matthei xxiv. Nomine enim ignis tribulacio significatur, operans et purgans et clarificans sanctos et adurens reprobos et ypocritas. Propter quod dicit beatus Bernardus: Nemo vere fidelis laudari velit in vita sua, quia quicquid favoribus captas, quod ad Deum non retuleris, ipsi furaris. Tibi unde gloria, putride pulvis? Unde nequam fuo usurpanti de gloria Domini sui [illegible] ergo sola gloria [illegible] intro non foris est, secundum illud Ps.: Omnis gloria eius ab intus etc. Cum igitur nos pulsat vana gloria, reducat ad memoriam mala acta, quod contra Deum fecit, ac se pulverem esse recognoscat, ut eo citius hec viciosa pestis conquiescat. Quia ut dicit beatus Bernardus: Vicium vane glorie melius caveri non potest quam ut ad [illegible] mente [illegible] nos quod pulvis esse [illegible] et si quid boni in nobis esse [illegible] non nobis sed Deo ascribamus, quia secundum Augustinum: Sicut vermis lignum corrodit et erugo ferrum consumit, ita vana gloria intentum se aliquando perdit. Ideo [illegible] studio opus est ut hac passione destruamus, nam occulte cor ingreditur et omnia que intus sunt insensibiliter aufert etc. Alio modo hoc illi etc.

Utrum dampnati blasphement nomen dei, vide in 2º folio huius libri

qui sunt quasi stipule ysaie 43 Cum ambulaveris in igne non combureris. In psalmo Transivimus per ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium
Et alibi Igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas. Unde mundus est fornax in qua probantur electi sicut aurum. Ut enim ait
Augustinus in sermone de excidio urbis Una tribulacio sentit area. ut stipula comburatur et granum mundetur. Uno igne fornacis ut palea
in cinerem pergat et aurum sordibus careat. Et primo libro de civitate dei c. 8. Utrique boni et mali pariter afflicti sunt. non ideo ipsi distincti
non sunt quia distinctum non est quod utrique perpessi sunt. Manet enim dissimilitudo passorum etiam in similitudine passionum. Et licet sub eodem
tormento non tamen est idem virtus et vicium. Nam sicut sub uno igne aurum rutilat palea fumat et sub eadem tribula stipule
comminuntur frumenta purgantur. Nec ideo cum oleo amurca confunditur quia eodem preli pondere exprimitur. Ita una eademque vis
irruens bonos probat purgat eliquat purificat. malos dampnat vastat et exterminat. Unde in eadem afflictione mali
deum detestantur atque blasphemant boni autem precantur et laudant. Tamen interest non qualia sed qualis quisque patiatur. Nam
pari motu exagitatum exalat horribiliter stercus et suaviter fragrat unguentum. Sapientie 3º Tamquam aurum in fornace probavit eos
Et huius fornacis tribulacione estuat herodes id est mundana sapientes eo quod sunt sine fervore gratie sine virtuali viriditate et sine constanti
Et [...] [...] Job [...] Cum saciatus fuerit arctabitur estuabit et omnis dolor irruet in eum. ysaie 40 Exsiccatum est fenum et
cecidit flos quia spiritus domini sufflavit in eo. Quod figuratum fuit in fornace que fuit incensa ut consumeret Ananiam et socios eius
que tamen ambulaverunt illesi in medio flamme. succedentes autem fornacem fuerunt combusti. Daniel 3º Similiter in figura Jone 4to
Sol percussit super caput Jone et estuabat et peciit anime sue ut moreretur. Similiter erit tunc. Vel possumus intelligere litteram de igne peccati
de quo dicit ysaie [...] Succensa est quasi ignis impietas veprem et spinam vorabit. Vel de igne cupiditatis de quo proverbiorum 30º [...]
Ignis est qui dicit numquam sufficit. Et de estu id est furore persecucionis Ozee [...] Effraym pascit ventum et sequitur estum. Vel sic hanc
Ipsi qui intrabunt scilicet sancti afficiet estu id est ira magna et angustia: eos a quibus eis fuerint illata tormenta quia ante poterant eos a
a fide christi separari. Dum quia insuperabiles eos viderint. ipsi magis estuabunt estu iracundie indignantes illis quos inter tormenta
constantes viderint. Quod et factum esse legimus in persecucione sanctorum martirum. Sic et tunc. Fiet tanto validius quanto maior erit
tribulacio. Amplius quippe reprobi cruciabuntur in anima quam sancti in corpore. Illi inter tormenta ridebunt isti dentibus stridebunt.
illi deum laudabunt et predicabunt. isti blasphemabunt et detestabuntur. Sic quod estu sanctos affliget et igne id est flammis invidie
et malignitatis eos consumari faciet. ipsis insuperabilibus usque ad mortem manentibus. Unde subditur Et blasphemaverunt nomen
dei habentis potestatem super has plagas et hoc per impacienciam. Cum enim viderint sanctos pacienter et firmiter perseverare in fide usque
ad mortem et gaudenter ad passionem pergere. blasphemabunt deum cum deberent laudare. Blasphemare enim est falsa de deo dicere
secundum Augustinum libro contra mendacium ysaie primo. Dereliquerunt dominum. blasphemaverunt sanctum israel. Super 2º Super capita eius nomina blasphemie.
Qui potestatem super has plagas. potestatem habere dicitur quia a quo vult amovet eas et super quos vult iusto iudicio permittit. Super primo
Qui habet claves mortis et inferni. Romanos 9 Ergo cui vult miseretur et quem vult indurat. per permissionem. Quia indurat cor pharaonis
Neque egerunt penitenciam ut recognoscentes se esse peccatores, ut darent illi gloriam sive se accusando et dei iusta iudicia collaudando.
Nam ut hieronymus dicit Ille gloriam deo dat qui se pro suis iniquitatibus accusat et iusta iudicia dei collaudat. Deo enim psalmus
Justus es domine et rectum iudicium tuum. Sic fecit eo fine tuo secundum misericordiam tuam. Josue 7º Fili mi da gloriam deo israel et confitere
atque indica mihi quid feceris ne abscondas. Dixitque Josue ad Achor. Et respondit Achor dixitque Vere ego peccavi domino deo israel. Sic et sic feci.
Ut enim ait Richardus super psalmos Afferte domino gloriam et honorem. Confitere mala tua et noli in eis remanere. Confitere deo de malis
tuis et ipsum lauda pro bonis suis. Et Augustinus super 10 psalmum Confessio et pulchritudo [...] facere dominum in confessione dicit Est confessio laudantis et est
confessio gementis. Et subdit numquam hec non pertinet ad laudem dei qui te accusas cum confiteris. immo quia tanto amplius
laudatur medicus quanto plus desperabatur egrotus. tanto maior est laus ignoscentis quanto maior est exaggeracio peccati confitentis. [...]
Et hoc quidem facerent boni. Teste Cassiodoro [...] iniquorum mos est ut suas iniquitates defendant et dei iudicia reprehendant. De quibus
hic dicitur nec egerunt penitenciam ut darent illi gloriam. Vel hoc forte dicit ideo quia tempore illius crudelissime persecucionis, aliqui penitebunt intus
et dolebunt de peccatis suis. sed ore non audebunt christum publice confiteri. Et hoc non sufficit ad salutem. quia dicit apostolus ad Romanos 10
Si confitearis in ore tuo dominum ihesum christum et in corde tuo credideris quod deus suscitavit illum a mortuis, salvus eris. Corde
enim creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem. Et de talibus qui in illa persecucione tacebunt et non audebunt publice
confiteri christum dicit Naum 3º sub typo caldee Principes tui id est infimi locustarum, sicut locuste locustarum que consident in sepibus
in die frigoris id est tenent fidem tempore pacis. Ortus est sol id est invaluit persecucio antichristi gravius affligens christianos et avolaverunt
id est a fide recesserunt et non est cognitus locus earum ubi fuerint. Sapientie 4to Et si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter posita
a vento commovebuntur. Luce 8 Ad tempus credunt et in tempore temptacionis recedunt. Moraliter autem Quartus angelus effudit fialam in solem
id est 4to loco predicatur contra superbiam vel inanem gloriam. sive contra inaniter gloriantes. Nam per solem designatur propter claritatem et sublimitatem
quam tales appetunt in hoc mundo Johannis 5to. Dixit salvator iudeis inaniter gloriantibus. Quomodo potestis credere qui gloriam ab invicem
recipitis et gloriam que a solo deo est non queritis. Ego claritatem ab hominibus non accipio. Luce 12 Nolite in sublime tolli. Hec contra
gentes inde contra Job 31 Si vidi solem cum fulgeret et lunam incedentem clare et letatum est cor meum in abscondito
et osculatus sum manum meam ore meo. quod est iniquitas maxima et negacio contra deum altissimum. Ubi glossa dicit Sol in fulgore
est opus in manifestacione. Solem sibi fulgentem Job non vidit. quia cum opus suum aliis luceret ad exemplum, hoc ad presumpcionem glorie
sibi erat absconditum. Luna clare incedens est fama de bono opere veniens. Hanc vidit Job quia cum bonus diceretur, hec tamen
non attendebat. Contra hoc vicium predicatur quia que et quanta mala proveniunt ex superbia vel ex vana gloria demonstratur. Quorum primum quod
primum et summum malum quod ex superbia provenit est quod omne bonum quod invenit destruit et quod non invenit ut non veniat impedit
Unde Gregorius [...] Sicut humilitas omnia vicia evacuat. omnes quod virtutes colligit et roborat. sic superbia virtutes destruit dissipat et
enervat. Augustinus Cetera vicia in malis operibus exercentur ut fiant. superbia vero bonis operibus insidiatur ut pereant. Unde quidam
Cum bene pugnaveris et cuncta subacta putaveris Que magis infestat vincenda superbia restat. Et alius Si tibi gratia si sapiencia
forma quod detur Inquinat omnia sola superbia si comitetur. Secundum malum et eque magnum quod superbia facit est quia est
origo omnium malorum. Nam secundum Gregorium est regina peccatorum. et ideo non vadit sola sed multis viciis comitata. Ecclesiastici 10 Inicium omnis
peccati superbia qui tenuerit eam adimplebitur maledictis. glossa id est viciis. peccata sed Tobie 4 Consequens salutem tua studes operari.
adverte eam super caput tuum coram [...] [...] mento Tobie 4º Superbiam numquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas.
in ipsa enim sumpsit inicium omnis perdicio. Tercium malum quod facit superbia est spirale quia depauperat se domum suam. Ecclesiastici 21 Obiurgacio
et iniurie adnichilabunt substanciam. et domus que nimis est locuples. adnullabitur superbia. Quartum malum est quod vicium superbie
vix vel numquam sanatur. Ideo quia superbia se nescit humiliare sine humilitate vero non contingit aliquem salvari, propter quod dicit Ecclesiasticus 3º
Synagoge superborum non erit sanitas. frutex enim peccati eradicabitur in illis. Quintum malum est quia facit contenciones et rixas
proverbiorum 18 Labia stulti miscent rixas et os eius iurgia provocat. Stultus dicitur qui stravit altum et hic est superbus. Proverbiorum 28 Qui
se iactat et dilatat iurgia concitat. propter hec et alia mala que facit superbia dicitur Ecclesiastici 10 Odibilis coram deo et hominibus
est superbia. Et talis ut innuit littera affligetur vel afficietur estu. scilicet ambicionis tempore prosperitatis et igne iracundie tempore adversitatis. Sicut
proprium est superborum ut tempore prosperitatis sint ambiciosi et tempore adversitatis iracundi. Vel estu elacionis cum laudantur et

Ut Cuncta viciata vehit virtutum germina perdit
Vastat opes vix sanatur iurgia gignit

igne confusionis cum vituperantur. Unde Ieronimus ... malus et angelus crudelis mittetur contra eum. Et estimaverunt homines scilicet superbi etc.
esse magnos scilicet ambiciosi cum bonum faciunt eis vel iracundie cum male. Et blasphemaverunt nomen dei. gloriam eius sibi arrogantes et maioribus
suis non obedientes quod utrumque proprium est superborum secundum illud Psalmiste: Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper scilicet quia maiores quia superiores
vult sicut vult licet subesse sed semper preesse. Unde quedam signa superbie que designat dicens: Omnis superbus intolerabilis est. Habitu enim
est superfluus, incessu pomposus, cervice erectus, facie torvus, de loco superiori decertat, melioribus se preferre affectat, iniquas suas
et verbo et facto iactitat, reverentiam in obsequio non observat. Et ne putetur quod deus peccatum superborum relinquat impunitum, ideo beatus
Iohannes addit quod habuit potestatem super has plagas scilicet ambicionem et iracundiam superborum, ut qui voluit eos deprimere possit. Psalmista:
Oculos superborum humiliabis. Ecclesiastici x: Radices gentium superbarum arefecit deus. Ysaie ii: Incurvabitur omnis sublimitas hominum et humi-
liabitur altitudo virorum. Et dicit littera quod neque egerunt penitenciam scilicet de malis eorum quia vix penitet quis de peccato superbie ...
Unde Gregorius: Difficile est valde vitare peccatum quod de gloria victoria nascitur vitiorum. Et secundum Bernardum superbia ... quia
cor elatum durum est et expers pietatis ignarum compunctionis, siccum ab omni rore gratie spiritualis. Ideo dicit ... Superbia inveterata est in me et
declinatur dominus in ira a servo suo. Ergo angelus in superbie privatus est gratie subtrahitur. At interdum gratia non per superbiam que iam est sed que futura est
... superbo oculo veritas non videtur que sincero patet. Ibi enim requiem inveniunt mansueti et simplices, ubi dolosi opprimuntur et elati.
Et secundum Remigium iusto iudicio dei omnibus ei aufertur gratia divini muneris qui motibus concupiscibilis superbie obruuntur et tumoris etc.
Unde Gregorius xxxiiii Moralium: Scriptum est quod initium omnis peccati superbia est. Per hanc enim ipse leviathan occubuit, per hanc sequentem hominem stravit,
eodem telo salutem vite immortalitatis impetiit quo vitam sue beatitudinis corrupit. Unde Bernardus: Superbia radix omnium viciorum esse ...
Sicut enim radix infra terram tegitur sed ab illa rami aperte expanduntur, ita se superbia intus celat sed ab illa protinus vicia pullulant.
Virtutes namque prius ebullit in elacione quod foras per modum spumet in opere. Alia quoque vicia eas solummodo virtutes impetunt quibus ipsa
destruuntur, ut videlicet iram paciencia, castrimargiam abstinencia, libido continentiam impugnet. Superbia autem que radix est viciorum nequaquam unius
virtutis extinctione contenta contra cuncta anime membra se erigit et quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne corrumpit, ut quicquid
illa invadente agitur etiam si esse virtus ostenditur, ut per hoc non deo sed soli vane glorie famulatur. Quasi enim tyrannus quidam obsessam
civitatem intrat, ita mentem superbia irrumpit, et quo ditiorem quamque ceperit eo in dominio durior consurgit, quia quo ampliores
virtutes sine humilitate agit eo latius ista dominatur. Quisquis vero eam in se tyrannidem captiva mente suscepit, hoc primum dampnum pati-
tur quod clauso cordis oculo iudicii equitatem perdit. Nam cuncta que ab aliis vel bene geruntur displicent et sola ei que ipse vel prave egit
placent. Semper aliena opera despicit, se miratur quicquid facit, quia quicquid egerit egisse se singulariter credit, et cum se in cunctis trans-
cendere ceteros estimat, per lata cogitacionum spacia secum deambulans laudes suas tacitus clamat. Nonnumquam vero ad tantam elacionem
mens ducitur ut in eo quod tumet etiam per ostentacionem locucionis effrenetur. Hic est enim secundum Bernardum superbia cordis, oris, operis et habitus.
Superbia cordis est quando homo in oculis suis magnus sibi videtur. Contra quam sapiens orat Ecclesiastici xxiii: Extollenciam oculorum meorum ne dederis
mihi. Superbia oris sive lingue que et iactancia dicitur est quando non solum de se magnifice sentit sed et loquitur. De qua Psalmista: Disperdat dominus
universa labia dolosa et linguam magniloquam. Superbia operis est quando quadam superbia agit ut magnus appareat. De qua idem
Psalmista dicit: Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Superbia vero habitus est cum ad hoc ut gloriosus appareat preciosis se vestibus
ornat. Contra quod apostolus dicit: Non in veste preciosa. Sunt autem quinque que ad remedium tam mortifere pestis a deo racionali anime sunt proposita,
scilicet locacio corporis dominici, temptacio, predicacio et eius passio. Locacio quia ... corporis quasi onerosum, temptatio dyaboli quia ... predicacio vero
quia edificat, et eius passio quia humiliter informat. Nam ut dicit Gregorius ...: Ad hoc unigenitus dei filius formam infirmitatis nostre suscepit,
ad hoc invisibilis non solum visibilis sed eciam despectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria et irrisionum opprobria passionum tormenta
toleravit, ut superbum non esse hominem doceret humilis deus. Quanta ergo humilitatis est virtus propter quam solam veraciter docendam is qui sine estimacione
magnus est usque ad passionem factus est parvus. Quia enim originem perdicionis nostre prebuit superbia dyaboli, instrumentum redempcionis nostre
inventa est humilitas dei. Hostis quippe noster inter omnia conditus super omnia videri voluit elatus, redemptor autem noster magnus manens super omnia dignatus est
fieri parvus. Hiis ergo quinque modis secundum Bernardum deus humiliter operatur in anima. Sicut enim anima vita est corporis ita deus vita est anime. Et sicut
corpus mortuum est quod per quinque sensus non vegetatur ab anima, ita anima mortua est que per hec quinque dicta deo non humiliatur. Et sic
et quia vita anime deus est et sine gratia dei ac bonis operibus anima vivere non potest, ideo summopere superbia fugienda est et detestanda,
formica primum granum eligit quo pascatur et homo miser pascitur spurcicia peccatorum aliorum unde prouerbiorum 16 Os stultorum pascitur
imperitia. Quintum est quod formica portat onera aliis maius corpore et homo modicam penam non potest aut non habet portare Et
licet hoc uicium reputetur apparens multa tamen mala facit quia committeret in hiis matris dampnificat ueniens bona dissipat
et mala nutrit dampnat et condempnat possunt reddit egentem amultiuolum sompnolentum mendicum luxuriosum torpentem timidum
et mala nutrit dampnat et ostendit [illegible] reddit egentem multiuolum [illegible]
uatem sed et maledictum. Primo dampnificat id est reddit prouerbiorum 16 Iter pigrorum quasi sepes spinarum quia claudit uia ad proximum
se pigritia ad proficiendum Ber. Turpissima iactura est que fit per negligentiam. Secundo bona facta dissipat prouerbiorum 18 Qui mollis
et dissolutus est in opere suo frater est sua opera dissipantis. Tercio mala uicia nutrit prouerbiorum 24 Per agrum pigri hominis transiui
et per uineam uiri stulti et ecce totum repleuerunt urtice et operuerant superficiem eius spine et maceria lapidum destructa
erat quod cum uidissem posui in corde meo et exemplo didici disciplinam. Quarto dampnat hominem id est est causa dampnacionis sicut dicitur cum ei
licet non uideatur multis prouerbiorum 25 Mathei 25 non erit iustus mali luc 19 serue male et piger sciebas quia ego homo
austerus sum tollens quod non posui et metens quod non seminaui quare non dedisti pecuniam meam ad mensam 25 dicitur [illegible] 21 Et
addit in fine seruum inutilem eicite in tenebras exteriores &c Quinto ostendit uiuum prouerbiorum 21 desideria occidunt pigrum noluerunt
quicquam manus eius operari tota die concupiscit et desiderat Ecclesiastici 22 In lapide luteo lapidabitur piger et omnes loquuntur
super aspernacionem eius Sexto facit presumentem quia cum non faciat tamen uidet quod melius faceret quam alii unde prouerbiorum 26 Sapientior sibi
uidetur piger septem uiris loquentibus sentencias Septimo facit egentem prouerbiorum 10 Egestatem operata est manus remissa &c Octauo
fit uolutatiua et quasi contraria uelle inquit id est uult et non uult piger Nono facit hominem sompnolentum prouerbiorum 19 pigredo immittit soporem et anima dissoluta esuriet Et 6 Usquequo piger dormies quando consurges de sompno tuo paululum dormies &c
Decimo mendicum facit prouerbiorum 20 propter frigus piger arare noluit mendicabit ergo in estate et non dabitur ei XI° facit hominem
luxuriosum unde in omnibus occupauit egestas. Quare sit Ezechiel 16 hec fuit iniquitas Sodome &c XII° facit torpentem prouerbiorum 26 Sicut ostium uertitur in cardine sic piger in lectulo suo
XIII° facit timidum prouerbiorum 19
Abscondit piger manum suam sub ascella et laborat si ad os suum conuertat eas XIIII° reddit hominem timidum prouerbiorum 22
pigris dicit leo est in uia in medio platearum occidendus sum Ibidem 26 uulgo dicitur sicut piger perfecta est XV° facit hominem
maledictum a deo et hominibus Jeremie 48 maledictus homo qui facit opera dei negligenter. Est ergo periculosa in maxima effunde contra acciam
pre et mala que prouenerunt ex ea demerunt. Et conuertit uos magis de templo i. ex thoracto et quando predicare contra hoc uicium et aliis

Et venit unus de septem angelis qui habebant septem phialas et locutus est mecum dicens Veni ostendam tibi
dampnationem meretricis magne que sedet super aquas multas cum qua fornicati sunt reges terre et inebriati sunt
qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in desertum in spiritu Et vidi mulierem sedentem etc.
Capitulum xvii^m libri apocalipsis beati iohannis apostoli in quo narrata visione septem angelorum effuderunt phialas in figura uni-
versarum plagarum reprobis infligendarum, hic autem post revelationem cause dampnationis ipsius babilonis et suorum civium sicut
continuat glossa hic est omnium malorum. Et dividit istud capitulum in duas partes principales. In prima ponitur Babilonis dampnande
visio vel ostensio. In secunda narrantur videntis admiratio et visionis intellectualis expositio ibi Et miratus sum etc. Prima secundum
in tres partes. Nam primo ponitur angeli revelantis et ostendentis dampnationem babilonis et ipsius dampnationis cum accessio et allocutio
secundo subditur alloquentis promissio ibi Veni ostendam tibi etc. Tertio describitur ipsius videntis elevatio ibi Et abstulit me in desertum etc.
quarto ostenditur mulieris dampnande descriptio ibi Et vidi mulierem sedentem etc. Circa primum ad primum dicit Et venit unus de septem angelis etc.
Quod ad evidentiam litere Cum in precedenti capitulo premisit de septem angelis, qualiter autem hic. Venit unus de septem.
Secundum hanc et alios expositores per angelum in hoc loco gerit personam christi qui est magni patrie voluntatis. Iohannes vero
typum tenet ecclesie super premissis. Et unum de maior alibi dicit vii angelis septem phialas aureas plenas iracundia dei etc.
per quod ut ibi dictum est significatur filius dei qui factus est homo nascendo temporaliter de virgine. Vitulus in passione leo in resurrectione aquila in ascensione.
Sed ergo iohannes dicit ab angelis hic quoties vel ecclesie dicit apposite. Venit igitur unus de septem angelis qui habebant septem phialas
id est deus iesus christus a quo septem angeli id est predicatores universi habent septem phialas vel auctoritatem et officium denuntiandi vindictas penas
reproborum. Venit inquam per internam inspirationem sive per doctrinam apostolorum et ceterorum sanctorum. Invitat ecclesiam ad considerandum tormenta
reproborum iusto dei iudicio parata aut secundum hanc vel aliter unus de septem angelis qui habebant septem phialas, est universitas
predicatorum, quorum officium est denuntiare plagas reproborum. Et dicitur unus quia unum officium competit unum finem habent, unum ordinem
predicant et ab uno ordinem mittuntur, ephesios 4 unus deus una fides unum baptisma. Et locutus est mecum scilicet aperte et distincte
per inspirationem sive revelationem internam in corde sine strepitu sonitus interiorum. Veni scilicet gressibus fidei et intelligentie hoc est
intellectum tuum aperi et applica ad intelligendum, supra primo veni et vide et ibi de hoc. Et in hoc notatur secundum predictum patrem propter
scilicet invitatio beati iohannis gerentis typum ecclesie ut consideraret dampnationem impie babilonis, que significatur nomine meretricis in secundo
scilicet invitatio ... Et ostendam scilicet per intelligentiam aut glossa. Tibi scilicet desideranti dampnationem id est causam dampnationis meretricis magne id est civitatis babi-
lonie. Due namque sunt civitates in hoc mundo cum suis regibus, sicut supra dictum est, scilicet ierusalem cum christo et babilon cum dyabolo.
Quarum una constituta est super firmam petram. Altera vero super arenam. Atque ideo una manet scilicet civitas christi altera cadet
scilicet civitas dyaboli. Que meretrix nuncupatur quia veluti mulier meretrix que super virum suum inordinat alienum, et prioris
sponsi federa frangit irrita. Sic omnis multitudo malorum facit et fecit, que relicto creatore demonibus se prostituit eo
supprimendo. Relinquit enim deum suum qui est vir anime et iungit se adultero id est dyabolo ydola colendo vel plus terrena
quam celestia diligendo sive etiam iudicia carnis sequendo etc. 3° Ieremie mechata est cum lapide et ligno. Secundum augustinum ipsa
malorum multitudo ... et quia maiorem partem carnis libidine que mater est omnium viciorum, genus humanum perdit, ideo ipsa malorum multitudo
meretrix appellatur et dicitur magna, vel propter populorum multitudinem vel peccatorum enormitate. Ideo bene subditur Que sedet super
aquas multas. Prima enim aque multe populi multi sunt ut dicitur infra eodem. Sedet super aquas multas nec aliud est.
aquas multas. Prima enim aque multe populi multi sunt ut dicitur infra capitulo, Sedet super aquas multas et aliud est.
quam regnare super populos multos, qui dicuntur aque quia sicut aque continue et cursim defluunt, sic populi continue per mortem
... 2 Regum xiiii^o Omnes morimur et quasi aque dilabimur in terram que non revertuntur. Super has ergo
ab hinc ... multas aquas sedet meretrix magna quia luxuria carnis multis populis dominatur et possidet et multos ad suam
multas aquas sedet meretrix magna. ... quod dominus loquens ad beatum iob de dyabolo dicit
...tas et in eis qui semper manet ... in lumbis eius et fortitudo illius in umbilico ventris eius Iob xl^o. Seminarium quippe contra uxorem in lumbis est
virtus eius in lumbis eius et fortitudo illius in umbilico ventris eius Iob xl^o ... sunt lumbi viri
mulieris in umbilico ... in lumbis sit seminarium viri ... qui melchisedech obtulit ei decimas ad hebreos vii
cuncti. Et paulus de levi dicit, quod adhuc erat in lumbis abrahe, quando melchisedech ... In die ortus tui non est Ezechiel 16.
... at femine sit in umbilico ... sub figura mulieris meretricis loquitur ad ierusalem dicens In die ortus tui non est
precisus umbilicus tuus. Umbilicum quippe in die ortus precidere est conceptionis tempore carnis luxuriam resecare. Sed
ergo dyabolus utrosque sexus decipit recte in lumbis vel in umbilico virtute et fortitudine ...
ceterorum ... sunt enim qui virginitatem suam deo voverunt ut monachi et ceteri in ecclesiastico gradu constituti Qui ad
postea corruperint concupiscentia carnis illecti ... sunt et alii coniugati
qui proprium thorum relinquentes alienum violant et adulterium perpetrant. Et isti gravius peccant, ... qui proprias uxores
non habent. Sunt et alii qui incesta perpetrant cum sororibus aut propinquis prout fecit amon cum thamar sorore sua 2 Regum 13.
Sunt et alii qui quod scelestius est et gravius relinquentes naturalem usum femine cum masculis vel pecudibus se miscent.
Et licet genus humanum in multis offendat deum, in nullo tamen gravius agit quam in isto quod contra naturam gerit ut ...
Prima ergo fornicatio que mater est omnium viciorum, in reprobis ... recte meretrix magna super aquas multas sedere
Et hoc quidem fornicatio pertinet ad concupiscentiam carnis, spiritualis vero pertinet ad concupiscentiam oculorum. Et in hoc agitur de prima
... Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum. De qua spirituali fornicatione dicitur psalmo
perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Cum ergo plus terrena quam celestia diliguntur, et ea que mundi sunt inordinate concupiscuntur
fornicationem incurrunt. Que dicitur magna quia sicut omnes subiecti sunt mundane vanitati Ecclesiastes 2 Vidi in omnibus vanitatem
et afflictionem animi et nihil permanere sub sole, ... vanitas omnis homo vivens etc. 2° Ambulaverunt post vanitatem
et vani facti sunt. Ideo clamat propheta filii hominum usquequo gravi corde ut quid diligitis vanitatem. Et ideo subditur in littera Cum qua scilicet meretrice
fornicati sunt reges terre scilicet dicta fornicatione, hic obiicitur quia videtur quod reges terre ... de illa collectione ...
cum reges terre sint quasi auctores totius malicie prave et impie civitatis, qualiter autem quod cum illa sint fornicati.

Pu ult Noli regibus dare vinum quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas ne forte bibant et obliviscantur iudiciorum et mutent causam filiorum pauperis

porta enim debemus dicere quod illa meretrix fornicata est cum regibus / dicit secundum hay. quod ipsi qui sunt reges terre ipsi sunt in mediis / sed propter distanciam prepositorum et subiectorum vel presidencium et subditorum dividit in reges et in terram inhabitantes / tunc hic et ipsi reges sunt terram inhabitantes hec est terrena diligentes libidinum fomentes. Ipsi itaque reges terre fornicati sunt cum meretrice terrenos honores et voluptates appetendo / et iusticiam carnis sectando quia quo amplius comedunt et bibunt eo amplius luxuriantur unde et seipsos efficiunt corpus meretricis unde quod apostolus dicit nescitis quia qui adheret meretrici unum corpus cum ea efficiuntur unde sequitur Et inebriati sunt qui inhabitant terram / de vino prostitucionis eius id est quo inebriati sunt / qui plus diligunt terrena quam celestia / a delectacione magis de fornicacione corporalis et spiritualis / per reges ergo maiores sic / sed mali principes intelliguntur per inhabitantes terram subditi illorum per vinum prostitucionis sue fornicacionis voluptas carnis sive meretrix vel illecebra seculi que libidine viciorum insaniaque mentis debriat aut ledat / Et nimio meretrix carnis et fornicacionis vino comparatur ebrietati Nam secundum hay. vino ebrius ita insensibilis efficitur ut non plus animae sed eorum periculum mortis non trepidet unde et audacter se in mortem mittit / Sic nimia libido hominis sensum et racionale intellectum aufert ut non metuat dampnacionem inferni. Ideo quia et audacter eciam contra suam constraciam malum operatur nec timet eciam pro peccato dampnari quod non potest providere quia ipsum peccatum aufert illi racionabilem sensum unde non quod est ebrietas proprie dicta quae est sensuum obnubilatio intelligencie et racionis aggravacio et hominis infatuacio vero minorum quia cordis ablacio / Osee 4 fornicacio et vinum et ebrietas auferunt sensum cor Luc. 23 Attendite ne graventur corda vestra crapula et ebrietate. 1 Thess. 5. Qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Et de hac ebrietate loquitur multum Seneca epistola 88 dicit quod ebrietas est voluntaria insania / et quod ebrio non debet committi secretum quia est sicut mustum in dolio / in quo quod imo est infra postea est supra / Et in hac ebrietate est abusio beneficiorum dei / vinum enim est in iocunditatem creatum non in ebrietatem Eccli. 31 / sed inebrians se vino abutitur Et ergo secundum Aug. li. de salutaribus documentis Bibas non quantum gula cogit sed quantum nature imbecillitas postulat / Ne igitur quod ad medelam corporis nostri tributum est ad perniciem deputemus Basilius quoque secundum eundem / li. ad sacras virgines Ebrietas ab anima divina incipit et flagiciorum omnium mater est culparum materia radix crimina origo omnium viciorum turbacio capitis subversio sensus tempestas lingue procella corporis naufragium castitatis / amencia temporalis insania voluntaria ignominiosa languor male sana debilitacio turpitudo morum dedecus vite honestatis infamia anime corruptela Ebrietas ut quotidie cernimus amplarum familiarum quam plurimos labefacit et curam gubernacionis destitutos parentum amorem quorum suorum bonorum quia aggregata atque ingenti precio parata mille modis dethesaurizant / Ebrietas in utroque sexu cuncta mala que apparent gignit et nephanda committit. timorem dei aufert futurum dei iudicium de corde sed eius tollit Regna celestia appetere denegat. Temulento quod tempus fuerit dies surripit deponit sum non remittit et cum illud poscat non mente nec oculus continet et alia multa mala facit quae comprehendi non possunt per ebrietatem quam plurimi plurime quia astro pro oculos proprio comprehendunt et sui obliti amissis honoribus ignobiles remanserunt et sedibus patrum propriis fugati vita non ubi suspensit sunt fuerunt. Per eam fortes ab infirmis elisi sunt et in morte quam plures ictu inhabiles prostrati / et invicti ipsi per ebrietatem superati sunt et sumptus iugo subacti / quam plures urbes diu obsesse nec capte custodibus ebrietate sopore dormiente convicti sunt et hostibus patefacte sunt / et incendiis cremate. Multa quidem sunt et alia nephanda vicia quibus per ebrietatem quasi sepultis hostibus patefacte sunt / et incendiis cremate ... Tercio 3o Inebriati sunt ... Ebrius quippe quod patitur nescit Absinthio ergo ebrius est ... amore me absinthio ... Unde Greg. unus mor. dicit / Ebrius quippe quod patitur nescit ... laborum amaritudinem qua tolerat putat ... assumpto romis est alienus ... quod sustinet leve deputat / labores amaritudinem qua tolerat ... ignorat quia in quo delectabilis ad cuncta ducitur in quibus penaliter fatigatur et cum hoc pro deum inebriatus absinthio debriatur et sic quod suppressit amarum est / et tamen non intelligit eandem amaritudinem qua repletur / Sic est de voluptate carnis et pro ea laboratibus quia et amara sunt quae pro ea tolerat / et tamen eandem amaritudinem terrene cupiditatis quam insaciabiliter ebrietatis ignorat Job 30 Esse sub sentibus delicias putant / Osee 10 Effraym vitula docta diligere triturare ... vitula tritura laboribus assueta / relaxata plerumque ad eundem laborem usum eciam non compulsa venit / Sic et de voluptate carnis Est et ebrietas pernicies errorum alienatis et parentis intellectum. De qua loquitur hic in litera dicit Et inebriati sunt id est quod est et ebrietas pernicies errorum ... de vino prostitucionis eius id est de terrenorum bonorum vel inebriati facti sunt qui habitant terram id est qui terrena plus quam celestia curant ... Ita ebrius nec timet aut sentit ita terrenis amore vel carnali delectacione quae multos ita inebriat et infatuat quod sicut ebrius nec timet nec penas timet nec flagella divina sentiunt. ps. 28 Nescierunt per ebrietatem inherentes inmoderato amore nec penas timent nec flagella divina sentiunt. Prov. 23 verberaverunt me et non dolui traxerunt me et non sensi Vel de vino prostitucionis id est que maxime fornicacionis ut dicit glo. In quo tanta corruptela ... absorpti sunt a vino errarunt in ebrietate nescierunt videntem ignoraverunt iudicium / Prov. 23 verberaverunt me et non dolui traxerunt me et non sensi ... quos mores sunt volunt imitari secundum id poete Regis ad exemplum totus componitur orbis Et pueris ergo maiorum quos ... ideo dicit Iohel primo Expergiscimini ebrii et flete et ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. quod dicit primam agite qui inebriati estis de vino prostitucionis id est carnalis delectacionis ... Et abstulit me in desertum in spiritu. Super quo dicit hay. Et sequitur 3a particula in qua ponitur beati Iohannis sublimacio cum dicit Et abstulit me in desertum in spiritu Super quo dicit hay. quod hic ostenditur magis quia sed ... beatus Iohannes non in corpore vidit sed in spiritu id est in mentis intellectu. Super primo dicit in spiritu. Ubi de hoc quod hic ostenditur ... quia assumpsit in spiritu dicit elevacionem ab ... et hic in desertum id est in corda reproborum ... ergo quia mergitur dicit abstulit me in desertum id est infimis non depressionem ad yma / sed corda reproborum sunt in infimis ergo ... alium deum omnipotentem id est corda reproborum / dicit secundum hay. quod desertum in sacro eloquio sunt alii celum alii mentes sanctorum alii deum omnipotentem et alii corda reproborum / dicit enim desertum ipsum celum Luc. 15 ... dimittit 99 in deserto et vadit ad illam que erraverat querere. Super quo Greg. omelia ... quod illas nonaginta novem dimittit in deserto et vadit ad illam que erraverat querere ... quod desertum dicit quasi desolatum et sic celum / quod tunc homo deseruerunt qui peccaverunt ... desertum sunt corda sanctorum elevata in contemplacione sua secreto contemplacionis secundum id ps. Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine id est in secreto mentis ... in solitudine sue mentis ... sic removent se ab omnibus istis seculi curis et efficiuntur ab hiis solicitudinibus desertum / in solitudine sue mentis

ab actibus secularibus vacantes ysa. 41 ponam desertum eius quasi delicias. Item desertum dicitur deus ipse. Jeremie 2° numquid solitudo factus sum
Israeli. Similiter ix Quis dabit me in solitudine diversorium viatorum. Item desertum dicuntur corda reproborum a deo derelicta. ysaie
xl vox clamantis in deserto. Iudice cum venit desertum terra quos deus corripit per graciam non inhabitat. Job 2° ventus vehemens
irruit a regione deserti. Super quo Gregorius 2° moralium Regio deserti cor est infidelium quod dum conditor deserit nullus inhabitator colit.
In hoc ergo loco secundum Haymonem desertum intelligere debemus corda reproborum absencia divinitatis vacua. Johannes ergo gerit hic typum
ecclesie vel predicatorum qui ducitur in desertum quando sive per intuitum inspiracionis sive per predicacionem sive per meditacionem consideracionis trahitur
ad considerandum reproborum corda et opera et consequenter sequencia supplicia. Dum scilicet propter eorum opera prava instantem illorum considerant
dampnacionem futuram. Jeremie 4to Aspexi terram et ecce vacua erat et nichil. Et sic dicitur quasi deserta est omnis terra 2° ... ad ob...
est enim sensus Et abstulit me id est sustulit in spiritu id est in spirituali visione seu intellectuali in desertum id est in reproborum corda deo desertorum. Hoc est
illuminat me spirituali luce ad videndum et cognoscendum reproborum mala quos deus iuste deserit quia prius ab eis fuit desertus.
Bernardus super cantica ultra est in recessu primum in introitu invitat ergo Johannem angelus ut veniat et videat dampnacionem
id est dampnacionis magne meretricis id est perfide civitatis quia cuncti predicatores dampnacionem omnium reproborum suis auditoribus ostendere conantur
quando dum malos in hac vita florere sed quam conspiciunt ... quod eorum prosperitatibus multi corrumpuntur. Dum attendunt que mala eis
immineant. Unde dicit apostolus Phil. 2° multi ambulant quos sepe dicebam vobis nunc autem flens dico inimicos crucis Christi etc.

Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemie habentem capita septem et cornua decem
Et mulier erat circumdata purpura et cocco et inaurata auro et lapide precioso et margaritis habens poculum aureum
in manu sua plenum abhominacione et inmundicia fornicacionis eius Et in fronte eius nomen scriptum misterium
Babilon magna mater fornicacionum et abhominacionum terre Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum
et de sanguine martirum Jhesu. Et est 2a particula prime partis huius capituli in qua ponitur visio et descriptio mulieris meretricis dampnande.
Circa quam describit quantum ad mores. 2° quantum ad sedem. 3° quantum ad vestem ibi Et mulier erat
circumdata etc. 4to quantum ad officium id est habens poculum aureum etc. 5to quantum ad signum scilicet nomen in fronte scriptum id est Et in fronte etc.
Quantum ad primum dicit Et vidi scilicet ablatus in spiritu hoc est visione spirituali mulierem id est omnium malorum congregacionem que dicitur mulier
propter vite molliciem et fallendi facilitatem. ysaie 19 In die illa erit egyptus id est mundus quasi mulieres. Et Naum ultimo Ecce
populus tuus mulieres in medio tui. Unde Haymo comparat vocat mulierem quam paulo superius appellat meretricem scilicet omnium malorum collectionem
que bene mulier dicitur quia a mulieris peccati principium est mundi per quam et ut scriptura testatur morimur omnes. Sedentem id est innitentem et
quiescentem super bestiam id est diabolum. Sicut enim civitas Christi super Christum est edificata ut in evangelio cum viro sapienti
qui edificavit domum suam super petram sic civitas reproborum super diabolum ut Haymo. Bestiam inquam coccineam id est sanguine
sanctorum cruentatam unde figuratur per equum ruffum supra 6to et per draconem ruffum supra 12°. Plenam nominibus blasphemie scilicet quia
nulla pars a blasphemiis vacat. Opere enim ac voce deum ac suos eius blasphemat quia dicit mala que facit deo non displicere
et si magis placere quod est maxima blasphemia secundum Richardum. Ezechielis 8 Ecce omnis similitudo reptilium et animalium abhominacio et
universa ydola domus israel. Habentem capita septem id est universos reges. Et cornua decem id est universa regna. ut patet ut Haymo
Supra 12° et ibi de hoc. Et quidem dicitur qualiter dicitur mulier id est perditorum multitudo sedere super bestiam id est diabolum cum ipsa mulier
sit sedes diaboli. Supra 2° dicto ubi habitas ubi sedes est sathane. Et infra 16 sedes facta est habitacio demoniorum. Et supra
16 effudit fialam suam super sedem bestie id est collectionem malorum. Item ipse est rex super omnes filios superbie Job ult.
Et ipse est caput malorum ut dicit Gregorius 14 moralium. Non ergo sedes malorum ut videtur cum sedes sit inferior sedente et
ei subiecta. Dicendum quod diversis consideracionibus et respectibus diabolus dicitur sedere super collectionem malorum et econtrario. Nam propter ipsius
dominacionem super malos et mansionem habitacionem in eis dicitur sedere super eos ut obiectum est. Nichilominus tamen collectio malorum dicitur
sedere super diabolum propter fundacionem super eum et quia diabolo ducente feruntur ad peccatum et ipso suggerente et stimulante. Unde
Haymo Super bestiam hec mulier sedet quia diabolo ducente prona fertur ad peccandum. Cum enim quis pergit ad malefaciendum
ut ad interficiendum servum dei vel ad spoliandum ecclesiam vel concremandum prout heu modo faciunt heretici et qui sunt eis iuncti
diabolus eum portat cui ipse insidet unde per equum ruffum figuratur ut dictum est supra 6to Dicit autem bestiam coccineam id est
diabolus eum portat cui ipse insidet ... quod ad omne corpus eius refertur sive propter innumerabilia peccata quibus est cruentatum sive propter innumerabilem
secundum Haymonem tamen ad diabolum quod ad omne corpus eius refertur ... sanguinem sanctorum quem effuderunt a primo Abel iusto usque ad ultimum occidendum. que fecerunt et facturi sunt diabolo
suggerente. Ezechielis 9° Fac conclusionem quia terra plena est iudicio sanguinis et civitas plena iniquitate id est subditur
plena nominibus blasphemie quia voce sua et opere deum et eius suos blasphemat Et secundum Haymonem magis hec fiet
postquam ille dampnatus homo regnare ceperit qui se Christum dicet esse cum sit antichristus. Tunc enim omne corpus illius maiore
deum blasphemabit quia omnia que fuerunt ante se dicet fuisse contraria affirmans Christum fuisse antichristum et apostolos illius
pseudo apostolos et antichristi ministros et quecumque modo tenemus in veritate totum ille cum membris suis negabit et mendacium
fuisse dicet. Ideo subditur Habentem capita septem et cornua x. per septem capita prout supra 12° dictum est omnes reges
mali qui fuerunt ab exordio mundi usque ad finem seculi designantur quia numerus septenarius universitatem solet representare per
decem autem cornua omnia regna diabolo et antichristo subiecta. Unde dicit Daniel vii° Bestia quarta quarta erit regnum in terra quod
maius erit omnibus regnis. Porro x cornua ipsius regni x reges erunt quos videlicet hic apertius in septem bestie capitibus
ac x cornibus commemorat. Nam et ipsi reges et regna sunt pars bestie quia Christum voce blasphemant et opere unde ibi
Johannes in epistola sua dicit Omnis spiritus qui solvit Jhesum in carne venisse ex deo non est et hic est antichristus de quo audistis
quia veniet et nunc iam in mundo est. Et ibi Nunc antichristi multi facti sunt. Et secundum Haymonem Non mirum si hic dicit vii capita
quot x cornua cum mulier meretrix et aque multe et bestia hoc totum unum corpus esse ostendatur propter enim diversitatem scelerum
nunc in septem bestie capitibus nunc in x cornibus ipsa bestia dividitur que et fraude decipit et vi premit.

ubi visio corporalis videri non potest

vel vii dicta capitalia et decalogum impugnant

Per hoc etiam quod erat induta purpura, per hoc pretendit se esse virtute regiam que est pietas et clementia, quibus meretur veniam. Et coccino, quod est sanguinei coloris, et per illud mulier crudelitatem in effusione sanguinis bonorum. Unde glossa: Circumdata erat coccino quia occidit nolentes acquiescere [illegible]

In virtute scilicet per apertam potentiam. Item significat vero et pinguis mediacibus ac seductione inquit ipsos per ypocrisim prelate virtutis et se sedetur destructo mulier predicte quantum ad habitum vel vestem cum dicitur Et mulier id est malorum collectio que dicitur mulier propter vite mollitiem et seducendi facilitatem quia sunt habiles ad decipiendum active et passive. Naum. Ecce omnes munitiones tue sicut ficus cum grossis suis si concusse fuerint cadent in os comedentis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui. Erat circumdata purpura et coccino id est inani gloria. Dicitur enim vel collectio malorum studet circumdare gloria et divitiis et ornamentis sicut ille pauper Luc. 16. homo quidam erat dives et induebatur purpura et bysso. Purpura enim vocatur a puritate ut dicit Ysidorus libro 19 c. 18. Et inaurata auro id est veste regali aut gemmis et lapide precioso id est carbunculo et margaritis sive ornatibus quibus quidem, cum dicitur de muliere forti in figura ecclesie Prov. ult. Byssus et purpura indumentum eius, et in Ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato etc. qualiter dicitur esse vestita mulier Babilonica. Dicendum secundum Bedam et Haymonem simpliciter quia ea que habet ecclesia in veritate, dicitur ille mulier hic simulate et decepcionibus usurpare. Purpura namque regum est indumentum et tingitur sanguine piscium marinorum per purpuram ergo qua mulier ista induebatur fictum regiminis prelati designatur. Ecclesia namque habet purpuram et coccinum id est regiam dignitatem quia habet regem Christum et habet eos qui se reges pluribus esse et ipsa ecclesia regnat per Christum; est enim genus electum et regale. 1 Pet. 2. Sed ista mulier meretrix hec est omnis multitudo malorum dicitur se habere purpuram cum non habeat id est fingit se habere reges sicut fuit Nero Domicianus et ceteri malorum principes qui divicias habent similiter quia malorum nos illiciunt. Sunt sed hii tales non sunt reges quia neque se neque alios bene regere potuerunt quin potius et ipsi magis fuerunt et alios suo malo exemplo ad vicia perpetranda traxerunt. Habet quoque ecclesia vestem inauratam id est sapienciam sive caritatem de qua dicitur Proverbiorum 8 et 16 accipite sapienciam sicut aurum. Et in Ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. Ita et hec mulier meretrix dicit se esse sapientem et gloriatur in libris philosophorum et in humana sapiencia. Ubi cum tamen sit stultissima quia negligit quod in futurum prospera succedere debeant. In lapide vero precioso et margaritis sunt virtutes sanctorum scilicet fides spes et caritas humilitas mansuetudo pacientia et similia quibus ornatur fideles. Cum quibus ornamentis non sola habeat ecclesia fallaciter sed intelligentiam hoc perversa mulier usurpare ut quos non potest per potenciam trahere ad errorem decipiat tamen per prelatorum sanctitatem per sapientiam fallacem per virtutum apparenciam et versipellium fraudes. Unde glossa: Mulier erat circumdata purpura qua reges vestiuntur et amicam dicet se reges ut liberius decipiat. Erat eciam circumdata coccino per quod significatur prelata compassio miserorum quam se fingeret habere cum tamen sint inique. [Intus autem sunt lupi] rapaces propter quod dicit dominus Matth. 7 Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Per aurum vero designatur sapientia divina, quam se mentiuntur habere, per lapidem preciosum pacientia, quam se pretendit contra haberi cum tamen non habeant in veritate, per margaritas diverse virtutes quas se iactabant meretrices habere; per hec etiam designatur luxus et fastus reproborum in preciositate et ornatibus vestitorum Ezech. 16 vestita es bysso et polimita. Et sequitur ibidem Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es etc. Et ideo plures seducunt et puniunt; dicit Matth. 24 Multi venient in nomine meo dicentes quia ego sum Christus et multos seducent. [illegible] quod in sacra scriptura quadruplex purpura reperitur, scilicet caritatis interioris, honestatis exterioris, maiestatis superioris et prosperitatis seu dignitatis inferioris. Prima est indumentum sponse Prov. ult. Byssus et purpura indumentum eius. Byssus est castitas, purpura caritas. Induitur honestas. Purpura enim que est ignea sicut fervorem caritatis et ardorem sanguinea martirium et vigorem pacientie. Rosea ruborem verecundie. Que sunt interiora anime indumenta, quia sicut dicitur Cant. 3 Descensum purpureum media caritate constravit propter quod de hac interiori purpura dicitur Ecclesiastici 45 quod stola sancta erat de auro iacincto et purpura. Stola enim est gracia que ex sanctis dicitur stola prima, que continet aurum splendentis sapiencie, iacinctum fulgentis sapiencie et purpuram ardentis amicicie. Secunda purpura est honestatis exterioris. Conveniens enim erat deum esse totum purpura fulgida admirabilis et honesta. Unde secunda purpura est honestatis exterioris. Conveniens enim [illegible] indumentum tunc cum figurabatur in multis ubi dicitur quod altare quod iacinctus et purpura de insulis elisa facta sunt operimentum tuum [illegible] debebat portari debebat induere et involvi purpureo vestimento. Ad denotandum quod si volumus esse altare dei purpureo vestimento conversationis honeste debemus vestiri. Dan. 5 Indutus est Daniel purpura. Tercia purpura est maiestatis superioris scilicet glorie paradisi. Purpura enim non concedebatur nisi regi et amicis eius ut dicitur Dan. 5. Sic gloria eterna non datur nisi propriis angelis et beatis. Unde dicitur in sancta prima Machab. 10 quod rex iussit spoliari Ionathan vestibus suis mortalibus et terrenis, induit eum vestibus immortalitatis glorie et maiestatis. 1 Machab. 10 quod dedit ei rex potestatem bibendi in auro et esse in purpura et habere fibulam auream. Ita deus in patria eterne sapiencie poculo recreatur quod est bibere in auro. Superne eminentie titulo decoratur quod est esse in purpura. Interne amicicie vinculo colligatur quod est fibula aurea. Et ideo de quolibet sic purpurato potest dici id quod dicitur de Mardocheo qui fulgebat vestibus regiis coronam auream portans in capite suo amictus pallio iacincto Hest. 8. Quod dicitur de Mardocheo qui fulgebat vestibus regiis coronam auream portans in capite suo amictus pallio iacincto et ista in alia est [illegible] gloria indui, et ista est hodie personarum. Quarta purpura est dignitatis seu prosperitatis inferioris, et ista non aliud est quam gloria mundi. Et ista est hodie personarum [illegible] truculentum scilicet superborum et crudelium, gulosorum et voracium, immundorum et carnalium. De primis patet in Iudith [illegible] de Holoferne superbissimo qui sedebat in conopeo quod erat ex purpura. De 2o patet Luc. 16. Homo erat dives et induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. De 3o dicitur in littera quod mulier meretrix mater fornicacionum erat circumdata purpura etc. Et subdit describens predicte mulieris quantum ad officium cum dicitur habens poculum aureum in manu sua id est prelatos plenum abhominatione et immundicia. Iere. 51 Calix aureus Babilon inebrians omnem terram. Sanctitatem pretendit continue cum sit intus plena et per ypocrisim fingit ut facilius hominem decipiat. Quod ergo prelatos secundum Haymonem quorum prelatis sanctitas se per ypocrisim fingit ut facilius [illegible] poculum aureum. Dicitur Matth. 23 Ve vobis qui similes estis sepulcris dealbatis ad iudicium formacionis quorum bibulum continet. Habens poculum aureum in manu sua id est in [illegible] gloria designatur, que dum pulcra esse temporalia ostendat stultas mentes in sua [illegible] mortem per aureum poculum. Hec aurea pocula prima parens nostra sponte [illegible] cupiditate bibit. Ut speciosa temporalia appetat et invisibilia pulcra contempnat. Hic aureus poculus prima parens mea sponte [illegible] sua debriata est de qua veritas historica dicit quia cum vetitum lignum concupisset vidit quod esset pulcrum visu aspectuque delectabile et comedit etc. per visum exterioris pulcritudinis. Sicut intus rectitudinis amisit. Ve sicut gloriam per poculum aureum significat [illegible] quam ista mulier dicitur habere in manu sua quia multitudo reproborum quia per mulierem designatur divinam scripturam qua fideles potantur ad salutem, quam ista mulier dicit habere in manu sua multa faciet contra de hiis que dicit scriptura. Precipue tempore antichristi multa credentes facit ut ad licitum in operacione sua multa faciet contra de hiis que dicit scriptura, quia ea sicut voluerit quod nullus eis audebit contradicere sub pena mortis. Ve dicitur scripturam habere in manu sua id est in potestate quia exponet eam sicut voluerit quia nullus eis audebit contradicere sub pena mortis. Dicitur cum plena abhominatione id est errore et falsitate secundum corrupcionem per quibus digna est abhominatione. Hec est abiectione dicitur cum plena abhominatione id est errore et falsitate secundum corrupcionem mentis et corporis quam docebunt. Illa enim immunda est docebunt aperte et immundicia fornicacionis id est immunda fornicacione tam mentis quam corporis quam docebunt. Illa que in nobis est docebunt aperte et immundicia fornicacionis carnis et fornicacionem a deo prave exponendo scripturas sicut illam quod est corporis occulte. Hic ergo repleti docebunt immundiciam carnis et fornicacionem a deo prave exponendo scripturas. Iob 3 Pannus eius in utero illius vertetur in fel aspidum. Super quo Gregorius 14 moralium dicit quod pannus, scripture sacre intellectus.

Unde Crisostomus super Matth. 23 de opere imperfecto: Omnes species virtutum quas habent servi dei in veritate, possunt habere et servi diaboli in simulacione. Sicut enim diaboli et mansuetos et humiles et castos et elemosinarios et ieiunos et omnes species boni quam habent dei ad salutem hominum ipsas ipsi et diaboli introducunt ad seductionem, ut inter bonos et bonorum simulatorum confusio fiat, ut simplices homines qui boni veri et boni simulati discernere intelligere ante non possunt, qui querunt bonos dei veros incurrant in seductores diaboli. Solam caritatem spiritus immundi non possunt imitari etc. Per hec etiam designatur luxus et fastus reproborum in preciositate vestitorum et ornatuum. Bernardus: Nos consumimus in studio preciosarum vestium tempus quod si hec culpa non esset, nullo modo Iohannes de vestitu suo appetitu laudasset et nequaquam petrus feminas a preciosarum vestium appetitu compescuisset. Non in veste preciosa, non in tortis crinibus vel auro vel margaritis. Item subtilium preciosarumque vestium cultus culpa non esset, nequaquam sermo dei tam vigilanter exprimeret quod dives purpura et bysso indutus torquetur in inferno. Nemo quippe vestimenta preciosa nisi ad inanem gloriam querit, ut honoracior ceteris esse videatur. Nemo enim vult preciosis indui ubi non possit ab aliis videri. Vide de hoc Bernardum Thomam in 2a 2e q. 169. Ezech. 16 Vestita es.

Unde de senatoribus romanis dicitur 1 Machab. 8 quod nemo induebatur purpura id est nemo assumebat dignitatem dignitatis ut magnificaretur in ea, quia purpura vtet.

Ecclesiastici 3o Sunt ipsi ut ibi exposui est

Unde Crisostomus vide in ingenue

Purpura

no mquit accipit que mente resistit et qui bonum opus vincere plet sed plerumque ypocrita dum doctrine verbo ad correctionem studet bonus medicus esse ... ipm pure intelligit quod male agit, tum in carnis defectus labitur ... et ut si de felle appetitum ... de pane monat et in doctrina sua morte tenet quia in verbis vite vitam non quesivit ... ita sunt filiacionibus operti potent tum a fidelibus agnosci quia habent signum aqd mai tu electis ... opertum reprobis Et non subbr de sponso pdicte mulieris qui ad signum tum dicitur Et in fronte eius nomen scriptum etc. ad tunc sic ... quid est frons mulieris et quid dicitur nomen scriptum et qualiter dicitur misterium Et ad hoc dicendum ... quia per frontem mulieris manifestacio designatur operis. Secundum quod salvator ait ex fructibus eorum cognoscetis eos. Nam quia mulier ista meretrix i multitudo reproborum per ypocrisim simulat se esse quod non est i ostendit se poculum aureum habere in manu tum sit plena abhominacione et inmunda fornicacione ... non ne superstitionis errorum palio simulacionis fallat incautos quo titulo frontis sollicita redditur cum ubi Babilon i confusio scribitur ... licet placacione virtutum se mulier ornet, tum in fronte i in manifesto habebit nomen scriptum Babilon i confusionem ut iniquitas eius agnosci possit in manifesto Et quia non omnes cognoscunt ... scriptum misterium. Misterium quippe dicitur res occulta in qua aliud videtur et aliud intelligitur Et quia opera Babilonis simplicioribus qui non possunt eam intelligere misterium est quia occulta sunt eis ... a multitudine reproborum ... perfectioribus vero qui opera Babilonis cognoscunt, nomen in fronte scriptum est ... nomen eius dicitur scriptum in fronte sed tum misterium quia ... apto ostenditur ... at in misterio claudit Et patet ... ignominiosum epitaphium et obprobriosum titulum collectionis malorum Babilon pr confusionis magna propter reproborum multitudinem vel scelerum enormitatem Mater fornicacionum et abhominacionum terre propter malorum originem et ... pravitatem Nam 3° propter multitudinem fornicacionum meretricis speciose que vendidit gentes in fornicacionibus suis etc. 3° polluisti terram fornicacionibus tuis Ezechiel 23 denudavit fornicaciones suas discooperuit ignominiam suam Sic ergo electi dei habent signum dei in frontibus suis supra vii Sic reprobi et eorum collectio habent signum ignominiose confusionis in frontibus suis Quorum frons est obprobriosa ut dicitur hic Est et inverecunda Jeremie 3° Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere Est et indurata Ezechiel 3 domus Israel attrita fronte est et duro corde et non eorum mala sunt apte reprehendenda et qui impedere ... ibidem dabo frontem tuam duriorem frontibus eorum ... peccati inicium fuit adulterio sapientie ... memoria ... mors intravit etc. Quare dicitur quod Babilon est mater fornicacionum. Dicendum quod dyabolus sicut adulter semen peccati effudit sed mulier velut adultera semen eius in prima suggestione suscepit et peperit peccatum contempnens dei preceptum ... dyabolus ... decepit etc. semen peccati usque ad nos misit Ambo ergo sicut ... peccati genitores extiterunt, quia adulter et meretrix, unum corpus effici meruerunt vel sic mater fornicacionum ... imitacione et quod malo malos reliquit imitatores Sic enim semen impiorum predens intelligitur generacio, que prava imitacione ... sic semen impiorum dicuntur imitatores illorum Ideo quod Babilon dicitur imitatores bonorum ... vetera ... Sic semen impiorum dicuntur imitatores illorum ideo quia Babilon in auctores transgressionum appellatur mater fornicacionum i caput omnium malorum dando exemplum faciendi peccata Daniel ... iniquitas egressa est de Babilone a senioribus iudicibus qui videbantur regere populum Et Osee ... Audite sacerdotes et attendite domus Israel et domus regis auscultate quia vobiscum iudicium est quia laqueus facti estis speculacioni Et sicut rethe expansum super Thabor quod interpretatur lumen veniens Nam ... debet venire lumen inde sepe venit fumus ... in pastoribus dum pastor per abrupta viciorum graditur necesse est ut in precipicium grex sequatur Et quia premisit mater fornicacionum ... ostendens subdit tum dicit Et vidi mulierem ebriam i repletam vindicta de sanguine sanctorum Et hoc ... qui fuderunt sanguinem prophetarum Et gentiles qui fuderunt sanguinem martirum succederunt ... 23 ... sanguis qui effusus est super terram requiretur a generacione hac pessima Et ... pius dixit misterium esse ... quod ... qualis est Babilon in ... persecucione Vidi mulierem ebriam etc. vel sicut ... qualis est Babilon in ... sanctorum dicit vidi mulierem ebriam i ... mensuram saciatam Babilon ergo est propter confusionem magna propter elacionem mater fornicacionum ... propter sanguinis sanctorum effusionem ... ut nomine sanctorum intelligantur ... et nomine martirum ... adventum Christi fuerunt occisi ut Abel Zacharias filius Barachie et multi alii de quibus dicitur ... Regum 21 Sanguinem innoxium effudit Manasses multum nimis, donec impleret Jerusalem usque ad os ... 23 Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas et ex illis occidetis et flagellabitis ut veniat super vos omnis sanguis i vindicta effusi sanguinis iusti qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti usque etc. ... adventum Christi propter fidem eius et testimonium sunt occisi ut Stephanus Petrus Paulus Laurencius et alii multi de quibus dicitur ad Hebreos ... lapidati sunt secti sunt in occisione gladii mortui sunt ... testimonio fidei probati inventi sunt. Et bene dicitur mulier ebria de sanguine istorum quia sicut ebrius tum multum bibit et ... sitire ... occidendi ... siti desiderium habet bibendi tum appetitum bibendi non amittit Sic reprobi tum multos occidant ... occidendi ...

Et miratus sum cum vidissem illam admiracione magna. Et dixit mihi angelus Quare miraris Ego tibi dicam sacramentum mulieris et bestie que portat eam que habet capita septem et cornua decem. Bestia quam vidisti fuit et non est et ascensura est de abysso. Et in interitum ibit Et mirabuntur inhabitantes terram quorum non sunt scripta nomina in libro vite a constitucione mundi. videntes bestiam que erat et non est Et hic est sensus qui habet sapientiam. Septem capita septem montes sunt super quos mulier sedet et reges septem sunt quinque ceciderunt unus est et alius nondum venit et cum venerit oportet illum breve tempus manere et bestia que erat et non est. et ipsa octava est. et de septem est et in interitum vadet

Hic ponitur ... in qua ponitur visionis revelacio, sive exposicio intellectualis superius posite visionis, Et dividitur in tres partes ... videntis admiracio ... angeli de admiracione inquisicio ... Et dixit mihi angelus Quare miraris etc. Tercio visionis exposicio ibi Bestia quam vidisti fuit etc. Circa primum dicit Et miratus sum, cum vidissem illam. scilicet mulierem meretricem que est reproborum collectio sic ... et ... qualitatem admiracione magna ... de modo loquendi Nam admiracio est timor ... ymaginacione ... vide ... tum fuit timor. ergo ... admiracio ... collectio malorum ... plena

Sic et ... sancti ... reproborum ... corporis ... in ... quod tor... ... angeli quo possit queri de modo loquendi Nam etc. supra

Job 21 Quare impii vivunt sublevati sunt confortati quam divitiis semen eorum permanet coram eis propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum. Domus eorum secure sunt et pacate non est virga dei super illos. Bos eorum concepit et non abortivit vacca peperit et non est privata fetu suo etc. Et Je. xii

Sed vendentes Christum qui nobis factus est iustitia sunt iudices spirituales et seculares. Christum qui est iustitia in iudicio vendentes. Ita quod nescientes ... non possunt intendere innocentem tueri et protegere et culpam commissam punire, sed odio vel favore, amore vel timore pervertunt. Christum vendere videtur. Hiis enim quatuor modis iudicium pervertitur. Favore, dum amico vel propinquo propter carnale amorem contra iustitiam ... amicum prestare contendit. Odio, dum ad quoslibet adversarium suum ipsum demittit, sinceram iustitiam illius in amicum ... dampnacionem ... Dum precio animus iudicis corrumpitur. Timore, dum metu potestatis aliquis veritatem loqui pertimescit. Hiis modis pervertitur iudicium, quod constitutum est ut innocentia protegatur. Tercio Christus est iustitia, que principaliter in sacris et spiritualibus bonis nobis communicatur. Ideo omnes symoniaci Christum vendunt. Symonia vero secundum Hostiensem est collacio vel recepcio rei spiritualis vel spirituali annexe pacto precedente pecunie, seu muneris, favoris vel cuiuscumque commodi temporalis. Et si diffinitio singulis que conferuntur in ecclesia applicetur, pauca a labe symonie immunia reperientur. Modo enim in ecclesia dei nichil spirituale vel spirituali annexum gratis ut debet confertur, sed omnia fere cum pollutione dantur vel ex actione pecuniarum conferuntur. Nichil itaque gratis datur, non ordines, non beneficia, non dignitates, non denique recepciones in collegiis, collegiis vel religiosis, in quibus statutum est quantum quisque pro ingressu suo debeat solvere. Et quod symoniacam pravitatem sapiat, lippide videbit qui luculenter advertit quid sit symonia. Quarto Christus est redempcio nostra. Christus enim mortuus est iustus pro iniustis et semetipsum deo patri offerens nostram disposuit redempcionem. Ad Romanos v: Christus cum adhuc infirmi essemus pro impiis mortuus est. Et sequitur: gloriamur per dominum Ihesum Christum per quem reconciliacionem recepimus. Hii ergo vendunt Christum qui passiones eius ... ne non recogitantes, ingrati sunt de beneficiis eius, cum tamen dicatur ad Hebreos xii: Recogitate eum qui talem sustinuit adversus semetipsum contradictionem etc. Et qui libenter pro modica delectacione se dyabolo subiciunt, de quibus ad Hebreos vi: Rursum crucifigentes filium dei. Et qui in modicis tribulacionibus a caritate dei deficiunt et a confidencia. Ad Hebreos xii: Nondum usque ad sanguinem restitistis, pro peccato repugnantes. Unde dicitur ad Hebreos x: Nolite amittere confidenciam, que magnam habet remuneracionem etc. Et erit cubile draconum et pascua struccionum, onocentauri et pilosi clamabunt alter ad alterum. Ibi cubabit lamia et invenit sibi requiem. Ibi habuit foveam ericius et nutrivit catulos suos. Illuc congregati sunt milvi, alter ad alterum. In dracone qui maior est serpentum designatur superbia, fastus et elacio prelatorum. In struccione negligencia ... corporis. In onocentauro rancor ira odium. In pilosis vero qui sunt demones incubi et succubi ... notatur lascivia, luxuria, fornicacio precipue clericorum. In lamia que fetibus propriis minatur invidia detractio contencio ... ex quo oriuntur falsitates testimoniorum, delacionum et accusacionum. In ericio spinoso cupiditas, avaricia, symonia ... In milvo vero qui voracissimus est gula, castrimergia, ebrietas et omnis ingluvies, sicut predictum est. Ex quo patet quod ecclesia malignancium pene omnia monstra continet Babilonice civitatis. Cave quia Babilon ista sperat quod constat ex multitudine reproborum etc. Ut supra.

Et audivi aliam vocem de celo dicentem: Exite de illa populus meus, et ne participes sitis delictorum eius, et ne de plagis eius accipiatis, quoniam pervenerunt peccata eius usque ad celum et recordatus est dominus deus iniquitatum eius. Declarata descripcione ancelli denunciantis civitatis Babilonice casum sive dampnacionem, et expressa casus sive dampnacionis eius causa, sub racione quam subiungit de egressu a societate Babilonica salutarem admonicionem. Et primo ponit ipsam admonicionem, secundo admonicionis racionem ibi: Quoniam pervenerunt peccata eius etc. Circa primum dicit: Et audivi, id est intellexi, aliam vocem, id est divinam inspiracionem, de qua propheta dicit: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Que dicitur alia, scilicet a precedenti, quia illa fuit de ... casus Babilonice civitatis, ista de admonicione fidelium ut recedant ne sint participes in peccatis. Unde Haymo: Vox ista vox intelligitur dei omnipotentis, que quotidie clamat hortans electos, sive per internas inspiraciones sive per sacram doctrinam seu predicaciones, ut exeant de Babilone. Et illa voce que fit in aure per officium predicatorum audiunt boni simul et mali. Illam vero que fit in corde soli audiunt iusti. De celo, id est de ... vel de ecclesia que est causa electorum, id est domus dei. Solis, hoc est dei; sic dicitur Ysaie 19: Domus solis vocabitur una. Vel quod dicitur de celo, quia divina misteria celat infidelibus et iniquis. Dicentem: Exite de illa populus meus etc. Dicit, id est ... cum populus dei non erat ut est in societate Babilonice civitatis. Dicit secundum Haymonem quod hic admonet corde non corpore, quia populus dei non potest omnino separari a malis, sed mente. Unde ad Corinthios vi: Exite de medio eorum et separamini. Exeundum de medio eius populus meus ... statim manifestat cum subiungit: Et ne participes sitis delictorum eius. Namque in presenti vita boni cum malis corpore quidem morantur, sed tamen moribus et vita longe ab eorum consorcio distant. Atque ideo ipsa vox dei monet ut exeant de ea mente et moribus et vita, non corpore, et ne participes sint delictorum eius, ne forte fiant et socii penarum, quia si socii fuerint culpe, socii erunt tormento. Si autem ab eorum vita fuerint separati, separabuntur in pena. Et adhuc dicetur tibi supra secundo: Comedat angelus ecclesie Ephesi: Scio ubi habitas, ubi sedes est sathane. Et beatus Gregorius primo Moralium super illud Iob primo: Vir erat in terra Hus nomine Iob ... quo non est laudabile esse bonum cum bonis, sed valde laudabile est esse bonum cum malis. Et idem super illud Iob 30: Frater fui draconum et socius struccionum. Dicit secundum beatum Gregorium. Omnes vero super illud Ezechielis 2: Cum scorpionibus habitas. Unum est per quod debet vitari societas malorum, ne si forte corrigi non valeant, ad imitacionem trahant, et cum ipsi a sua malicia non mutantur ... quos qui ... fuant putant. Et ideo dicitur in Ecclesiastico vii (dicitur Proverbiorum 22): Noli esse socius homini iracundo, nec ambulabis cum viro furioso, ne forte discas semitas eius et sumas scandalum anime tue. Romanorum xvi: Declinate ab eis, et sequitur: per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Et i ad Corinthios xv: Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Et post Gregorius ... Sic enim verba perversorum audiendo quotidie sumimus in mente, sicut flando ... aer respirando ... corpore. Et sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus, ita et perversa locucio audita ... inficit animum, ut tabescat delectacione perversi operis, assidui iniquitate sermonis. Et ibi ... Exite ergo, scilicet affectu mentali, de illa, scilicet societate malorum, populus meus ... ne faciatis et imitemini mala opera eorum. Et ne participes sitis delictorum eius, scilicet affectu actuali consenciendo. Nam facientes et consencientes par pena constringit. Primo Regum xv: Discedite ab Amalech. Numeri 16: Recedite a tabernaculis hominum impiorum et nolite tangere que ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum. Ideo sequitur: Et de plagis eius non accipiatis, scilicet dampnacione finali. Qui enim talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt sed et qui consenciunt facientibus. Ad Romanos primo. Unde Haymo: Ideo videte ne participes sitis delictorum eius, ne forte cum illis peccata fuerint consummata, pariter cum illa affligi incipiatis. Ut enim ait Gregorius xv Moralium in fine: Quos similis culpa inquinat, par eos pena constringet. Mathei xiii: Colligite zizania et ligate ea in fasciculos ad comburendum. Fasciculos enim ad comburendum ligare est hos qui eterno igni tradendi sunt, pares paribus sociare, ut qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento crucientur. Quos sicut dampnacio coniungat ...

[illegible] facte dissimiliter

Utrum licitum sit pro spiritualibus pecuniam dare vel accipere

Secundum legem sunt maxime spiritualia. Nec hoc est spiritualibus gratia talia que precio non possunt estimari / dispensatores autem spiritualium parrochie
apostolus / quos oportet a populis sustentari 1 Cor 9 . Nescitis quod qui in sacrario operantur, que de sacrario sunt edunt,
et qui altari deserviunt, cum altari participant. Dicendum ergo quod accipere pecuniam pro spirituali gratia sacramentorum est crimen symonie
quod nulla consuetudine potest excusari, quia consuetudo non preiudicat iuri naturali vel divino / pro pecunia autem intelligitur omne illud
cuius precium potest pecunia estimari, ut dicit philosophus 4to ethicorum. [illegible] cum gratia est ipsam vendere vel emi [illegible] de iure sua
est quod gratis detur. Unde dicitur ad Romanos [illegible] gratia iam non ex operibus / alioquin gratia iam non est gratia [illegible] homines
[illegible] sacramentorum sunt ministri [illegible] non debent vendere vel emi nisi a deo / debent autem non debent potestatem hominibus
vendendi sacramenta [illegible] debet eis potestatem administrandi. Et ideo accipere aliquid ad sustentationem eorum qui sacris
ministrant secundum ordinationem ecclesie et consuetudines approbatas non est symonia neque peccatum. Non enim accipitur tamquam precium mercedis
sed tamquam stipendium necessitatis. Unde [illegible] dicit [illegible] duplici honore digni habeantur. Et glosa Augustini accipiant
sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a deo. Unde non est licitum aliquid dare pro missa tamquam precium misse, sed
tamquam precium [illegible] sed quasi stipendium sue necessitatis. Unde si sacerdos non [illegible] tenetur ex officio missam celebrare
vel alium de [illegible] potest accipere pecuniam pro suo labore ad sustentationem vite

[illegible] et [illegible]

Nichil fortiorem reddit mentem hominis ad resistendum viciis quam timor gehenne tormentorum et suppliciorum. Et ideo si quem
hic non potest adhuc amor dei revocare a peccatis, retrahat saltem et terreat metus gehenne, laquei mortis, dolores inferni,
ignis urens, vermis rodens, sulphur fetens, flamma tartarea et omnia mala. Unde sanctus Augustinus libro de triplici habitaculo:
Tanta bona regni celestis dici, cogitari vel intelligi ut sunt nequaquam possunt corpore vestitis. Nam multo maiora sunt et
meliora quam cogitatur vel intelligitur. Unde scriptum est quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit.
Regnum enim celeste excedit omnem famam, maius omni laude, melius et omni gloria excellencius. Sic et mala inferni
dici, cogitari vel intelligi ut sunt nequaquam possunt. Peiora quippe sunt valde quam cogitantur aut intelliguntur.
Regnum namque dei plenum lucis [illegible] claritatis, caritatis, sapientie, glorie, honestatis, dulcedinis, melodie, [illegible]
[illegible] perhennibus et aliis bonis ineffabilibus quod nec dici potest nec cogitari. Alterum vero regnum inferni plenum est tenebris,
discordie, miserie, turpitudinis, amaritudinis, doloris, sitis, famis, ignis inextinguibilis, [illegible] perhennibus.
In regno dei non invenitur nisi quod placeat, delectat et saciat. In inferno vero nil videtur nec sentitur nisi quod dis-
plicet, offendit et cruciat. Omne bonum in regno dei habundat et nullum malum. De malo habundat in inferno [illegible] et
nullum bonum est ibi. Ve igitur illis semper qui subiciunt mentem [illegible] omnia mala sine fine pro unius hore spacio delectationis.
[illegible] est multo: quisquis hic mundi caduca, fragilia et vilia carnis voluptates diligit et querit,
eterna gloria contempta, neglectis quoque regni celestis ineffabilibus gaudiis. Sed quod mirum est nimis insipiens
et miserorum [illegible] cor non [illegible] cum sane mentis pro unius diei deliciis penam eternam [illegible] eligit
et tam miseri et stulti voluptates carnis sequentes non vitant nec fugiunt intolerabiles penas, non dico centum annorum
nec mille milium sed sine fine dolore pro deliciis plus vel minus [illegible] annorum aut qualiscumque corporalis delectacionis. Propter quod
salubriter angelus admonuit et clamavit de babilonica societate dicens: Exite de illa populus meus et ne participes sitis delictorum eius.
Et subditur [illegible] admonitus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

sic elatio sublevabat quos quia non dissilivit ambitio dilatabat non dissilivit afflictio angustet et par intret flamma supplicii quos
in igne luxurie par succendit flamma peccati et ibi ultio de hoc. Et est notandum quod dicitur Et ne de plagis eius accipiatis. Sunt enim multe plage
inferni scilicet impietas caloris angustia frigoris penuria famis ariditas sitis tenebre palpabiles fetor intolerabilis. Vermes ubere
costrictio cathenarum morsus serpentium consortium demonum, ignis conspectus tedium vite, ire dissensiones blasphemie clamores timor
et pudor dolor et desperatio. De primis duabus Job 24 Ab aquis nivium transibunt ad calorem nimium quia fuerunt enim frigidi ad bonum et
ardentes ad malum. De 3a et 4ta Ysa. 65. Servi mei comedent et vos esurietis, servi mei bibent et vos sitietis fuerunt enim
crapulati et inebriati et ingurgitati ymo famelici a doctrina et audire quiverunt. De 5ta primo Reg. 2o impii in tenebris con-
ticescent. De 6ta Ysa. 34. De cadaveribus eorum fetor ascendet quia unione cum vitalis inspirare noluerunt et fetore libidinis diliguerunt.
De septima Prov. 19 Parata sunt derisoribus iudicia, et mallei percutientes stultorum corporibus. De octava Ysa. 19 sic conteretur populus iste et civitas
sicut conteritur vas figuli quia ipsi ligatis manibus et pedibus proicientur in tenebras exteriores. Pauperes enim contripserunt et verberunt
et abiectis vinculis mandatorum dei constricti sunt vinculis peccatorum suorum. De nona Deuteronomium 32. Dentes bestiarum immittam in eos
quia Eccli 39 bestiarum dentes scorpii et serpentes et rumphea vindicans in exterminium eorum. De 10a Ezech. 21 in meo incensorum
hominis. Cum hiis qui interfecti sunt gladio quia enim malicie in alios exponuerunt et dignum est ut sint consortes in pena qui sic fuerunt
consortes in culpa. Hadmoth electi per similitudinem multorum inserunt ordinibus angelorum. De 11a Ysa. ult. Vermis eorum non morietur. De 12a
super 40 In diebus illis quaerent homines mortem et non invenient. Non enim quaesierunt pacem peccatoris vel oleum in vasis suis sanctitate mentis
et omnia spiritualia vitabant eis in tedium. Ideo est una hora videbitur eis quasi spacium forte mille annorum. De 13a dicitur in psalmo
peccator videbit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet quia ex de parte impiorum quos filii qui
ipsi illos sunt in obprobrium. De 14a super 16 Mandicaverunt linguas suas per dolore et blasphemaverunt deum celi Ysa. 65 Servi
mei laudabunt per exultacione et vos per contritione spiritus ululabitis. Pacem enim dei a se repulerunt ideo nunquam inter se pacem habent.
Clamorem pauperum non exaudierunt clamabunt ergo et non exaudientur. Blasphemando quod invenerunt ideo per acerbitate pene blas-
phemabunt. De 15a Sap. 5 videntes turbabuntur timore horribili. De 16 Naum 3o Revelabo pudenda tua in facie tua quia
quia sine timore peccaverunt et peccata confiteri erubuerunt vel noluerunt. De 17a 1 Thess. 5. Tunc dolor in utero habentis et non effugient.
De 18a Prov. 11. Mortuo homine nulla erit ulterius spes. Dolebunt enim super modum quia per temporalibus et transitoriis eterna perdiderunt et desperabunt
et in vita sua non in deo sed in mundo et divitiis suis spem suam posuerunt quae tunc cessare videbunt. Ideo dicitur Johel primo Clamate
ad dominum A a a diei. Ter dicit a quia sunt horribilia ad cogitandum terribilia ad audiendum et gravia ad tolerandum. Per predicta
ista cognoscitur et per penam temporalem et evadere possumus ne eternam periamus et ideo bene dicit alibi. Exite de illa populus meus et ne participes sitis
et subditur more admonicionis cum dicit Quoniam pervenerunt peccata eius usque ad celum. Vel Richardus causam subiungit quare Babilon plagas
afficietur quia consumata est malicia eius. Et quidem qualiter peccata pervenerunt usque ad celum cum dicatur Prov. 5. Ad inferos gressus eius
penetrant. Et eccl. 7. Vie inferni domus eius. Ergo videtur quod descendunt ad inferna non pervenerunt ad celum. Dicendum secundum Hay. quod peccata
illorum pervenerunt usque ad celum qui volentes agere penam contra deum habitatorem celi elevantur quia si potuissent sic ipsum iudicium eius
voluissent eludere. Vel quia peccata clamant contra perpetratores. Gen. 4o Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et eccl. 18o
Clamor Sodomorum et Gomorreorum multiplicatus est et peccatum eorum aggravatum est nimis. Videbo clamorem qui venit ad me
si opere compleverit. Luce 15. Pater peccavi in celum et coram te. Jeremie 51. Curavimus Babilonem et non est sanata, delinquatur
eam et eamus unusquisque ad terram suam quia pervenit usque ad celum iudicium eius id est peccatum pro quo est iudicanda. Et ideo subditur in litera
Et recordatus est dominus iniquitatum eius, supplicia pro illis retribuendo. Vel Richardus iniquitates quas modo videtur pie dissimulare
vindictam retribuendo quasi recordatur. Et Hay. Recordari dicitur deus non quia aliquid pariat oblivionem sed more nostro scriptura loquitur condescendens
fragilitati nostre. Sic dictum est super Petro. Venit in memoriam ante deum et ibi dicit. Videtur enim oblivioni tradere bona iustorum
et facta impiorum quia ipsos permittit affligi illos autem honoribus et dignitatibus pollere. Eccl. in iudicio facta bonorum videbitur
ad memoriam reducere cum eos pro suis bonis operibus remunerabit et bona impiorum oblivioni tradet qui in presenti remuneracionem
acceperunt. Math. 7. Multi dicent michi in illa die domine domine nonne in nomine tuo prophetavimus demonia eiecimus et multas virtutes fecimus. Dicet illis Amen dico
vobis nescio vos. Vel in Hay. quod dicitur Eccli. 5to Ne dicas peccavi et quid accidit michi triste. Altissimus enim patiens est redditor.
Recordatur ergo dominus iniquitatum quas prius videbatur oblitus cum permittet preparari. Dissimulavit peccata hominum propter penitentiam ut dicitur Sap. 11.
Sed reprobi dei paciencia et benignitate abutuntur quia ipso dissimulante et expectante ipsi audacius peccant et ideo tempus eis datum
ad agendum penitentiam vertunt in augmentum culpe et unde divinitus expectantur inde districtius feriuntur. Job 24 Dedit ei dominus
locum penitentie et ipse abutitur eo in superbia. Eccl. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia absque ullo timore filii hominum
perpetrant mala et tamen peccator centies facit malum et per paciencia sustentatur. Ego cognosco quod erit bonum timentibus deum
Ideo quod recte Babilon nequaquam ante ad plagas pervenit nisi cum peccata eius usque ad celum pervenerunt id est adeo creverunt quod ulterius
crescere non potuerunt vel id est usque ad dei contemptum per impenitentiam vel blasphemiam vel desperacionem et peccatorum enormitatem quia quanto
nolunt a pravitatibus suis et compescant ut adhuc amplius delinquentes durius feriantur non nisi consumatis delictis depunientur.
Non ut dicit beatus Gregorius 21 moralium Cuncta omnipotens deus ad penitentiam tempus indulget quod iniquitas malicia ad usum sue intorquet iniquitatis
nimirum iusto iudicio augeri culpam permittit ut ad feriendum aliquos quosque cumulet. Sic enim de quibusdam Paulus apostolus inquit 1 Thess. 2o
Ut impleant peccata sua semper. Sic voce angeli dicitur ad Johannem in Apocalipsi 22 Qui nocet noceat adhuc et qui in sordibus est sordescat
adhuc. Sic David dicit in psalmo Appone iniquitatem super iniquitatem eorum ut non intret in iusticiam tuam. Sic rursum de deo dicitur ab
eodem psalmista Immissiones per angelos malos, viam fecit semite ire sue. Cor quippe pravorum peccatis aggravatum deus iuste permittit
etiam subsequentibus malignorum spirituum persuasionibus falli, quod dum digne in culpa tenetur reatus eius in pena cumulatur
Unde et ire sue viam de semita deus fecisse perhibetur. Clarior est enim via quam semita. Ex semita vero viam ire facere est
ire causas districte iudicando dilatare, ut qui illuminati agere recte noluerunt iuste cecati adhuc faciant unde amplius puniri
mereantur. Sic per Moysen dicit dominus completa sunt peccata Amorreorum Gen. 15. Sic per eundem Moysen deus dicit Deut. 32
De vinea Sodomorum vinea eorum et de suburbanis Gomorre. Uva eorum uva fellis et botri amarissimi. Fel draconum vinum eorum et
venenum aspidum insanabile. Nonne hec condita sunt apud me et signata in thesauris meis. Mea est ultio ut secundum aliam literam et ego retribuam eis
in die ultionis retribuam eis. Dicit Gregorius quia multa eorum mala norant et tunc ultio adveniet in tempore quo labatur pes eorum
ut labatur.

xviii plage inferni ho[?]

Et ne de plagis eius accipiatis. Nil enim [illegible] [illegible] [illegible]

sive atrocissima corp facinora destruunt et tu ad ultimus diem adhuc subsequens lapsus aspicit. Dom corp culpe cumulent habet
iam quasi unde feriri mereant si sustinet adhuc supplicij petm creste ut preuntes possit atrocior pena cruciare et ibi multa de hoc
Ro quibusdam tor. q qm aliquod regnu vel gens aut civitas facit non tn statim deus inde punit, si quoque multas civitates exspectat
ut tandem cum peta fuerunt consumata atrocius vindicet. Unde sanguis iustorum licet pacientissimus et longanimis sit deus ultionem sui
tamen expostulat. Ps. vindica dne sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Sup 6 to Usque quo [illegible] Aug li 2 contra vetus et novum testamentum
Sanguis sanctorum qui effusus est vindicari se postulat non voce sed ratione. Nam et opus opificem laudare dicitur [illegible] videtur se
oblectat. Non enim impacientes sunt electi ut urgeant fieri quod sciunt tempore prefinito futurum quod nunc anticipari petunt ut [illegible] hoc deo
volunt ondere vindicaturum deum sanguinem sanctorum suorum, ne quia paciens nunc videtur ullus putaret inique pro bello quod contra sanctos
gerunt et ut terrorem incuciat persequentibus servos dei. Si ergo diuicius expectat diuicius puniet quanto enim amplius expectat ut
corrigat tanto expectatos nec correctos iusticia districtius puniet. Ad Ro 2 Ignoras quia benignitas dei ad penitentiam te adducat
secundum autem duriciam tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et revelacionis iusti iudicij dei qui reddet unicuique secundum opera sua et
Quanto ergo mala quae in suis pessimis operibus perpetrant hec tu inde premittit occulto iudicio dei ut detestabiliores efficiantur tanto graviora patiantur
Et ut hugo dicit hic quasi specialiter de singulis babilonie membris dicitur Certum quale tue peta cumulus scilicet babilonie corporis
usque ad celum pervenerit cum novissime plene contra deum in superbia eriget qui adunata compage membrorum cum toto corpore [illegible]
capite membrorum iniquitas transgressionis eius iudicabitur quia non est ultra quo peccando transeant. Voce ergo quia dicitur Exite de ea populus
meus et ne participes sitis delictorum eius, toto quasi nunc tempore aures electorum pulsat. Sed tunc instancius clamabitur cum iam iam quasi
delictis celum tangentibus perfida civitas ad debitas suppliciorum plagas in articulo dierum pervenit. Dicitur ergo Exite de ea populus meus et
quasi diceret ut etiam verberibus cum reproba civitate non affligamini dum adhuc modicum superest preparacionis delictorum eius fugite
quia iam tunc appropinquabit quo peta debitum finem recipiant. Unde subditur admonicio de vindicte retribucione per iniuria sanctorum irrogata [illegible]
Reddite illi sicut ipsa reddidit vobis et duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit miscete illi duplum.
Quantum glorificavit se et in deliciis fuit tantum date illi tormentum et luctum quia in corde suo dicit Sedeo ut regina
et vidua non sum et luctum non videbo. Ideo in una die venient plage eius mors et luctus et fames et igne comburetur
quia fortis est deus qui iudicavit illam. Posita admonicione de egressu a societate babilonis hic subditur admonicio de
vindicte retribucione pro iniuria sanctis irrogata, quasi esset persuasio dei loquentis ad sanctos
secundum glosam unde hugo. Alloquitur hic sermo divinus illos quibus babilon hoc est multitudo reproborum mala intulit. Et dividitur in duas partes
Primo ponitur admonicio de paris retribucione pene pro peccatis que commisit ipsa babilon in alios seu contra alios. Secundo subditur admonicio
de retribucione pene pro peccatis que commisit in seipsam ibi Quantum glorificavit se etc. Circa primum dicit Reddite illi sicut ipsa reddidit vobis
Quantum ad evidenciam littere Cuius vero sit ista iussio sit ista. Sed dicendum quod est sermo divinus ut ait hugo. Cum ipse sit iudex non
debuit committere aliis penam retribuere, quia enim dicitur Deuteronomii 32 Reddam ulcionem hostibus meis. Item pater omne iudicium dedit
filio Iohannis v. Unde ergo quod in psalmo dicitur reddite illi sicut etc. Dicendum secundum hugonem quod etiam iudicabunt in suis principibus hoc dicitur
Matthei 19. Sedebitis super sedes xij iudicantes xij tribus israel. Ysaie 3 Dominus veniet ad iudicium cum senioribus populi. Proverbiorum ultimo Nobilis
in portis vir eius quando sederit cum senatoribus terre. Sed quia sepe deus omnipotens per reprobos mala bonorum purgat, ideo dicitur fidelibus
Reddite illi sicut etc. quasi diceret Sicut illa vindictam meam antea exercuit de vobis sic vos modo meam iniuriam de ea vindicate [illegible]
[illegible] 19 vicissitudinem meam reddet ei. Et ibidem 29 Reddet homini iuxta opera sua. Reddite ergo illi scilicet babiloni hoc est malorum congregacioni
que vos iniuste opprimit et affligit, sicut ipsa reddidit vobis, id est sicut ipsa vos punit iniuste, sic vos ipsam iuste puniendam iudicate
Unde pena quam sancti modo sustinent est ad purgacionem, pena vero quam minatur est ad dampnacionem unde glossa Sicut vindictam meam de
vobis qui purgamini exercuit ad salutem, sic vos iniuriam meam in illius vindicate ad condempnacionem. Non enim refert in racione flagelli
quibus puniat demon aut paganus aut malus paganus tamen operator iusticie dei est, quod occulto dei iudicio quosque paganos per
paganos quosque vero per alios paganos opprimunt flagellant aut occidunt, qui tamen divinam vindictam suis viribus attribuunt penam superbie
sue non evadunt. Sic assur exercuit virgam furoris domini, licet non agnovit quia potestatem ferienda delinquentem populum adeo recepit
Ysaie 10 et 24 capitulo Contra cuius superbiam loquitur dominus Numquid glorificabitur securis contra eum qui secat in ea aut serrus contra eum
qui trahit in ea quasi dicat Contra regentem se superbire non potest. Sic et homines impij ignorantes se esse ultores ire dei quia impia voluntate
superbiunt, mercede quippe temporalem quosque inveniunt, districtam tamen ultimus penam postea non evadunt. Quod manifeste liquet in Nabuchodonosor
rege babilonis de quo dominus ait Ezechielis 29 Ecce ego dabo nabuchodonosor pro eo quod servivit mihi apud tyrum et datam habuit provinciam
ethiopiam et egyptum. Cum autem in corde superbiens postea diceret Nonne hec est babilon quam ego condidi in robore regni mei
stati deus mutavit racionalem mentem eius ut ab hominibus fugeret cum bestiis degens ut habetur Danielis 4to. Propter quod subditur
in littera Et duplicate ei duplicia secundum opera eius. Sed quantum ad evidenciam huius littere qualiter hoc stat cum veritate cum dicitur Deuteronomii 25
Secundum mensuram peti erit et plagarum modus Et in psalmo Reddet unicuique secundum opera sua. Item Iacobi 2 misericordia superexaltat iudicium
punit enim deus citra meritum et remunerat ultra condignum, non ergo debuit duplicare duplicia. Dicendum secundum hugonem et alios expositores
quod, quia duplicare duplicia dicitur hic punire in corpore et anima, licet ipsi vobis tantum in corpore penam intulerunt nam anime nolentis
non potest nocere Matthei 10 Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Sed ne forte quis estimaret eos non meruisse
duplicem penam ista ideo subditur secundum opera eius glossa id est secundum quod ipsi peccaverunt, licet enim ipsi tantum nocuerint sanctis in corpore, tamen peccaverunt
mente et corpore id est voluntate et opere et ideo iuste in anima et corpore punientur, vel sicut ipsi mala habuerunt intencionem in persequendo sanctos
sic habeant impacienciam in sustinendo penam. Secundo duplicatur pena, quia intus erit impaciencia et extra acerbitas penarum, vel pena ignis
et frigoris Iob 24 Ab aquis nivium transibunt ad calorem nimium. Vel hoc dicitur propter eternitatem pene qua iuste puniuntur reprobi impenitentes
quia deus non tantum opera iudicat quantum singulorum voluntates et affectus. Reprobi vero si fieri posset eternaliter optarent vivere ut semper possent
peccare et ideo semper sustinebunt tormenta quia semper si fieri possit cuperent peccare eternaliter ut inquit hugo. Ysaie 40 Suscepit duplicia de
manu domini Zacharie 9 Reddat secundum duplices iniquitates et sic duplicia contra omnes Zacharie 9 duplicia reddam tibi.
Et hoc secundum opera eius, duplicia scilicet ut que duplex peccaverunt vel sibi vel aliis corrumpendo, duplicem penam cogantur sustinere [illegible]
Et ideo sequitur Et in poculo quo miscuit vobis miscete illi duplum per poculum enim tormentum passionis exprimitur, quo reprobi martires afficiunt in punitione quasi ergo diceret Sicut vobis afflictionis et tribulacionis intulit ita et vos modo illi iuste tormentum et
iudicio vestro condempnate illam ait hugo. Sed quod contrarium hoc dicit dominus precepit suis non reddere malum pro malo Ad Ro 12

nulli malum pro malo reddentes. Et ideo 1 Pet. 3. Unde ergo quod mandatur hic praecipit reddere poculum pro poculo id est tormentum pro tormento contra iniquos
iudices Babilonis, insinuat potius sententiam. Ergo Deus non debent sed iniuste cum tamen sine causa iudicio [illegible]. Ne dicas reddam malum pro malo
Prov. 20. quia est loqui de fidelibus in via. Et praeceptum est eis non reddere malum pro malo sed benefacite his qui oderunt vos et orate pro persequentibus
et calumpniantibus vos Mt. 5. Et est loqui de fidelibus ut sunt iudices contra [illegible] et auctores [illegible] gentes. Ideo [illegible] hic ut oppositum. 3
Exo. 22 Maleficos non patieris vivere. Mt. 2 [illegible] Aug. super [illegible] in quo iudicio iudicaveritis iudicabimini, non sic exponit
si iniquo iudicio iudicabunt impii quod iniquo iudicio iudicabuntur. Illa est enim iniquitas apud Deum. Et ideo hic in quo non dicit formam
sed causam ut sit sensus: In quo iudicio iudicaveritis iudicabimini id est pro eo illius iudicii iudicabimini in futuro. Hic est secundum meritum vel demeritum
retribuetur vobis in premio vel supplicio. Vel id est secundum iudicium activum quod feceritis erit passivum quod patiemini. Sic in proposito ex ista parte
non est similitudo quantum ad modum inferendi tormentum sed quantum ad ea quae inferuntur. Ut sicut ipsa scilicet Babilon intulit tormenta ita et vos
illi iudices vestro aut glo. Nec hoc est reddere malum pro malo, quod hoc non faciunt zelo vindicte vel affectu malicie sed zelo iustitie [illegible]
Pro quo nota secundum doctorem sanctum in 2a 2e q. 108 vindicatio fit per aliquod penale malum inflictum peccanti. Propter quod in vindicatione considerandus
est animus vindicantis. Si enim eius intentio feratur principaliter in malum illius de quo vindictam sumit et ibi quiescit est omnino illicitum, quia
delectari in malo alterius pertinet ad odium quod caritati repugnat qua omnes homines diligere debemus. Nec aliquis excusatur per hoc quod malum intendit
illius qui sibi malum intulit iniuste, sicut non excusatur per hoc quod odit odientem se. Non enim debet homo in aliud peccare propter hoc quod ille prius peccavit in ipsum
quia hoc est vinci a malo quod prohibet apostolus ad Ro. 12 dicens Noli vinci a malo sed vince in bono malum. Si autem intentio vindicantis
feratur principaliter ad aliquod bonum ad quod pervenitur per penam peccantis, puta ad emendationem eius vel saltem ad cohibitionem eius et quietem aliorum,
et ad iustitiae conservationem et Dei honorem, potest esse vindicatio licita, debitis aliis circumstantiis observatis. Nec ille qui secundum gradum
ordinis sui vindictam exercet in malos usurpat sibi quod est Dei, de quo dicitur Mihi vindicta et ego retribuam, Deut. 32. Sed alia lex (?)
sed utitur potestate sibi divinitus concessa; dicit enim ad Ro. 13 de principe terreno quod Dei minister est vindex in iram ei qui male agit. Si
vero praeter ordinem divinae institutionis aliquis vindictam exerceat usurpat sibi quod est Dei et ideo peccat. Notandum tamen quod ut dicit idem doctor, vindicatio
intantum licita est et virtuosa inquantum tendit ad cohibitionem malorum. Cohibentur autem aliqui a peccando qui non habent affectum virtutis
per hoc quod timent amittere quaedam quae plus amant quam illa quae peccando adipiscuntur, alias timor non compesceret peccatum. Et ideo per sub-
tractionem omnium quae homo maxime diligit vindicta peccatorum est sumenda. Haec autem sunt quae maxime diligit homo: vitam, corporis incolu-
mitatem, libertatem sui et bona exteriora puta divitias, patriam et gloriam. Et ideo prout refert Aug. 21 li. de civitate Dei, Tullius
scribit octo genera penarum in legibus esse: scilicet mortem per quam tollitur vita; verbera et taliones scilicet ut oculum pro oculo perdat, per quae
amittit corporis incolumitatem; servitutem et vincula per quae perdit libertatem; exilium per quod perdit patriam; dampnum per quod perdit divitias;
et ignominiam per quam perdit gloriam. Patet igitur quod dictum est quod poculum quod miscet Babilonice (?) in vindictam suorum malorum et
[illegible] et sempiternum [illegible] bibet de vino ire Dei et ibi de hoc. Tunc ibi Quantum glorificavit se etc. Subditur ad-
monitio retributionis pene pro peccatis quae commisit in se. Et dividitur in tres partes. Primo ponitur admonitio, secundo sue superbie replicatio ibi
Quia in corde suo dicit, tertio retributionis pene [illegible] ibi Ideo in una die venient etc. Quantum ad primum dicit Quantum glorificavit se scilicet
superbia elationis, Et in deliciis fuit scilicet lascivia voluptatis, Tantum date illi id est denuntiate tormentum scilicet in corpore quoad delicias
et luctum scilicet in anima quoad gloriam. Nota ut dicit Hay. Haec omnia iam supra dicta fuerunt sed propter diversorum actuum diverse persone fuit
una plus alia minus delinquens ideo dicit quod pro quantitate superbie et lascivie fiat quantitas pene. Videlicet propterea quod quis gloria
temporali elevatur quod deliciis ac voluptatibus resoluta est, iniungitur vindicta secundum opus actuum suorum retributa propter distinctionem enim
penarum. Haec impia civitas tantum recipiet quantum deliquit sed tamen [illegible] penarum illi dentur et quae temporaliter peccavit eternis cruciabitur tormentis.
Unde licet tantum et quantum non dicunt hic equalitatem quantitatis quia Deus semper punit citra condignum sed proportionem generis. Unde sensus est quod
multum peccavit multum puniendus [illegible] secundum exigentiam culpe. Ysa. 27 In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabo eam. Et
dicit Luc. 6 Eadem mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Deut. 25 Pro mensura delicti erit et plagarum modus. Et sub-
ditur replicatio culpe cum dicit Quia in corde suo dicit scilicet superbiendo et gloriando Sedeo ut regina id est in honore et dignitate
sum constituta sicut regina et ita de dignitate moveri non timeo. Et vidua non sum scilicet quae consolatione in mundo careo. Et luctum non videbo
id est depravationem (?) qua minuatur dignitas mea ut dicit Richardus super 3o [illegible] et ullius egeo etc. Vel secundum Hay. loquitur
metaphorice id est civitas reproborum vidua non sum dum glorior in principibus meis et regibus [illegible] sicut fuit Nero, Domicianus et eis similes
in quibus divitiis et honoribus maiorem [illegible] putabat se cum eis eternaliter vivere et regnare et numquam eos amittere. Ut in
corporum amissione luget sicut lugere solet mulier dum amittit virum. Vel aliter secundum eundem. Sic enim proprium hic virum id est proprium ut
ait apostolus 2 ad Cor. 11 Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Sic metaphorice civitas reproborum adultera iuncta est
viro scilicet diabolo a quo putat se regi et in hoc modo regnare. Quae dum prosperitatibus huiusmodi delectatur et iam supplicium non prevenit (?)
sed tamen temporalibus affluens deliciis in his tamen vitam suam ponit, numquam se putabit hanc vitam temporalem amittere ut ipsa luctum pariatur (?)
quae reprobi sustinent in suppliciis sempiternis. Vel adhuc aliter secundum eundem Electorum anima virum habet proprium scilicet spiritualem intellectum
a quo regitur ad eternam salutem ut in uno discretionis examine cuncta terrena despiciat et solis supernis inhereat et eternis.
Electorum (?) metaphorice cum erroneo intellectu ad interitum tendit. Spiritualem intellectum sui cordis intima se disponere iactat. Et hic sensus
alludit illi quod dictum est supra proximo scilicet quod quinque reges ceciderunt et unus superest [illegible] pertinet ad quinque sensus
corporis quibus per infantiam cadentibus in homine surgit in infidelibus error, in fidelibus autem rationalis intellectus qui est vir fidelium.
Porro reproborum non virum sed erroneum intellectum habet quasi virum. Hinc est quod Salvator mulieri Samaritane dicit Joh. 4 Quinque viros
habuisti et hunc quem habes non est tuus vir. Id est non habes rationalem intellectum sed error dominatur tibi secundum exposicionem Augustini.
Cum itaque civitas superba vel talis careat intellectu putat se falsa estimatione habere virum dum dicit Vidua non sum, quia intellectum meum
habeo et luctum non videbo, quia fulta intellectu et virtutibus in gaudio perseverabo. Et in his tribus confidunt homines mundani scilicet
in sublimitate dignitatis et in solatio gaudii temporalis et in vana promissione securitatis quae tamen omnia cum eis deficiunt. Exemplum
de Nabuchodonosor qui ait Dan. 4 Nonne hec est Babilon magna quam edificavi in domum regni mei in robore fortitudinis mee et in
gloria decoris mei. Cum adhuc sermo esset in ore regis vox de celo venit dicens Tibi dicitur Nabuchodonosor rex Regnum transiit a te et ab
hominibus te eicient et cum bestiis atque feris erit habitatio tua etc. Similiter exemplum de Sodomitis Gen. 19, et de peccatoribus ante diluvium
Gen. 6, Mt. 24 Sicut erant ante diluvium comedentes et bibentes nubentes et nuptum tradentes usque ad eum diem quo intravit
Noe in archam et non cognoverunt donec venit diluvium et tulit omnes ita erit adventus filii hominis. Dimittens enim suorum peccatorum

exercant homines iudicium, ut vel alia vitia adiuvant vel spoliari pauperes timeat vel opprimi; sic ergo completur in eis illud Job 21 ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Et ideo subditur illatura certitudo sue dampnationis cum dicitur Et ideo i. mirum iactantie et superbie in una die s. qua non speratur venient plage eius i. certitudo plorum debite cum tanta superbia. Mors i. qua decedunt plurimo et dignitatis privatio cum illud quod dixit sedeo ut regina. Et luctus s. veniet cum illud quod dixit luctum non videbo. Et fames s. veniet cum illud quod dixit et vidua non sum. Vel secundum Haymonem hec tria distinguuntur cum pena eternorum ut mors intelligatur carentia visionis divine que est vita anime, luctus vero privatio consortii eternorum, fames autem privatio omnis desiderabilis. Vel dicuntur has plagas per contraria peccatis intelligere possumus scilicet opposita consideratione primorum que scilicet sunt preceptum. Primum enim mors corporis est absentia anime, mors autem anime absentia dei, quia anima que peccat ipsa morietur Ezech. 18. Electi enim habebant deum habebunt vitam secundum illud psalmi Quoniam apud te est fons vite. Et Joh. xvii hec est vita eterna ut cognoscant te verum deum et quem misisti Ihesum Christum, ideo quod perpetuo vivet quia in presentia vite manebit. Que vita i. deum cum amiserint reprobi morte morientur, quia cum eo partem habebunt cui non est mors super vivo. Et sicut gaudentibus et laudes gratias creatori suo decantantibus secundum illud psalmi Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te, e contrario erit perpetuus luctus impiis illud Luc. 6. Ve vobis qui nunc ridetis quia lugebitis. Terrena enim presentibus deliciis delectati noluit ulterius providere futuris letantes cum malefecerint et exultantes in rebus pessimis. Proverbiorum 2. Ideo in brevi tempore descendentes ad inferos luctu perpetuo merebunt. Et fames s. veniet eis societati namque iustorum preceptum erit completum dei voluntas in cuius aspectu satiabuntur eterna refectione iuxta illud psalmi Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Cum ergo reprobi perdiderint deum qui est refectio sanctorum famem eternam sustinebunt. Dicitur Ysa. 65. Servi mei comedent et vos esurietis; servi mei letabuntur et vos confundemini; servi mei laudabunt et vos clamabitis pre dolore. Et de hoc dicit Richardus quod erit mors in penis, luctus de amissis, fames inquam secunda de recuperandis. Et non solum hec sed et ad ultimum igni comburetur ut audierit illud dicit XXV Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Et in hoc notatur ultimus penarum. Nec est aliqua spes de liberatione quia fortis est deus qui iudicabit illa eo quod nullis precibus potest flecti Proverbiorum 6. Zelus et furor viri non parcet in die vindicte nec acquiescet cuiusquam precibus nec recipiet pro redemptione dona plurima. Nec igitur angelorum aut hominum audebit aut valebit nec cupiet deo obviare cum forte dampnationis sententiam in reprobos dabit. Et sic vel fortis est deus qui iudicabit illam s. Babilonem reginam ob sua inflexibilitatem in iudicio vel ob suam potestatem acceptione in persona sua iudicabit. Et qui maiores hic fuerint etiam parum ibi gravius punientur, Sap. 6 Iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet. Exiguo autem conceditur misericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam deus qui omnium dominator est nec verebitur magnitudinem cuiusquam. Et hoc fere totum quod hic dicitur designatur Ysa. 47 ubi loquens de Babilone dicit Et nunc audi hec delicata et habitans confidenter que dicis in corde tuo Ego sum et non est preter me amplius non sedebo vidua et ignorabo sterilitatem. Venient tibi duo hec subito in una die sterilitas et viduitas. Universa venient super te propter multitudinem maleficiorum tuorum et propter duritiam incantatorum tuorum vehementem et fiduciam habuisti in malitia tua et dixisti non est qui videat me et cetera usque ad finem illius capituli.

Et flebunt et plangent se super illam reges terre qui cum illa fornicati sunt et in deliciis vixerunt cum viderint fumum incendii eius, longe stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes Ve ve civitas illa magna Babilon civitas illa fortis quia una hora venit iudicium tuum. Capitulum post precedens huius capituli in qua revelata Babilonis dampnatione subiungit reproborum de sua dampnatione planctum et dolorem. Et dividitur in tres partes. Primo ponitur planctus regum terre. Secundo planctus mercatorum seu negociatorum terre ad iunctis ibi Et negociatores terre et cetera. Tertio planctus nautorum in mari submersorum ibi Et omnis gubernator et cetera. In qualibet vero harum trium partium ipse planctus primo exprimitur et deinde causa planctus adiungitur. Circa primum dicit Et flebunt s. intus et plangent s. exterius se destitutos gloria super illam s. Babilonem dampnandam omnes reges terre i. omnes reprobi in hoc seculo divites et in terrenis suam spem collocantes et terrena super deum diligentes ut expositum est supra. Qui cum illa fornicati sunt s. fornicatione spirituali adorando ydola vel res in fructus inducere voluerunt ut res sunt expositum est. Et cetera Jeremie 3 posuisti terra in fornicationibus tuis. Et in deliciis vixerunt voluptuose et festive epulas sectando. i. ad Tim. v. vidua que in deliciis mortua est. Et hoc abiatur quod si flebunt et plangent non dampnabuntur. Ezech. 18 Si egerit gens illa penitentiam agam et ego dicit dominus. Numquam enim sera est penitentia quam penitens consequatur misericordiam, ait Ieronimus epistula 4. Nec umquam est sera conversio ait idem epistola 11a exemplum de latrone Luc. xxiii. Dicit hic Augustinus et Haymo quod ipsi reges sunt Babilon civitas metropolis quod quod dicitur Cum illa fornicati sunt, nichil est aliud nisi cum se ipsis fornicati sunt plus terrena quam deum diligentes ut expositum est. Cum ergo plangent s. dampnandam non lugentes malum. Non enim plangunt agendo penitentiam quia cum ea peccaverunt. Sed quia prosperitatem sentiunt per quam suis voluptatibus fruebatur perire cognoscunt tunc dicent intra se penitentiam agentes Sap. quinto. Iste namque in die iudicii perire tota mundi gloria in qua sunt confisi flebunt et plangent sola preterite vite pena remanente, dicentes Quid nobis profuit superbia aut quid divitiarum iactantia contulit nobis, transierunt omnia tamquam umbra. Vel secundum Haymonem quod presenti tempore possumus hoc intelligere in quo reproborum superstites considerantes mundi gloriam deperire sive per paganorum interfectionem sive per diversarum gentium occisionem fleant et plangunt quia illorum amor et gloria transit, plangunt eciam illorum interitum qui simul cum vita divitias amiserunt et metuunt ne eis similia eveniant dum et tormentum eorum futurum et preteritorum penas inspiciunt. Sed per hoc fletum penitentie locum non invenerint, Hebr. xii dicitur de Esau Non invenit locum penitentie quamquam cum lacrimis eam inquisisset. Dicit textus hic glossa interlinearis, dicit effectu non habent lamenta que studet cum gemitu deplorare pictura. Vel quia Esau flevit propter hereditatis temporalis amissionem non propter divine maiestatis offensionem nec divine legis transgressionem, ideo penitentia sua fuit infructuosa. Multo ergo magis fletus et planctus dampnatorum sive dampnandorum erit inutilis ob ipsarum deliciarum perditionem et dampnationis ineuitabilitatem et suppliciorum gravitatem. Plangent inquam cum viderint fumum incendii eius i. fumosum incendium eius ait Richardus. Vel secundum Haymonem per fumum illius civitatis divinos reges temporalium fumo pressos tribulationis significatur. Terrena dum impii videntes considerantes ut dictum est quondam interfectionem et honorum temporalium vastationem plorant et lugent, eo quod eorum gloria periit et ipsa tribulatione presens igne eternum precedat. Sicut enim fumus est indicium flammarum sic presens tribulatio proxime esse videtur futurorum tormentorum. Dum enim tales et presentes tribulationes attendunt et alias penas que sequuntur inspiciunt flent et plangunt, timentes ne sibi similia eveniant. Vel sic gloria mundi exspoliantur et presentibus bonis et deliciarum affluentiis et honoribus ac dignitatibus in quibus delicate vivunt videntur. Vel per fumum secundum Bedam significatur iudicium predicantibus qui fumus ignem precedit. Quid enim aliud est ista grassatio mundi quam fumus instantis gehenne. Ysa. 34. Et erit terra eius in picem ardentem nocte et die non extinguetur in sempiternum et ascendet fumus eius in generatione et generationem. Super Johannem fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Viderint inquam, longe stantes propter timorem tormentorum eius

dicuntur ad evidenciam huius. Cum ipsi reges sint illi qui Babilon dampnandam qualiter aut eos longe stare. Item ipsi reges sunt auctores scelerum
magis erunt dampnandi, quia iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet Sapientie 6º. Quo plus erunt in pena, non quod stabunt a longe
secundum Augustinum et Bedam, quia dicuntur longe stantes non corpore sed animo, non actu sed voluntate. Vellent enim fugere si possent, sed hoc eis in inferno
minime licebit facere quia sic omnes apprehendit casus ruine. Ceterum ut Haymo dicit in hac etiam vita reges terre longe stant non corpore
qui proximabunt tristium sunt ad corporum societatem sed animo, dum se metuunt quod alios per calumpnias et potencias pati videt. Optaret enim si
fieri posset et ab eorum tormentis et ab eorum conpoliacione separari. Sic qui temporalia sic possident et ad infernum non timuerunt, optaret quod sic
vivere quod possent sic prevare. Sic ergo dicuntur longe stare. Nam ab eo dicuntur quis esse longe voluntate quod mente detestatur vel timet. Unde
Ricardus: longe stantes voluntate non tormentorum liberatione, sed tunc quando qualiter aut propter timorem tormentorum eius. Sic enim loquitur
de dampnandis in inferno, debemus dicere propter dolorem tormentorum eius, quia dolor est de presencia mali, timor autem de suspicione. Nam ut
dicit Augustinus libro xiiii de civitate Dei c. vii: Amor inhians habere quod amatur cupiditas est, id autem habens eo quod fruitur leticia est,
fugiens quod ei adversatur timor est, id quod si accidit senciens tristicia est. Unde secundum Bernardum contrarium ipso moralium ad finem quod in
dampnatis est dolor cum formidine, quia plus eos cruciabit intus cogitatio de continuacione doloris quam sic quod continue tormenti propter quod dicit
Job x quod ibi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat secundum unam exposicionem ubi ibidem. Et ita duplex hic dolor exponitur quod habebunt
reges terre, tercia super deum dilectum, unum interiorem scilicet vermem consciencie remordentem eos de malis que fecerunt et de bonis que omiserunt etc.
et aliud exteriorem scilicet ignem cruciantem et eorum corpora comburentem, quia in deliciis vixerunt eis abutendo ut primam agere voluerunt et iº
flebunt et plangent. Iohannes primo: Flete et ululate qui bibitis vinum in dulcedine. Matthei 24: Tunc plangent omnes tribus terre. Sed primo
dei filius [illegible] assumpta qui interficiet antichristum spiritu oris sui 2 ad Thessalonicenses 2 [illegible] subdit dampnacio bestie
i. antichristi et suorum cum dicit Et apprehensa est i. apprehendetur [illegible] bestia i. antichristus pena et vindictam ei infligendo et eius
Et pseudo propheta i. [illegible] doctores et precones eius collectio [illegible] intelligunt [illegible] antichristi
Et qui fecit signa de quibus dictum est supra [illegible] ignem fecit descendere de celo in terram [illegible]
[illegible] antichristi [illegible] placere [illegible] illius [illegible] videantur [illegible]
[illegible] abducit ut ait [illegible] Augustinus super [illegible] omelia [illegible] Eos qui acceperunt caracterem eius i. qui crediderunt in eum Et qui adoraverunt
ymaginem eius [illegible] qui cum gaudio et veneracione [illegible] adventum [illegible]
[illegible] venit in nomine [illegible] Ego veni in nomine patris mei et non suscepistis me. Veniet alius in nomine suo et illum suscipietis
de quibus [illegible] dictum est supra [illegible]
que interficiet dominus Jhesus spiritu oris sui [illegible] sive per se sive per michaelem ut dicit glosa. Et ut doctores tradunt occidetur in
monte oliveti in papilione in solio suo in loco contra quem dominus ascendit in celum [illegible] Et subditur [illegible] apprehensionis
in supplicium eternum [illegible] Vivi missi sunt hii duo i. caput et corpus i. antichristus et pseudo propheta i. malorum omnium collectio [illegible]
In stagnum ignis ardentis et sulphuris i. in locum suppliciorum [illegible] stagnum propter densissimas tenebras quibus miseros de-
mergit Et stagnum ignis quia comburit et sulphuris quia fetoribus replet [illegible] missi in stagnum etc. [illegible]
[illegible] vivi missi sunt quia ut dictum est [illegible] interficiet antichristum spiritu oris sui ergo mortuus mittetur in stagnum [illegible]
[illegible] morte corporali que est pena peccati [illegible] Augustinus [illegible] de civitate dei [illegible] ergo ut [illegible] infra [illegible]
missi sunt in stagnum ignis etc. Et ita ut [illegible] vivi mitti in stagnum quia subiecti [illegible]
eternaliter miserie [illegible] ait Augustinus [illegible] libro de civitate dei in fine In miseria sempiterna que est

mors secunda tanto durior erit pena qª finiri morte non poterit. Et ī de civ. dei: Bellum quippe et amarius cogitari potest quam ubi voluntas sic est adversa passioni et passio voluntati ut nullius earum victoria talis inimicicia finiatur. et ubi sic vi ipsa natura corporis confligit vis doloris ut neutrum
alteri cedat. Hic enim quum contingit iste conflictus aut dolor vincit et sensum mors adimit aut natura vincit et dolorem sanitas tollit. Ibi autem
dolor permanet ut affligat et natura perdurat ut senciat. quia utrumque ideo non deficit ne pena deficiat. Et ii' b [illegible] contra iniqua vite eternitatem
et moriendi impossibilitatem. Quare vivi missi in stagnum i. mittentur more scripture pro ponentis preteritum pro futuro propter certitudinem eventus. Unde
sic electi dicuntur ymmo erunt in ete vite per sensus bonis summo desiderio et amore amplectentur. ita reprobi per intima et per intima pena
qua torquebuntur quam invenerunt illis summo odio aspernabuntur ut ait Augustinus. Desperabunt enim mortem et fugiet ab eis et mors depascet eos in ps.
Et sic amici dei senciunt eciam nunc sicut amissuros bona sua ita inimici dei omnino desperabunt se iam amplius perdituros habere mala sua
pectus ergo et ineffabili gaudio beatorum felicitabit incogitabilem tristiciam ad quam per impenitudinem suorum peccatorum translati sunt in societate demonum. Ph.
Hoc dicit vivi missi in stagnum propter intensionem pene. mortuus enim non sentit tactum sicut vivus. Vivi ergo descendunt in stagnum qui sciente
operantur malum ut ait Haymo. Potest eciam construi duo homines unus mortuus alter vivus si tetigeris mortuum non sentit. si tetigeris vivum
sentit. Beda vero in expositione mortui ponuntur pro nescientibus vivi pro scientibus. Mortui itaque sunt pagani et qui nescientes et mortui lege
descendunt in infernum. Unde scriptum est Joh. 3º Qui non credit iam iudicatus est. Vivi autem sunt qui fidem habent christi sed dum eam operibus
destruunt vivi descendunt in infernum quia scientes peccaverunt. Et hii utique gravius torquebuntur quia ut dicit Luc. xii Servus sciens voluntatem domini sui
et non faciens digne plagis vapulabit multis. Ro. 2º Qui sine lege peccaverit sine lege peribunt. Omnia ergo antichristus et sui qui tanta mala
patrabunt et gravius punientur ideo dicit vivi missi in stagnum. Ut de illis verificetur illud prophete: descendant in infernum viventes. Et quia
qui in hac vita peccaverunt in eternum punientur ideo subdit. Et ceteri i. sequaces eorum occisi sunt i. in eternum pena punientur ut ait glo. Occisi inquam gladio
i. divina sententia sedentis super equum qui procedebat de ore ipsius i. christi filii dei incarnati. De quo gladio super eodem Joh. 19. Sententia a sancto glo.
divina namque christi dicitur gladius qui separat a vita eterna et infligit dolorem pene eterne. Haymo vero legit istud de gentibus ad christum qui occisi
gladio verbi dei mortui sunt peccato ut vivant christo. Ysaie 49 Posuit os tuum ut gladium acutum. Unde in fine apostolorum dicitur in persona. Gladius in
labiis eorum quia quis audit. Exodi 32 Ponat vir gladium super femur suum i. macerando suam carnalitatem et occidat unusquisque fratrem et
vitam carnalem cum suadendo. Cantica 3º Unusquisque ensis super femur suum omnes tenentes gladios et ad bella fortissimi doctissimi. Et ideo subdit
Et omnes aves saturate sunt carnibus eorum i. omnes sancti sacietatem et gaudium habent de profectu fidelium secundum Haymonem vel de dampnacione
impiorum secundum glossam super eodem. Clamant de omnibus avibus etc. Richardus tamen legit istud de avibus i. demonibus qui saturantur inter alios
dampnatorum letantur enim cum ad interitum suos perducunt imitatores. Sic quod de corpore dampnatorum rapiunt sanctam qui sunt perverti auctores
ad errorem in hominibus Haymo. Et utrumque modo potest exponi quia demones delectantur in morte malicie sancti vero delectantur amore iusticie et libertatis sue.
Nam quia tormenta impiorum aspicientes de ereptione sua amplius letabuntur. Ideo sabbatum narrat et dicit. Eo magis electi complexi
intime dulcedine inticius saciantur quo reproborum tormenta cotidie aspiciunt quam divina iusticia evaserunt. Unde Ysa. ult. dicitur. Et erunt
usque ad sacietatem visionis omni carni. Qui ergo dampnacio reproborum cibus est electorum quia quo intratur eorum molestiam aspiciunt eo
amplius divine contemplacionis gaudiis perfruuntur. De quo per psalmum dicit videbunt iusti et timebunt et super eum ridebunt. Demones autem non
vocat ad maccacionem tenue recepit se tamen milvum et corvum. Ut si quid a fidelibus aut morticinum aut inutile precium fuit consumat
Unde quia reprobi voluptates ut velut aqua hauserunt in vitae ardoribus estuant et in fetoribus tabernaculum sui corporis consumunt.
digne in stagnum ignis ardentis et sulfuris mitti cum illis perhibentur. quem ad hoc prevenienda incentores habuerunt. Convenient ergo per aves
potest signari demones quia vias celi non habent in aere inhabitant motu sunt instabiles et sunt domini eorum. Ut plus Vm de alibi. Gen. xv
descenderunt volucres super cadavera etc. Aves celi comederunt de canistro etc. lacerabunt volucres carnes tuas. Job 38 volucres
lucres celi latet. Et hii saturantur carnibus i. peccatis reproborum ut eciam ait Leo in epistola 2ª Cibus demonum luxuria et ebrietas
et universa vicia. Job 30 Qui me comedunt non dormiunt quia spiritus malignus qui carnales quosque de terra consumunt tanto magis
a temptacione quiescere nesciunt quanto illos carnis pondere gravatur magis contingit ipsos mori. Unde patet Jerem. Dedi animam dilectam tuam et sequitur.
qui conspersiones carnes tuas. In futura vero vita saturabuntur cruciatibus reproborum. Deut. 32 Devorabunt eos aves morsu amarissimo.
Hic 5º hoc quod dicitur omnes aves saturate sunt carnibus eorum potest intelligi de demonibus et sanctis utrumque. Sed queritur. Cum iusti in via possint
salva caritate delectari de cruciatu malorum videtur quod sic. ait enim psalmista Letabitur iustus cum viderit vindictam. Item potest conformare voluntatem suam
divine voluntati per gratiam ut non velit aliud nisi aliquo quod vult deus. Item eciam orat ut eius inimica humilientur et dispereant etc.
Sed in contrarium quod salvator ait Diligite inimicos vestros et orate pro calumpniantibus vos. Sed si diliges et omnis non gaudet de ruina
illius quem diligit. Item Job 31 Si letatus sum ad ruinam eius qui me oderat et exultavi quod invenisset eum malum. Si male accidat in
quo non sit factum sed Job fuit exemplar iustorum. Item Gregorius in xxii moralium: Evenire plerumque solet ut non amissa caritate
et inimici nos ruina letificet et rursum gloria sine invidie culpa contristet. cum et eo ruente quosdam erigi bene credimus et illo proficiente
plerosque iniuste opprimi formidamus. Quia in re mentem nostram ut eius iam defectus angit vel provectus adiuvat si vera intra cogitacio
non quid in ipso sed quid de ipso circa alios agatur attendit. Sed ad hoc servanda valde necesse est subtilissime districtionis examinem ne
cum nostra odia exequimur sub specie utilitatis aliene fallamur. Et subdit. Quia in re distinguendum est aliud esse quod nobis aliud vero
quod deo et ceteris. Unde inimica nocet. Nam si alius bonus est sine nostra forsitan culpa nobis non potest esse malus ut odio iam de eius ruina
gaudendum est. cum eius nos solos contrarium est adversa tolerare. Cum vero in ac multorum hostis perimitur de ereptione plurimorum pocius quam
de inimici interitu necesse est ut aliquis letetur. Sed namque ut premitte adversario subtiliter pensare debeat et quid debeat iuvare peccatorum
et quid iusticie feneretur. Nam cum perversum quemque omnipotens deus percutit et condolendus est in miserie perimitur et congaudendum iusticie iudicis
ut nobis et i luctu sit pena morientis proximi et iusta in gaudium veniat exhibita equitas dei iudicantis quatenus ut hoc perituri
constancia adversarii ut deo iudicanti inveniamur ingrati et ibi bene et michi de hoc per quod patet ad obiecta utriusque partis conspicanti
Item notandum quod in hoc verbo missi sunt vivi in stagnum notatur intensitas pene acerbitas ut expositum est. Hoc notatur pene inopitas iniqui
quia ait stagnum in quo est profunditas et latitudo longitudo et altitudo et continet aquas quasi immobiles et sic infernalis pene moris
quia undique supplicia et tormenta. Propter quod dicit de impio divite quod fuit sepultus in inferno Luc. 16. Tercio signatur intimitas pene
in hoc quod ait stagnum ignis qui intime agit. Dicit Christus corpus eius in stagno ardente igne et sulfure Job 18 Aspergatur in
tabernaculo eius sulfur. Ibi glossa xxii moralium. Sulfur sic ignem nutrit ut fetorem contra ipsum exhalet et in sulfure sic fetor carnis
et vindicta illius peti. Gen. 19 Pluit dominus ignem et sulfur super sodomam et gomorram. super quo fumus et sulfur et xxii moralium ignis et sulfur

c xx

Et vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abyssi et cathenam magnam in manu sua. Et apprehendit
draconem serpentem antiquum qui est diabolus et sathanas et ligavit eum per annos mille et misit eum in abyssum
et clausit et signavit super illum ut non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni. Post hoc oportet illum solui modico tempore.
Capitulum xx et tercia pars huius scripture visionis in qua primo descripta dampnacione civitatis babilonice et descripta dampnacione bestie sive antichristi
et pseudo prophete hic narratur dampnacio diaboli manifestando eius tempus et tempus sic continuat glossa et quidam expositores. Et quia ligatus fuit
diabolus in primo adventu filii dei qui fuit in humilitate potuit ab eo dampnari in secundo adventu qui fiet in virtute et maiestate. Ideo primo
narratur de eius alligacione. Secundo de ipsius finali dampnacione ibi Cum fuerint mille anni consummati etc. Prima in quatuor. Prima quia fuit ligatus
a dei filio incarnato. Ideo primo ponitur ipsius filii dei incarnati et alligantis demonem descripcio. Secundo ipsius diaboli alligacio ibi Et apprehendit draconem etc.
Tercio ligacionis finalis racio ibi Ut non seducat etc. Quarto ne crederetur semper ligatus ut non aliquando solveretur subdit de eius solucione ibi Et post hoc oportet etc.
Primum ad primum dicit Et vidi angelum descendentem de celo. Ut enim ait Haymo Nunc redit ad superiora i. ad ea que ante adventum christi gesta sunt.
In hac enim prophecia non servatur ordo hystorie. Angelus autem hic est dominus ihesus christus qui ab ysaia magni consilii angelus appellatur. Qui descendit
de celo i. de sinu patris. Sed opponit Haymo Cum sit ubique Jeremie 23 Celum et terram ego impleo. qualiter ait descendere. cum quod celum et
terram non sit locus. Et dicit quod hic descensio non est aliud quam carnis seu humanitatis assumpcio. Joh. 3 Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo

In hac manu, i. in virtute sua vel potestate, habet clavem abyssi, i. virtutem destringendi, quam cuncta suo moderamine temperat; habet et potestatem catenam magnam, i. potestatem detentabilem, qua cuncta cingit atque complectitur. Circa quod nota quod Christus habet clavem abyssi etc.

Philip. 2: Qui cum in forma dei esset, exinanivit semetipsum formam servi accipiens etc. Ephes. 4: Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos etc., i. se humiliante, nunquam ut de solio maiestatis induerit saccum nostre mortalitatis, paulominus ab angelis minoratus, Hebr. 2. Hic descensus fuit figuratus per descensum roris in vellus, area sicca manente, Judic. 6, quia virgo Maria repleta fuit dei gratia, synagoga sicca remansit [illegible]; per descensum, sicut pluvia in vellus etc. Huius descensus figuratus fuit Dan. 3 per descensum angeli domini in fornacem, qui liberavit tres pueros a combustione ignis, qui fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem [illegible] in maligno [illegible] in qua fornace Christus descendens [illegible] fideles per tres pueros designatos liberat ab ardore [illegible] Unde habet clavem abyssi et catenam in manu sua, i. potestatem super infernum et potestatem super diabolum, ligandi et solvendi eum quantum voluit [illegible] Clavis abyssi est discretio qua deus omnipotens aliquos reprobos temptare permittit [illegible] quantum sit utile [illegible] Super 3 capitulum: habet clavem David, qui aperit et nemo claudit [illegible] Dabo clavem domus David super humerum eius etc. Et non solum super diabolum [illegible] Christus potestatem habet et super omnia. Ideo subdit: Et catenam magnam in manu sua, per catenam enim [illegible] dei potestas, que cuncta cingit et complectitur [illegible]

[illegible]

[illegible] Ideo [illegible] sanctos [illegible] In reconditis vocat Augustinus [illegible] ubi [illegible] caro [illegible] etc. [illegible] sicut [illegible] Mille autem anni [illegible] Augustinus [illegible] etc. [illegible]

Religatio[?] significata fuit Thobie ... quod raphael ligavit dyabolum in superioribus partibus deserti. Raphael enim interpretatur medicina dei ... [illegible]

[illegible]

... alligatus est ... [illegible] ... filii dei ... et ... [illegible] ... ut obiectum est ... vasa eius ... fideles suos futuros quos ille in diversis peccatis atque impietatibus possidebat. Ut ergo alligaretur hic fortis ... descendit de celo, habens clavem abyssi et cathenam in manu sua, et apprehendit sathanam et alligavit eum mille annis ... et misit eum in abyssum, quo nomine significatur multitudo innumerabilis impiorum ... [illegible]

... Et clausit super eum ... [illegible] ... Et signavit ... ut non seducat gentes ... [illegible]

[illegible]

... donec finiantur mille anni ... ut non seducat iam gentes ... clausit et signavit super eum donec finiantur mille anni ut non seducat gentes ...

Et post hec oportet illum solvi modico tempore. Et vidi sedes et sederunt super eas et iudicium datum est illis. Et animas decollatorum propter testimonium Ihesu et propter verbum dei et qui non adoraverunt bestiam neque ymaginem eius nec acceperunt caracterem eius in frontibus nec in manibus suis et vixerunt et regnaverunt cum Christo annis mille. Et ceteri mortuorum non vixerunt donec consummentur mille anni. Hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima ... sed erunt sacerdotes dei et Christi et regnabunt cum illo mille annis ...

[illegible]

... Et vidi sedes ... mille annos ... seducere potest eos qui sunt ad vitam predestinati ... modico tempore ... [illegible] ... Et mille annis ... [illegible]

[illegible]

de virtutibus manifestent, clarum quod causa permisse temptationis. Sed quomodo Augustinus utrum etiam illis ultimis tribus annis et sex mensibus quibus solutus totis viribus seviturus est, aliquis sit accessurus ad fidem in qua non fuit. Et arguit quod non, quia non videtur quomodo possit verificari dictum Christi Matthei 12: quis intrabit in domum fortis et vasa eius eripiat nisi prius alligaverit fortem, si etiam soluto eripiuntur. Ac per hoc ad hoc cogere videtur ista sententia salvatoris ut credamus illo licet quamvis tempore neminem accessurum esse populo christiano, sed cum eis qui iam reperti fuerint dyabolum iam pugnaturum, ex quibus etsi aliqui victi secuti eum fuerint, non eos ad predestinatum numerum filiorum dei pertinere. Sed I Iohannis 2: Ex nobis exierunt sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Sed ad oppositum arguit de parvulis quia nimium incredibile est nullos iam natos et nondum baptizatos parvulos christianorum filios illo in tempore infantes nullos etiam ipsis iam diebus nasci aut si erunt, non eos a parentibus suis ad lavacrum regenerationis modo quocumque perduci. Quod si fiet, quo pacto soluto iam dyabolo vasa ista eripientur in cuius domum nemo intrat ut vasa eius eripiat nisi prius alligaverit fortem. Et videtur dicendum ymmo verius quod potius est credendum nec qui cadant de ecclesia nec qui accedant ad ecclesiam illo tempore defuturos. Sed profecto tam fortes erunt et parentes pro baptizandis parvulis suis et hii qui tunc primitus credituri sunt, ut illum fortem vincant etiam non ligatum, scilicet qualibus antea numquam vel artibus insidiantem vel urgentem viribus et vigilanter intelligant et tolerantes ferant, ac sic etiam illi non ligato eripiantur. Nec ideo falsa erit evangelica sententia. Sed cum eius sine veritate ordo iste servatus est ut prius alligaretur fortis, ereptisque vasis eius longe lateque in omnibus gentibus ex fortibus et infirmis ita multiplicaretur ecclesia, et quod ipsa rerum divinitus predictarum et impletarum robustissima fide etiam soluto vasa posset auferre. Sic enim fatendum est multorum refrigescere caritatem cum habundaverit iniquitas et inopinatis maioribus quam persecutionibus atque fallaciis dyaboli iam soluti eos qui in libro vite scripti non sunt multos esse cessuros, ita cogitandum est non solum quos bonos fideles illud tempus inveniet, sed nonnullos etiam qui foris adhuc erunt, adiuvante dei gratia per scripturarum considerationem, in quibus inter alia et finis ipse prenuntiatus est quem venire iam sentiunt, ad credendum quod non credebant futuros esse firmiores et ad vincendum etiam non ligatum dyabolum fortiores, scilicet. Propterea enim premissa est eius alligatio ut et ligati et soluti sequeretur expoliatio, quia de hac re dictum est: Quis intrabit in domum fortis et vasa eius eripiat nisi prius alligaverit fortem. Et de hoc [illegible] 33 34 moralium tractat illud Iob. Tunc ibi: Et vidi sedes etc. Subditur specificatio eorum que facta est ecclesia tempore alligationis dyaboli. Unde sic exponit Augustinus, cum dixisset alligari dyabolum mille annis et postea solvi brevi tempore, tunc dicit recapitulando quid in istis mille annis agat ecclesia vel quid agatur in ea: Et vidi etc. Primo premittit [illegible] prelatis ecclesie tempore predicto. Secundo subditur decorem dignitatis adherentium fidei sue Christo, ibi: Et animas decollatorum. Tertio infidelium non credentium Christo dampnationem, ibi: Et ceteri mortuorum etc. Quarto subiungit ipsorum credentium beatitudinem tam in hac vita quam in futura, ibi: Beatus est. Primo [illegible] ad primum dicit: Et vidi, scilicet dracone ligato, sedes, id est prepositorum ecclesias. Ut enim ait Augustinus ubi supra, non est putandum hoc de ultimo iudicio dici, sed sedes hic prepositorum ecclesie sunt intelligende et ipsi. Et sederunt super eas, scilicet ecclesie prepositi per quos ecclesia gubernatur. Et iudicium datum est illis, id est potestas iudicandi data est ecclesie prelatis. Unde Augustinus: Iudicium datum nullum melius accipiendum videtur quam id quod dictum est Matthei 16: Quecumque ligaveritis super terram erunt ligata et in celis, et quecumque solveritis etc. Unde Beda: Ecclesia que sedebit cum Christo super thronos XII nunc iudicans sedet. Et Haymo: Per sedes accipiuntur ecclesie generalis, per sessores intelliguntur predicatores, id est XII apostoli et omnes qui perfectam vitam eorum sunt imitati. Nam de hiis sedibus predicta dicit: illic sedebunt sedes in iudicio. Iam nunc sedet et iudicat quia potestatem acceperunt a Christo. Datum est enim eis iudicium, id est potestas ligandi atque solvendi. Unde Haymo: [illegible] super quarto singulariter unam sedem posuit dicens: Ecce sedes posita erat in celo; hic vero pluraliter sedes enumerat cum dicit: Vidi sedes. Ideo quia una est ecclesia katholica cui presidet Christus, ideo dicit in singulari, sed propter diversas congregationes fidelium sive graduum, scilicet virginum, continentium et viduarum, prepositorum et subditorum, et etiam propter diversas nationes, ait hic in plurali: Vidi sedes, id est fideles subditos diversorum graduum sive [illegible] nationum paratos ad obediendum. Et sederunt super eas, scilicet apostoli et eorum imitatores hos regentes. Et iudicium, id est auctoritas iudicandi vel potestas ligandi atque solvendi, datum est illis, id est prelatis, a deo, quia non est potestas nisi a deo. Vel iudicium, id est discretio et cognitio [illegible] et subditis gratia obediendi. Sed modo sic est quod prelati bene regunt et subditi feliciter obediunt, ecclesia est bene ordinata et ab hostibus timetur. Unde Canticorum 6: Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens, pulcra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Sic fuit tempore Salomonis et in statu ecclesie primitive. Canticorum primo: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea, id est ordinavi meum equitatum contra reges et exercitus Pharaonis, id est dyaboli. Psalmus: Currus dei decem milibus multiplex, milia letantium; Dominus in eis in Syna in sancto. Adhuc est ita si prelati bene regunt et magis intendunt regimini quam ducatui, profectui quam honori et officio quam [illegible]. Actuum 20: Attendite vobis et universo gregi in quo vos posuit spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam dei quam acquisivit sanguine suo. Nota dignum ordo verborum ut prelati sibi primo attendant ut peccatum caveant et virtutes habeant excellentes, ut sic excellentie dignitatis sit etiam excellentia sanctitatis. Deinde debent attendere universo gregi ut eos bene pascant verbo, opere et temporali subsidio. I Petri 5: Pascite qui in vobis est gregem dei etc.

Tunc ibi: Et animas decollatorum. Subditur dignitatis credentium expositio cum dicit: Et animas, subaudiendum vidi, decollatorum propter testimonium Iesu et propter verbum dei. Hac enim causa [illegible] quia confitebantur Christum deum et hominem. Iesus enim Christus nomen est hominis assumpti et mediatoris [illegible]; per verbum vero dei divinitas intelligitur filii dei in qua est equalis patri. Ait Haymo super primo: Testimonium perhibuit verbo dei et testimonium Iesu Christi. Propter ergo testimonium Iesu et propter verbum dei, id est propter fidem humanitatis et divinitatis, decollati sunt. Et qui non adoraverunt bestiam, Antichristum, neque ymaginem eius, scilicet corporalem vel spiritualem, neque acceperunt caracterem, id est signum antichristi, in frontibus, id est in aperta professione, sive inde aut in manibus, id est in actuali operatione. Sic faciunt non solum pagani qui perpetrant opera dyaboli, sed etiam falsi christiani qui fidem quam [illegible] operibus destruunt, unde Haymo. Sed secundum Augustinum bestia intelligitur impia civitas et populus infidelium, contraria populo fideli et civitati dei. Ymago vero bestie puto intelligi simulatio in eis, scilicet hominibus qui velut fidem profitentur et infideliter vivunt; fingunt enim se esse quod non sunt vocanturque non vera effigie sed fallaci ymagine christiani. Ad eandem namque bestiam pertinent non solum aperti inimici nominis Christi et eius gloriosissime civitatis, sed etiam zizania que in fine seculi colligenda sunt de regno quod est ecclesia. Non adorant autem bestiam neque ymaginem eius qui faciunt quod ait apostolus: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Non adorant, id est non consentiunt, non subiciuntur. Nec acceperunt caracterem, id est notam criminis, in fronte per professionem neque in manu per operationem, quia neque [illegible] perfidiam neque hereticorum dogma neque gentium errorem neque falsorum christianorum servitute operationum. Et vixerunt, scilicet per fidem et iustitiam, quia iustus ex fide vivit, Abacuc 2 et ad Romanos 2. Et regnaverunt cum Christo, scilicet per gratiam et disciplinam Christi se regentes. Supra primo: Fecit nos regnum et sacerdotes. Mille annis, id est toto tempore seculi. [illegible] et impiorum vita cum Christo regnat et in futura regnabit. Ideo quia per millenarium secundum Haymonem et presens vita intelligitur et futura, quia regnum sanctorum in die iudicii non terminabitur sed augmentum accipiet. Iam enim regnant per fidem, et illi qui cotidie ab hac vita transeunt per apertam speciem, sed tunc amplius regnabunt quia sic introducentur in regnum et erit deus omnia in omnibus, I Cor 15. Et I Iohannis 3: Karissimi, nunc filii dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus; scimus autem quia cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Et de hoc Augustinus ubi supra capitulo [illegible]: Interea dum mille annis alligatus est dyabolus, sancti dei regnant cum Christo etiam mille annis, eisdem sine dubio et eodem modo intelligendis, id est in isto iam tempore prioris eius adventus. Excepto quippe illo regno de quo in fine dicturus est: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum, Matthei 25, nisi alio quodam longe quidem impari regnarent cum illo sancti eius quibus ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi, Matthei ultimo. Regnant cum eo qui faciunt quod ait apostolus Colossenses 2: Si consurrexistis cum Christo, que sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera dei sedens; que sursum sunt querite, non que super terram. De qualibus item dicit: Quorum conversatio est in celis, Philippenses 3. Postremo regnant cum illo qui eo modo sunt in regno eius ut etiam ipsi sint regnum eius, quia ab hiis malis sunt alieni, scilicet qui non adorant bestiam neque ymaginem eius etc. De hoc ergo regno militie in quo adhuc cum hoste confligitur, et aliquando repugnatur repugnantibus viciis, aliquando cedentibus imperatur, donec veniatur ad illud pacatissimum regnum ubi sine hoste regnabitur [illegible]. Sed per intellectum huius quomodo [illegible] et perfecte credentes vivant et regnent cum Christo modo dicto. Quod autem hic dicit: animas decollatorum, id est martirum, refert secundum Haymonem quod hoc ait propter excellentiorem gradum dignitatis ipsorum martirum. Erunt quippe ibi

coniugati et ceteri. Sed maiorem gloriam habebunt hii qui martirium pro Christo vel pro veritate sunt perpessi. Unde Augustinus vocat eas animas martirum in quantum hii qui usque ad mortem pro veritate certaverunt. Sed a parte totum etiam ceteros mortuos intelligimus pertinentes ad ecclesiam que est regnum Christi. Sed tunc queritur quare aut animas decollatorum et non martires decollatos. Respondet duas causas secundum Augustinum: vel quia anime piorum mortuorum non separantur ab ecclesia. Alioquin nec ad altare fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi. Vel quia anime martirum regnant cum Christo quamvis adhuc non cum corporibus suis. Et per hoc excluditur error dicentium animas fidelium defunctorum non intrare celum usque ad finale iudicium. Item queritur cum dicatur Hebreorum xi lapidati sunt, secti sunt etc., quare magis ait animas decollatorum quam lapidatorum etc. Respondet quia non dicit animas decollatorum quia plures illo genere mortis necabantur; vel non quia qui non poterant alio genere mortis extingui decollatione necabantur. Quod divus dominus permittebat ut patet per istas historias voluntatum regum contrarias dei imperio obedientibus nec credentibus saluti. Sed eis obediebant. Et secundo tertium scilicet infidelium dampnatorum cum dicit Et ceteri mortuorum non vixerunt per vitam fidei. Sic enim isti intelliguntur qui supra cum eis sunt regnaturi. Ita reprobi de quibus hic agitur nunquam sunt victuri neque regnaturi. Sed queritur de modo loquendi. Quare dicit ceteri mortuorum et non aut ceteri mortui. Respondet secundum Hanonem quia non dicit et ceteri quia et isti moriuntur in presenti vita et duriter moriuntur peccato et tunc victuri cum Christo secundum illud Apostoli Colossenses 3o mortui estis et vita vestra abscondita est cum Christo. Et ibidem: mortificate membra vestra que sunt super terram. Et sic utique moriuntur peccato atque in eternum vivent cum Christo. Ceteri mortuorum id est reprobi qui in anima morte peccati sunt mortui non vixerunt. Scilicet per fidem et bonam operationem non ut illic vivent per resurrectionem. Sed de morte peccati ibunt in mortem supplicii eterni. Matthei 8: dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Tales enim et hic viventes vita naturali mortui sunt in anima et ex quo decesserint ad mortem que migrantes ab hac vita dampnantur in inferno et non venient in futuro. Qui non ad hoc resurgent ut postea vivant sed ut acceptis corporibus iterum transeant ad mortem sempiternam, et iam non sunt victuri donec compleantur mille anni id est per omnia futura tempora mortui erunt. Sic enim isti victuri sunt et regnaturi cum eis mille annis id est per omnia tempora futura. Sic illi miseri mortui erunt et nunquam venturi separati vivere potuerunt. Mortui enim erant ante sed in die iudicii mors illorum non accipiet terminum sed augmentum quia in toto isto tempore quo volvuntur mille anni noluerunt audire vocem filii dei ut vivant. Has duas mortes dominus in evangelio Iohannis v manifestat. Nam de presenti que scilicet in anima per peccatum surgunt ad vitam, dicit venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei et qui audierint vivent. De futura vero dicit omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Ideo ad hoc denotandum sequitur donec compleantur mille anni id est donec consummata fuerit malicia reproborum et iusticia bonorum ut resumptis corporibus illi veniant ad regnum et isti detrudantur in supplicium eternum. Matthei 25: venite benedicti etc. discedite a me maledicti etc. Ex quibus omnibus patet fidelium dignitas quia et vivunt vita gratie et regnant cum Christo in regimine iusticie. Christo enim simile est regere quia ipse est rex regum super primo. Patet etiam ex opposito reproborum dispendium sive dampnositas quia mortui sunt privatione fidei et iusticie. Iohannis 8: In peccato vestro moriemini, et demum eternaliter includentur in supplicio gehennali ubi mors depascet eos quod est mors secunda. In psalmo. Et quia premissum est de fidelibus quod vivunt per vitam gratie, ideo quia opponendo verbum premissum subdit Hec est resurrectio prima. Dicit Hanonem quia non consistit in secunda, nequaquam dicet primam. Prima ergo vero est que fit in anima et est ab infidelitate ad fidem redire a viciis ad virtutes resurgere quam consulit Apostolus fidelibus ad Colossenses 3o dicens Si consurrexistis cum Christo que sursum sunt querite etc. Secunda vero fiet in die iudicii qua resurgent cum corporibus iudicandi victuri. Sic enim due sunt mortes scilicet anime et corporis ita due sunt resurrectiones. Prima ergo reprobi hic carent in prima resurrectione a morte peccati nolunt redire ad vitam. Perfecto in secunda resurrectione que est carnis ad mortem secundam cum ipsa carne transibunt. Sic et electi de vita iusticie transibunt ad vitam beatam per resurrectionem carnis. Et reprobi de morte peccati ad ulteriorem mortem per eandem carnis resurrectionem. Ideo subditur Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima qui scilicet resurgit in anima dum adhuc vivit in corpore quia dum resurgit a peccatis et sanctus scilicet per munditiam sive iusticiam. Item secundum partem in resurrectione prima qui sic resurgit in anima etc. adhuc vivit in corpore quia dum resurgit in carne resurrectionis adveniente in eterna leticia vivet. Ille enim postea feliciter in carne resurget qui in hac vita a mortis sue morte resurgit. Glossa. ... Beatus est qui pie ac iuste hac vita ducit sive vitam ... Beatus vir qui timet dominum et in his secunda mors id est dampnatio perpetua que dicitur mors quia ut anima illa dicta est vivere que a vita dei est alienata nec corporis quod eternis doloribus subiacebit, ait Augustinus vigesimo de civitate dei capitulo ultimo ubi multum de hoc. Et de hac supra ... super piis et iustis ... Sed ergo mors non habet in eos potestatem, sed scilicet habet in reprobis de quibus dictum est supra quod ceteri mortuorum non vixerunt etc. Sed erunt sacerdotes dei scilicet patris et Christi eius id est filii. Sic enim omnes fideles dicimus christianos propter misticum crisma sic omnes dicimus sacerdotes quia membra sunt unius sacerdotis scilicet Christi qui est sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, inquit Augustinus xx de civitate dei c. x exponens istud. Unde secundum Hanonem dicit sacerdotes scilicet Christi quia non solos pertinet episcopos et presbiteros sed ad omnes fideles quicumque sunt membra veri regis et pontificis. Unde ... dicit in prima Petri 2: Vos estis genus electum regale sacerdotium. Reges quippe sunt quia in se et suis subditis motus carnalium cogitationum bene regunt. Sacerdotes quia seipsos mortificant ut hostia viva fiant. Super Apocalypsis v: fecisti nos regnum et sacerdotes et regnabimus super terram. Ideo subditur: Et regnabunt cum eo mille annis id est toto tempore ipsius ecclesie in hac vita ut expositum est. Vel regnabunt cum eo in futura vita mille annis id est eternaliter. Nam regnum illorum et sacerdotium in die iudicii non accipiet terminum sed augmentum quando et semetipsos totos deo offerunt et super omnia regna constituentur. Matthei ultimo: regnabit in secula seculorum. Et ex hoc patet honorifica dignitas electorum. Nunquam enim ab illius regno gloria separabuntur ut quidam heretici dicebant, sed semper cum Christo regnabunt. Propter quod dominus ait Matthei 25: Ibunt hii in vitam eternam. Et de hoc secunda vita et secunda mors et de his duabus resurrectionibus diffuse prosequitur beatus Augustinus ubi supra capitulo 6to et 7o ubi tractat illa verba Salvatoris Iohannis v Venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei et qui audierint vivent. Sed non de secunda resurrectione id est corporis loquitur que in fine futura est, sed de prima que nunc est scilicet animarum. Hanc quippe ut distingueret ait Venit hora et nunc est. Non autem ista corporum sed animarum est. Habent enim et anime mortem suam in impietate atque peccatis suis. Secundum quam mortem mortui sunt illi de quibus idem dominus ait Sine mortuos sepelire mortuos suos, ut scilicet in anima mortui in corpore mortuos sepelirent. Propter istos ergo impietate et iniquitate in anima mortuos inquit venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei et qui audierint vivent. Qui audierint dixit id est qui obedierint, qui crediderint et usque in finem perseveraverint. Nec hic fecit ullam differentiam bonorum et malorum. Omnibus enim bonum est audire vocem eius et vivere ad vitam pietatis ex impietatis morte transeundo. De qua morte dicit Apostolus Paulus: Ergo omnes mortui sunt et pro omnibus mortuus est Christus, ut qui vivunt iam non sibi vivant sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Omnes itaque mortui sunt in peccatis nemine prorsus excepto sive originalibus sive etiam voluntate additis vel ignorando vel sciendo nec faciendo quod iustum est. Et pro omnibus mortuis vivus mortuus est unus id est nullum habens omnino peccatum, ut qui per remissionem peccatorum vivunt iam non sibi vivant sed ei qui pro omnibus mortuus est propter peccata nostra et resurrexit propter iustificationem nostram, ut credentes in eum qui iustificat impium ex impietate iustificati tamquam ex morte vivificati ad primam resurrectionem que nunc est animarum pertinere possimus. Ad hanc enim primam non pertinent nisi qui beati erunt in eternum. Ad secundam vero de qua paulo post subdit Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii, prima ergo est misericordie, secunda iudicii. Propter quod in psalmo scriptum est Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Resurgat ergo in prima qui non vult in secunda resurrectione dampnari. Venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei et qui audierint vivent id est in dampnationem non venient que secunda mors dicitur. In quam mortem post secundam resurrectionem que corporum futura est precipitabuntur qui in prima que est animarum non resurgunt. Veniet inquit hora sed non ait et nunc est quia in fine seculi hec est in ultimo et maximo iudicio dei. Propter quod non addidit et nunc est sicut prius addebat. Veniet inquit hora qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius et procedent etc. Non dixit quemadmodum in prima et qui audierint vivent. Non enim omnes vivent ea scilicet vita que quoniam beata est sola vita dicenda est. Nam utique non sine qualicumque vita possent audire et de monumentis procedere resurgente carne. Sed quare non omnes vivent docet in eo quod sequitur qui bona inquit fecerunt in resurrectionem vite. Hii sunt qui vivent. Qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Hii sunt qui non vivent quia secunda morte morientur. Mala quippe egerunt quia male vixerunt. Male autem vixerunt quia in prima resurrectione que nunc est animarum non revixerunt aut in eo quod revixerunt non in finem usque perstiterunt. De qua hic dicit Ceteri vero mortuorum non vixerunt. Ideo ergo subditur donec finiantur mille anni, non quod postea vixerunt, quia eo tempore non vixerunt quo

vivere debuerit, ad vitam s. de morte surgendo et io. sunt venit dies quo fiet et corporum resurrectio, non ad vitam de morte sed procedet s. ad iudicium scilicet ad dampnationem. q. sta mors est eternaliter. Cetera vero non vixerunt donec finiantur mille anni, id est quamdiu toto isto tempore quo agitur prima resurrectio non audiunt vocem filii dei et non transeunt de morte ad vitam. perfecto in sta visione q. est carnis tunc sibi in morte stat cum ipsa carne. Christus quod dicitur in littera hic est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet in hac parte visione partem i. particeps est eius, et ille vero particeps eius est, q. non solum a morte q. est in peccatis revixit, verum etiam in eo quo revixerit perseverabit, in istis neque sta mors non habet potestatem, sed at in reliquis de quibus superius ait ceteri mortuorum non vivunt donec finiantur mille anni, qui toto isto temporis intervallo quod mille annos vocat, quantumcumque in eo quisque eorum vixit in corpore q. non revixit a morte in qua eum tenebat impietas, ut revivisceret fiet particeps prime visionis atque in eo potestatem sta mors non haberet in fine seculi futura, patet ergo quod sicut due sunt generationes, una s. fide q. nunc fit per baptismum, alia sunt carne q. fiet in eius incorruptione atque immortalitate per iudicium magnum atque novissimum, ita sunt et due resurrectiones, una prima q. nunc est et est animarum q. venire non permittit in mortem secundam. Alia secunda q. non nunc sed in fine seculi futura est, nec est animarum sed corporum, que per ultimum iudicium alios mittet in secundam mortem, alios in eam vitam q. non habet mortem. ergo beatus et sanctus qui habet in prima visione partem qui in huius mors secunda non habet potestatem, sed ut dicit Augustinus ubi supra. Tamen sunt qui putant resurrectionem dici non posse nisi corporum, ideo et istam quam primam in corporibus futuram esse contendunt, sicut arguentes eorum est cadere eorum est et resurgere, cadunt autem corpora moriendo, nam a cadendo cadavera nuncupantur, sunt ergo quod non animarum resurrectio potest esse sed corporum. Sed quid contra dicant apostolo audiant qui eam resurrectionem appellat. Nam secundum interiorem non secundum exteriorem hominem utique surrexerant quibus ait: Si consurrexistis cum Christo que sursum sunt sapite. Quem sensum alius verbis alibi posuit dicens ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris sic et nos in novitate vite ambulemus. Hinc est et illud: Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te Christus. Quod autem dicunt non posse resurgere nisi q. cadunt, et ideo putant resurrectionem ad corpora non ad animas pertinere quia corporum est cadere. Cur non audiunt: Non recedatis ab eo ne cadatis. Et: Domino suo stat aut cadit. et qui se putat stare videat ne cadat. puto enim quod in anima non in corpore casus iste cavendus est. Si igitur cadentium est resurrectio, cadunt autem et anime, profecto et animas resurgere confitendum est.

Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur sathanas de carcere suo et exibit, et seducet gentes que sunt super quatuor angulos terre gog et magog, et congregabit eos in prelium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terre et circuierunt castra sanctorum et civitatem dilectam. Et descendit ignis de celo a deo et devoravit eos. Et dyabolus qui seducebat illos missus est in stagnum sulfuris ubi et bestia et pseudopropheta et cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.

Premissa ligatione dyaboli per primum adventum Ihesu Christi subditur revelatio dampnationis eius per secundum Christi adventum. Vel nunc redit ad descriptionem temporis Antichristi secundum Haymonem et Richardum. Et dividitur in duas partes. Primo premittitur causa dampnationis et specificatio. Secundo ad maiorem sue dampnationis evidentiam divini iudicii discussio et manifestatio, ibi: Et vidi thronum etc. Prima subdividitur in duo. Primo premittitur causa dampnationis. Secundo subditur ipsa dampnatio, ibi: Et descendit ignis etc. Circa primum dicit: Et cum consummati fuerint mille anni, id est illa pars mille annorum que est ab adventu Christi usque ad tempus Antichristi, solvetur sathanas, id est relaxabitur eius potestas que modo quasi tenetur inclusa et ligata in cordibus reproborum, sicut est. recipiet enim potestatem quam habuit ante Christi incarnationem, aut gloriam vel dyabolo iudicio permittetur agere ea que secundum suam naturam agere potest. Solvetur igitur de carcere suo id est de cordibus reproborum in quibus modo ligatus est, ne tantum seviat quantum vult, ait Haymo. Vel exercere mittetur cohibitus sue potestatis. Et exibit in potestatem suam operabit s. quod apostolus dicit. Aug. ista littera xx de ci. dei c. xiv. Exibit autem in apertam persecutionem de latebris erumpet odiorum. Hec enim erit novissima persecutio ut dicit c. vi. Sed quod dicitur: Et cum consummati fuerint mille anni solvetur sathanas, mille enim anni sunt plenitudinem totius temporis ecclesie, eo quod est numerus perfectus, ergo per suam solutionem non restabit amplius tempus. patet quod regnabit tribus annis et dimidio super sanctos, calcabit civitatem mensibus xlii. sed et super xiv. c. scilicet, dicit sicut Aug. hic in originali quod finientur mille anni solvetur, a toto parte comprehendens. Sic enim solvetur ut supersunt et super xiv. c. scilicet dicit. Sicut Haymo. Ergo cum mille anni intelligimus ab adventu domini usque ad finem seculi, hic autem usque ad regnum Antichristi. Et de hoc Aug. xx de ci. dei c. xiii. locutus propheta finaliter concludens quod sanctorum regnaturum cum Christo plures erunt anni quam vincti dyaboli atque Antichristi. Et de hoc Aug. xx de ci. dei c. xiii. ... liberato regnabit tempore illo ... per tres illos annos ac semissem. Et subditur in littera: Et seducet gentes, quia illi cum suo rege dei filio ... dyabolo non ligato regnabit ... ac semissem. Et subditur in littera. Et seducet id est gentiles persequentes terrenis cupiditatibus inhiantes que sunt super quatuor angulos terre gog et magog. Et de hiis gentibus varie reperiuntur opiniones. Nam beatus Ieronimus in libro super Ezechielem in prohemio dicit: Hac o virgo Christi Eustochium ... magog. ... ad imperatorem scribens super hac materia ... per nobis in hac prophetia difficili, in qua ... quod populus gog sit populus gothorum. Et in eodem libro incipiens exponere capitulum 38 ... Gog iste gotus est ... sup illo verbo Fili hominis pone faciem tuam contra gog et terram magog principem capitis mosoch et tubal etc. dicit Iudei et nostri iudaizantes putant gog gentes esse scythicas immanes et innumerabiles que trans caucasum montem et meotidem paludem et prope caspium mare ad indiam usque tenduntur, et has post mille annorum regnum a dyabolo commovendas ut veniant ad terram Israel et pugnent contra sanctos multis secum gentibus congregatis, per mosoch quos Iosephus interpretatur cappadoces, et tubal quos iberos vel hispanos, ... pugnent ... persas ethiopes et libies, gomer et gomorra quos galatas et friges ... pontos ... ytalos suspicantur ... ut in coetu ... per ethiopes et libies gomer et gomorra quos galatas et friges dicunt. ... Iohannem hic in sua apocalipsi posuisse ... Quam restat Haymo ... estimat eas gentes sabeos etc. et hic dicit Iohannem hic in sua apocalipsi posuisse, et est opinio sua. Alii vero dicunt has gentes ab alexandro magno in partibus aquilonaribus, id est gethas et massagetas que sunt in insula inclusas. Alii vero dicunt has gentes ab alexandro magno in partibus ... esse aquilonares id est gethas et massagetas ... multiplicate ut ... regna de se ... has ut dicunt solvet Antichristus et per eas ... macedonie ... quae intrinsecus multiplicate ... ingredietur omnia regna mundi. Sed hoc non videtur esse intentio littere quia si has tantum duas gentes dyabolus esset seducturus nequaquam diceret ad hoc operis de carcere ut seducat gentes que sunt super quatuor angulos seu partes terre, cum hec gentes non quatuor sed una tantum mundi parte inhabitent. Unde et beatus Ieronimus reprehendit illos qui suo opere fulciebant per litteram istam. Dicit non intelligunt totum volumen Iohannis quod revelatio ... titulo prenotatur esse misticum et revelationem nobis in eodem ... Unde quod beatus Aug. xx de ci. dei c. xi. plane dicit quod gentes iste quas appellat gog et magog non sic sunt accipiende tamquam sint aliqui in aliqua parte barbari constituti, sive quos quidam suspicantur getas et massagetas propter litteras horum nominum primas, sive aliquos alienigenas et imperio romano seiunctos. Toto namque orbe terrarum significati sunt isti esse cum dicitur gentes que sunt super quatuor angulos terre, easque subiecit esse gog et magog. Sic ergo per has duas gentes intelligitur omnis multitudo reproborum qui sunt super quatuor partes terre, id est super orientem, occidentem, aquilonem et meridiem, usque ad finem seculi. Hinc ergo dicit Et quod hic infert Haymo: fidem sanctorum in omnibus mundi partibus inveniendam ... ecclesia enim ubique erunt fideles, inde eos ubique et tunc veniet finis, et iniquitates impiorum sparse per omnes mundi partes sevituram, ecclesia enim ubique erunt fideles. Ideo eos ubique insequentur infideles. Nam ut dicit Aug. hic, erit novissima persecutio, novissimo imminente iudicio quam sancta ecclesia toto orbe terrarum patietur, universa scilicet civitas Christi ab universa dyaboli civitate, quantacumque erit utraque super terram. Et ideo secundum eum per istas duas gentes sunt omnes reprobi. Unde interpretatur nomina. Gog enim interpretatur tectum, magog de tecto, tamquam diceretur domus et de domo prodit. Sunt omnes reprobi, unde interpretatur nomina ... per tectum itaque intelliguntur corda reproborum, in quibus modo dyabolus latet, inde quod superius legimus eum esse inclusum in abysso. Dyabolus autem est de tecto tamquam scilicet de reproborum cordibus progrediens. Ipse est ergo modo in tecto, sed tunc progredietur de tecto. Tecti est enim modo dyaboli in illis, sed temporibus antichristi exibit de tecto quia discoopertum quod nunc facit occulte tunc faciet manifeste. Sed Haymo similiter ab Aug. dicit gentes sunt hii in quibus dyabolus velut in abysso dicitur inclusus, et ipse de illis quodammodo sese offerens et procedens, ut illi sunt tectum, ipse de tecto. Subdit si autem utrumque referamus ad gentes, non unum horum ad illas, alterum ad dyabolum, tunc et ipsi ... et tectum ipsi sunt, quia in eis nunc includitur et quodammodo tegitur antiquus inimicus, et de tecto ipsi erunt, quia in apertum odium de occulto erupturi sunt. Exibit ergo in apertam persecutionem ut seducat gentes que sunt super quatuor angulos terre gog et magog, id est omnia sua membra seducendo. Ac si enim diceret: incitabit omnes reprobos ut bellant contra Christum. Et non solum seducet sed etiam ut Gregorius dicit

* Et mors nō erit ult. Vbi remonet omēz cāz lacrimādi aut ēe q aut est lacrima p metū moriendi q remōr cū dr Et mors nō erit ult. aut p compassiōe carorū et miseriis aliorū q remōr cū dr Neq; luctus. aut p inquietudine aīe z corpis. q remōr cū dr Neq; clamor. aut p pctis ppris. q remōr cū dr Neq; dolor erit ult. Et go qm ad pmum Et mors nō erit ult q nā &c. d.

Vnde dicit pt ...

Fo[...] ... ēst 1 hi[...]

... spualr

ppc duo q et possessi

Deus

p ista affliccōne ... bom ... pncia dū ... ...

s. mod ... ... capitul ... prop

... ... icolas ...

mori potuissent, immo necesse habuissent. Quae mors quae per peccatum meruit destructa est per Christi mortem. Isaias 25: Praecipitabit mortem in sempiternum, quia locum in electis non habebit, postquam ad vitam resurgent; tales effecti ut deinceps neque mori neque peccare poterunt. Neque luctus erit ultra in illa superna civitate, quia nulla causa lugendi erit ibi. Quinque modis luctus ut dictum est supra. Multis modis fit in praesenti, vel quia nulla carorum amissio, ut dicit Augustinus libro primo de sermone Domini in monte: luctus est de carorum amissione. Neque clamor erit ultra ibi, quia nulla erit interior vexatio nec aliqua inquietatio, sed gloria vel pacis suggestionis querela. Sicut Hugo: Primus enim homo quamdiu peccaret, in magna quiete erat, omnia membra sibi subdita, nec ullo repugnancia in animo possidebat. Sed postquam peccavit, statim clamorem prave suggestionis contra se consurgere sensit, videns quod in illum insurgunt. Iustum quidem est dei iusto iudicio, ut qui noluit esse subditus deo, non possit habere membra sibi subdita. Hunc clamorem deinceps omnes sustinemus, quo laborare se ostendit Apostolus ad Romanos 7: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et cetera, et captivantem. Infelix et cetera. Semper enim fit hic clamor, quia semper caro spiritui resistit. Galatas 5. Sed cum corruptibile hoc induit incorruptionem et mortale hoc induit immortalitatem, cessabit clamor tumultuari contra electos, qui eos in hac vita quietos non sinebat. Isaias 65: Non audietur ultra vox fletus et vox clamoris. Neque dolor erit ultra, scilicet de aliquo amisso, sed negandum, vel quia ibi nihil erit mali. De qua prima est dolor, vel quia cum electorum non quaerabit ultra criminales et puniciones peccatorum pro quibus debebat dolere. Quae prima, scilicet quae praedicta abierunt, id est perierunt. Unde Hieronymus: Cuncta in praesenti saeculo haec omnia sustinent sancti; sed cum innovata fuerint caelum et terra, tunc in electi innovabuntur et nequaquam pristinas passiones sustinebunt. Vel sic: Quae prima, id est prius in hoc mundo habita, abierunt, scilicet cum reprobis in infernum, ubi est omnis causa lugendi, lacrimandi, clamandi et dolendi, confundantia malorum et suppliciorum; sed in illa urbium superna celeste, scilicet et etiam [illegible] nulla causa luctus poterit intrare, quia tanta fiet affluentia gaudiorum et omnium bonorum, quod omnes miserie vel molestie praesentis vitae tradentur oblivioni. Primum quod sit causa luctus. Isaias 65: Oblivioni tradite sunt angustiae priores et non erunt in memoria priora et non ascendent super cor, sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum et cetera. Vel sic secundum glossam: Quae prima, id est quia causa quae sunt prima, hoc est accedentia ad ista, et causa cum, scilicet peccata, abierunt, id est perierunt, vel dicitur: Quae prima abierunt, quia praedicta producunt ad gloriam, sicut via ad terminum. Dicit enim: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum. Luce ultimo: Nonne sic oportuit pati Christum et ita intrare in gloriam suam? Per hanc viam invenit omnes sancti. Et clamat Dominum, quam super omnia diligebat. Remonet ergo in hac littera beatus Iohannes: Nimis delicatus es, miles, si vis hic gaudere in mundo et in fine regnare cum Christo. Quicquid mala a patiaris, per quae tu intelligis omnia mala, puta labor, infirmitas, violentia, indigentia et cetera. Unde dicit Augustinus libro de contemplatione Christi capitulo 25: Considerans inclitae urbis tuae felicitatem, magis magisque ardere. Pax ibi est et concordia cum ipsa. Dicigloria dicta sunt de te civitas dei. Deus laetantium omnium habitatio est in te. Fundaris enim in exultatione universae terrae. Non est in te senectus nec senectutis miseria. Non est in te mancus neque claudus neque gibbosus neque deformis, sed omnes occurrunt in virum perfectum in mensuram aetatis plenitudinis et cetera. Et subdit: Quid hac vita beatius? Ubi non est paupertatis metus nec aegritudinis imbecillitas. Nemo ibi laeditur, nemo irascitur, nemo invidet, nulla cupiditas exardescit, nullus cibi desiderium, nulla potestatis vel honoris pulsat ambitio. Nullus ibi diaboli metus, insidiae daemonum nullae, terror gehennae procul. Ibi non est mors corporis nec animae, sed immortalis vita. Nulla unquam ibi discordia; sed cuncta consona, cuncta convenientia, quia sanctorum omnium una est concordia. Pax et laetitia cuncta continet, omnia tranquilla sunt et quieta. Propter quod idem Augustinus libro de novo cantico circa finem admonet nos festinare ad illam patriam, cuius cives angeli sunt, cuius templum deus, cuius splendor filius, cuius caritas spiritus sanctus. Civitas sancta, civitas beata, civitas ubi nunquam perit amicus, quo nunquam admittitur inimicus. Civitas ubi nemo moritur, quia nemo oritur, nemo infirmatur, quia incorrupta salute laetatur. Cum illuc venerimus, non ibi esuriemus aut sitiemus, visio ipsa nostra satietas erit. Non ibi dormiemus, non ibi laborabimus. Nulla ibi cogit rei necessitas. Erit refectio ubi nulla erit defectio. Vivemus, regnabimus et delectabimur. Et subdit: Si tantum delectat cum de ea loquimur, quid erit et videre? Videre deum, vivere cum deo. Vita enim nostra erit laudare deum et sine defectu eum amare. Beati enim qui habitant in domo tua domine, in saecula saeculorum laudabunt te. Et idem libro de triplici habitaculo dicit idem Augustinus: Christi vestigia sequamur, domine, post eum eamus via tua domine in saecula saeculorum. Ad urbem regnaturi pervenimus in qua ipse regnat. De qua urbe quicquid homo dixerit, quasi stilla de mari est, vel quasi scintilla de foco. In qua urbe fulgebunt iusti sicut sol, ut dicit, ubi summa pax erit et securitas, quos nec labor nec dolor nec paupertas nec senectus nec ulla mors nec ulla nox, nullus cibi desiderium, nullus sitis incendium, sed cibus et potus omnium visio Christi et sanctae civitatis et contemplatio puro cordis oculo ipsius divinitatis et assidua lectio, ut ita dicam, libri vitae, id est aeternae veritatis et summae sapientiae et verbi dei, quod est visio ipsius Christi. Et dicit beatus Augustinus super libro de civitate dei, capitulo 30: quod in hoc libro cuius non est a nobis obscura nimia dicuntur, ut mentem legentis obtundant, et pauca in eo sunt ex quorum manifestatione indagentur cetera cum labore, maxime quia sic eadem multis modis repetit ut alia et alia dicere videatur, cum aliter atque aliter haec ipsa dicere investigetur. Verumtamen in his verbis: Absterget deus omnem lacrimam et cetera, tanta luce dicta sunt de futuro saeculo et immortalitate atque aeternitate sanctorum. Tunc enim solum aut ibi solum ista non erunt, ut nulla debeamus in litteris sacris quaerere vel legere manifesta, si haec putaverimus obscura. Patet igitur quod dicitur quod modo praedictis malis sancti purgantur, qui ad beatitudinem perveniunt, sed in gloria praedicta auferuntur et affluentia bonorum satiabuntur. Unde supra 7: Non esurient neque sitient amplius, et neque cadet super illos sol neque ullus aestus, quoniam agnus dei qui in medio throni est reget eos et deducet eos ad vitae fontes aquarum.

Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia haec verba fidelissima sunt et vera. Et dixit mihi: Factum est. Ego sum alpha et o, initium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aquae vivae gratis. Qui vicerit possidebit haec, et ero illi deus, et ipse erit mihi filius. Timidis autem et incredulis et execratis et homicidis et fornicatoribus et veneficis et idolatris et omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda.

Hic quintum ponitur testificatio a sedente in throno. Et dividitur in quatuor partes. Primo ponitur de innovatione mundi testimonii confirmatio. Secundo ad credendum et ad denuntiandum aliis exhortatio, ibi: Et dixit mihi: Scribe et cetera. Tertio corporum quibus tribuenda est gloria specificatio, ibi: Ego sitienti dabo et cetera. Quarto distribuentium damnatio assertio, ibi: Timidis autem et cetera. Circa primum dicit: Et dixit qui sedebat in throno, ut enim ait Richardus, non solum thronus, id est sanctorum coetus, in quo deus residendo regnat, sed et ipsa regnans divinitas, scilicet deus trinus et unus. Huius rei testimonium clamat. Unde post: Vidi thronum et sedentem super thronum, qui indicans ministrat: Ecce, scilicet in evidenti. Nova facio omnia, scilicet praedicta per innovationem electorum et glorificationem beatorum. Isaias ultimo: Sicut caeli novi et terra nova quae ego facio stare coram me, dicit dominus, sic stabit semen vestrum et cetera. Sed quaeritur qualiter ait: Ecce nova facio omnia, quia solum ascendet ignis conflagrationis quantum ascendit aqua diluvii, ut communiter dicitur; non ergo faciet omnia nova. Secundo innovatio est quaedam alteratio, sed impossibile est totum mundum alterari, quia nihil est alterans extra totum mundum; ergo impossibile est omnia innovari. Tertio dicitur Genesis primo quod deus requievit a novis operibus faciendis; ergo non faciet amplius nova. Quarto ista dispositio rerum quae nunc est in universo est naturalis; ergo altera erit accidentalis et innaturalis, sed quae sunt innaturalia non sunt perpetua; ergo non durabit perpetuo. Quinto innovatio gloriae est primum innovationis gratiae, sed non omnia sunt susceptibilia innovationis per gratiam; ergo nec per gloriam. Sexto Ecclesiastes primo: Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est. Nihil enim novum sub sole; ergo nulla fiet innovatio rerum. Responsio: Dicendum quod mundus totus sensibilis factus est ad usum creaturae rationalis humanae, ut quia non potest in carne in carneis oculis deum videre per speciem propriam, divina videat eum quasi in speculo per speciem creaturae. In statu vero futuro multo amplior erit dei cognitio quam modo. Ideo speculum oportet meliorari et purgari, ut amplius refulgeat et videatur species creatorum in speculo creaturarum. Quicquid visio non erit ad necessitatem, si quod aliter videri non possit sicut est modo, sed ad voluptatem, scilicet ut delectationem visionis intellectualis addatur delectatio visionis sensualis. Ad primum ergo dicendum, scilicet de igne, quod duplex erit innovatio: una per vetustatis et foeditatis depositionem, et haec erit per ignem conflagrationis; alia erit per solam innovationem et meliorationem, et haec erit in corporibus superioribus. Isaias 30: Erit lux lunae sicut lux solis et lux solis septempliciter. Purgatio ergo tantum inferiorum quae sunt impure fiet per ignem, sed innovatio in collatione novae formae non, quia nihil aget ultra suam speciem. ~~Ad secundum dicendum~~

Vel inter purgationem et innovationem erit duplex differentia. Prima quia purgatio erit penalium qualitatum in elementis destructio, sed innovatio erit pulchrioris formae inductio in toto universo, ut quilibet corporis virtus [illegible] secundo quia ad hoc fine dicitur quod terra erit in superficie exteriori pura sicut vitrum, aqua sicut crystallus, aer ut caelum, et ignis resplendens ut caeli luminaria, corpora vero caelestia maiori quam nunc claritate vestientur. Secunda differentia quia purgatio electorum erit mutatio ab impuritate quam habuerunt ad puritatem; innovatio vero erit quantum a statu electorum veteri ad statum novum, et haec per cessationem a motu. In caelis enim praeter incorruptionem nulla est impuritas, et ideo caeli non purgabuntur ab igne, sed erit in eis cessatio motus, et a motu imperfectione liberabuntur. Hic autem purgabuntur elementa, quia ab igne perdetur vis combustiva, ab aere obscuritas, ab aqua glacialis frigiditas. Aer in superiori superficie perdet obscuritatem et opacitatem, sed remanebit in eis diversitas. Retinebunt quoque elementa qualitates suas, sed tamen non sicut actu hic est. Igne habebit caliditatem et siccitatem, aer caliditatem et humiditatem, aqua frigiditatem et humiditatem, terra frigiditatem et siccitatem, sed iste qualitates electorum non erunt tunc activae et passivae inter se, quia tunc cessabit motus caeli, qui est principium totius actionis alterationis et transmutationis. Ad secundum de alteratione dicit [illegible]

// dicit ergo dic eo anno in corde memoria describe q[uae] lo[quitu]r quo de bono fide sublima de tota spei fiducia presentem inquit hanc[?] et hic consumat[?] cum subdit et dicit in fine [illegible]

dicit quod altacio naturalis requirit alterius naturale sed illa erit supernaturalis Ad 3m sicut ad ergo generi primo dicit quod duo regent a nomine spiritu que non presserint vel in se vel in alio suo simili. non illa forma gloriae processit in simile. cuius similitudo non sit gloriae sed naturae. Claritas enim que superaddet luminibus erit sicut similes perfectiones at que dabuntur corporibus glorificatis erunt similes perfectionibus spiritualibus Ad 4m de dispositione naturali dicit quod cuius sit dispositio sit naturalis illa tamen non erit tota natura sed supernaturalis data ab agente supernaturali perfectio propter quod perfectio esse potest Ad 5m de primo monacho dicit quod illa monacho non erit in primum ubi meliores sed meliores vel boni qui eam meruit Ad 6m secundum Ecclesiastes primo dicit quod loquitur secundum statum naturae qui nunc est non sunt supernaturales qui postea erunt secundum pe[?] de thesauro et subdit exhortacio ad credendum et ad denunciandum aliis que visa sunt et revelata precipit enim Iohanni ut predicta visa scribat ad sequentium utilitatem et ondit[?] metro que sunt scribenda quia scilicet vera sunt et fide digna. Dicit ergo sic Et dixit mihi scilicet sedens in throno Scribe scilicet primo in corde tuo deinde in codice libro commenda scilicet que vidisti et audisti, ut ad noticiam et utilitatem perveniat posterorum et subdit rationem quare sunt scribenda cum dicit Quoniam verba scilicet que ab initio istius libri tibi sunt divinitus ostensa et sequitur circa que vidisti et audisti de iudicio monacorum et sanctorum glorificacione fidelissima sunt quia fideliter futura premiunt et infallibiliter complebuntur quam promittit pro fidelis deus in omnibus verbis suis Et vera quia a deo vera pressserunt unde per prophetam, non est deus ut homo ut mentiatur verba enim dei non transibunt. Dicit enim et scilicet sunt aut perfecta [illegible] ipso simile[?] sed quare tunc non dicit fidelissima et verissima sunt, dicit quod sunt fidelissima per applicacionem ad nos verum quorum potest scilicet applicatio sed vera dicit per applicacionem ad deum in quo non cadit apparere[?] sed per quid quantumque[?] aliquid alio verius hoc est verum[?] [illegible] aut hoc verba dicta fidelia quia testimonio Iohannis sunt confirmata fideliora quia additum est

// testimonium sanctorum primorum fidelissima quia subiectum est testimonium christi. Et hoc confirmat cum subditur Et dixit mihi scilicet christus qui primus, factum est idest consummatum est gaudium electorum vel omnia completa sunt que fuerint predicta. Omnia enim hec omnia que superius dicta sunt de remuneracione iustorum et de dampnacione reproborum tempore suo perfecte complebuntur. ideo quia iam facta sunt omnia scilicet dei voce fuerunt in cuius presencia omnia futura presencialiter consistunt inquit hanc. Dicit ergo factum est idest certum et sine dubitacione fiet quicquid predictum est. Augustinus quod iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Et hoc ideo quia ipse est principium et finis omnium et ideo subdit Ego sum alpha et o Alpha est prima littera graeca o ultima per quod designatur quod deus est primum efficiens a quo omnia producuntur et finis in quo omnia ordinantur quia ergo dicit sicut omnia per me habent originem ita et per me habent consumacionem Ego de nichilo creavi ego invetarata renovavi Ego feci et ego referam inquit vicarius[?] super primo id quod hic et id nisi proprio non quod initium habeat in tempore vel fine sed quia ab ipso cuncta sumpserunt initium et in ipso resumunt tunc item ipse deus ante tempora et ipse hoc in fine secundum inquit hanc, quia sicut potuit omnia creare potest renovare. alpha [illegible]

Tunc ibi Ego sicienti et cetera. Subditur perfectio eorum quibus danda est beatitudo Ut cum ait Richardus superius composuit glorificacionem iustorum hic ad intentum auditores ad iocunditatem dei Ego sicienti idest debito desideranti iusticiam Beati enim qui esuriunt et siciunt iusticiam Augustinus Dabo de fonte aque vive idest de meipso qui sum fons aque vive Ecclesiastici primo fons sapiencie verbum dei in excelsis Iohannis quarto Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non siciet in eternum sed fiet in eo fons aque salientis idest salire facientis in vitam eternam. psalmista quoniam apud te est fons vite Sicientibus ergo deus seipsum dabit in remuneracionem in cuius contemplacione erit refectio eterne sacietatis De quo fonte psalmista Sicivit desideravit inquit Sitivit anima mea ad deum fontem vivum de quo fonte qui bibit vitam habebit nam habendo deum habebit vitam eternam que est deus. unde dicit Iohannis 17 hec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti ihesum christum. Dabo inquit gratis sed quare. qualiter hic cum hic loquatur de premio gloriae quod redditur meritis et ad Thimotheum 2o In reliquo reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi iustus iudex Et et Matthei reddet secundum opera sua. ergo non gratis. dicit quod licet beatus gratis meruntur de condigno vitam eternam. tamen ipsa gratia per quam opera sunt meritoria de condigno gratis datur. Alioquin gratia non esset gratia ut dicit apostolus ad Romanos 11 unde secundum Augustinum libro de gratia et libero arbitrio. Respiciendo primam gratiam qua homo meretur. tunc vita eterna dicitur esse dei gratia Ad Romanos 6to Gratia dei vita eterna quia homo ex suis naturalibus cum coniunctione gratie non potest consequi vitam eternam Respiciendo vero opera meritoria ex cooperacione liberi arbitrii dicitur esse debitum sive merces. Vel dicitur vita eterna gratis data quia super merita reddet deus mercedem luce 6to Mensuram bonam et superhabundantem dabunt in sinum vestrum. Ad cuius evidenciam sciendum quod gratia dicitur generaliter specialiter et proprie Generaliter gratia dicitur adiutorium divinum creature liberaliter et gratis impensum et indutum ad quecumque actum Et sic sine huiusmodi adiutorio gratie non possumus ad efficacia[?] vel in esse durare Ita quia cum deus omnipotens sua virtute et benignissima largitate omnem creaturam suam de nichilo produxit in esse ac per hoc creatura habeat de se non esse totum et esse habeat aliunde sic facta sunt ut ipsa per sua defectibilitate sine suo principio indiget et principium principium per sua bonitate influere non cessat Cum ergo spiritus racionalis hoc ipso quod de nichilo sit est in se defectivus et quia defectivus est de se tendit in non esse hoc est quod ad hoc quod salvetur in esse cum sit defectivus indiget adiutorio divine potencie manutenentis et influentis per quam manutenetur in esse que communis sit vobis in omni creatura vocatur tamen nomine gratie quia non procedit ex debito sed ex liberalitate bonitatis divine. Specialiter vero gratia dicitur adiutorium divinitus datum ut quis se preparet ad spiritum sancti donum suscipiendum quo perveniat ad meritum statum et talis dicitur gratia gratis data et sic habet nec sufficit sed quod in se est ut se preparet ad salutem Ita quia spiritus racionalis hoc ipso quod est natura limitata et egena est miserrimus animus ipsum bonum ideo per se non resurgit ad rectitudinem perfecte iusticie hoc est quod ad hoc quod se preparet ad donum superne gratie cum sit miserrimus indiget dono alterius gratie gratis date maxime post naturam lapsam per quam abilis efficiatur ad bona moralia que sunt bona consuetudinaria. que nullo[?] prius dicta bona nisi procedat ex intencione recta. unde quod non propter nos sed propter summum bonum fiat ad quod non assurgit spiritus nisi miserrimus nisi preveniatur a deo per aliquam gratiam gratis datam proprie vero gratia dicitur adiutorium datum divinitus ad merendum quod quidem dicitur donum gratie gratificantis sine quo nec potest mereri nec in bono proficere nec ad salutem eternam pervenire Ipsa enim tamquam radix merendi omnia merita antecedit propter quod dicit Augustinus quod prevenit voluntatem ut velit subsequitur autem ne frustra velit unde ipsa nec merentur potest merito condigni sed ipsa gratia meretur augeri in via adeo ut aucta mereatur et perfici in patria et gloria sempiterna ab ipso deo. cuius est gratiam infundere augere et perficere sine cooperacione voluntatis nostre et secundum propositum suum beneplacitum predestinacionis eterne Ita quia spiritus racionalis hoc ipso quod totum est a deo totaliter est deo obnoxius et quia deus bonus eius non indiget ideo nil potest facere de se et propria virtute propter quod deum sibi constituat debitorem et maxime mercedis eterne que deus est. nisi per divinam condescensionem. hoc est quod ad hoc quod faciat opera meritoria mercedis eterne cum sit deo totaliter obnoxius et debitor sui totius indiget dono gratie gratificantis per quam deus sibi condescendat prius acceptans ymaginem suam et voluntatem quam operacionem quia ipsa voluntatem quia cum tanto nobilior sit effectu. nec potest se facere meliorem nec opera deo placens potest facere. nisi prius placeat ipse. ut deus respiciat ad ipsum prius quam ad munera eius Et ideo omnis radix merendi consistit in gratia gratificante cuius est facere hominem deo dignum propter quod nec potest eam mereri merito condigni sed solum merito congrui, quia si homo constitutus in puris naturalibus posset mereri de condigno gratiam gratificantem cum per talem gratiam homo sufficienter consequatur vitam eternam que est finis simpliciter supernaturalis; tunc ex puris naturalibus posset ad consequendum vitam supernaturalem et per consequens finis supernaturalis non esset supernaturalis quod implicat contradictionem nam nullum meritum caliter[?] intuitu gratie. nam secundum Augustinum Cum dicitur est nullum dicimus gratiam tunc omne bonum nostrum in nobis non faciat nisi gratia propter quod eam mereri non possumus de condigno Alias enim gratia esset debitum absolute et per consequens gratia non esset gratia. Et nimis at nec ut dictum est possit eam mereri merito condigni potest tamen merito congrui, quia congruum esse principium ut meritorum principium vagabundus filius prodigus abierit in regionem longinquam. vanis se gentibus peccatorum involvens. redeuntem in gremium patrium domicilium cum pietate suscipiat et errata corrigere volenti gratiam largiatur. Sed deus est pater meritorum

2 Cor. 1. ymmo secundum apostolum pater misericordiarum et deus totius consolacionis qui consolatur nos in omni tribulacione nostra, peccator autem faciens totum quod

---

Marginalia (left): cui subest posse velle et nosse [illegible]

Marginalia (right): Apoc. 28; [illegible] 16 [illegible]

qd in se est assimilat filio pdigo dti Surga et vada ad prem meu et dica pr peccaui in celu et cet fm qd hetr in parabola
evang luc xv. vn si facet totu qd in se est. etia si paganus existet deus nunq dimittet qn vitate sue fidei sibi pandet et i
fundet gram spus sti sicut bn apparuit i cornelio act x. ad quem ds miraculose misit aplm petru docturu at vadendi
seu gram quirandi ponit in pdicta parabola sit satis expssus pt tu dica qd pmo ds p gram preuenientem amonet p qsda
spuales nstinctus ipm peccatorem timore preproe petor incipit reatu suu agnoste et adquale bue displicenciam petorz
sibi cum amonicoibi deus stat ad ostiu et pulsat petens a nobis intz qmsor et quia no possum ex nobis ipis quti
go clamar debez ad eu 1o Treni ult. Conuerte nos dne ad te et quertem ad qd nudz dns in zach po Conuertim ad me
et ego conuertar ad vos i. sequim amonicoz meaz. facite qd i vobis est et ego quertar ad vos. quirando vobis gram meaz
ipa aut gra hita meretr. sui ipis augmentu in statu vie p bonu vsu eius merito condigni. pz na cu sola deus sit ipius gre fontale
prm infundens. ipe solq est prm augmentandi p modu infudentis et gra p modu meriti et dignitatis et libm arbitriu p modu co
operantis et merentis p eo qd libm arbitriu coopatr gre et fm qd est gre. sui facit et id no tm libm arbitriu p gram meretr
augmetu gre in statu vie merito condigni verum etiam coplementu in statu patrie merito digni Tu ppt sublimitatem doni sti spus
i merito cooperantis Tu ppt vitatem dei pmittentis Tu ppt vtilitatem libi arbitrii qsentientis et finalit psevantis Tu ppt
difficultatez status merendi Tu ppt dignitatem xpi ut capitis interuenientis qd dz glorificari cu suis membris Tu etia ppt li-
beralitatem dei retribuentis que no decet pua retribue ppt obsequiu sibi fidelit obstantis Tu ppt nobilitatem opis qd ex caritate
prodit. qd tantu ponderat i cospectu iudicis quantu amor ex quo prodit. qu deu incopabilit ppomit omnibus creaturis et io no
suffic et competenter pt iusi in deo et summo bono remunari Ex quibus omnibus tanqz ex septem ramis glia et vita etna merito no
tm congrui sz etia condigni fuit merita gra septiformis Sic go pz qd quis mutu nunq vt a nobis est absolute loquendo
no sit condignu vite etne Tu ut gra sti spus informatu pn cooperante spu sto et nobis cooperantibus est aquisitu sic
capit quanda equalitatem cu vite etne roe cuius de iustia et de condigno nobis reddit etna vita. et quis simus ut sing
no pt ex condigno et iustia dnm suu face debitore. tn sng sumus liber. pt de condigno mereri apud dnm. Sz hoc ifortz qz bi
costitutz est in libertate spuali qz vbi spus dei ibi libertas. ut ait aplus 2 cor 3 et salor Joh 8 Si filius vos liberauit ve
liberi eritis go ut hoc pt ab ipo bonorum largitore mereri de condigno vita etna Et ista vr esse intencio aptli 1 thy 4o ut Galla 3
Sic go respiciendo ad primana radice tunc totu qd aquirimus a do ex sua liberalitate aquirimus sit gra. siue glia. sit bona corle
sit spuale. qz qd nos a seruitute liberat et liberos facit ex sua liberalitate puenit Sz postqz nos liberos fecit et vtz spus sti
sit spuale qz qd nos liberatis possum aliquo de pria iustia ipm debitore qstitue. et hoc ex suo liberali pmisso. Tunc enim
debit qui est spus libertatis possim aliquo de pria iustia ipm debitore ... tunc cum
pmissum cadit in debitum. si ipe ds sup 3o pmisit ei qui fidelis fuit usqz ad morte corona vite Ap 2 et Jacobi po
Cum pbatus fuit accipiet corona vite quam repmisit ds diligentibus se. Sz qz requirit cooperaco libi arbitrii ipi gre qstituta
3d qut subdit in lra Qui vicerit sc hostes antiquos carne et mundum vl dyabolum tentantem carnis mollicia et puorum homi
adusitates possidebit hec sc que supius dicta sunt i. deum amplius carnis imortalitatem et incorrupcionem possidebit inqz hereditate
ppetua. Et at in pl vl vocat illa q possidebit qz sic dicit oculus no vidit nec auris audivit nec i cor hoium ascendit q ppauit
ds diligentibus se. 1a ad cor 2o Tunc ppt inexistitate neqnt comphendi ppt etnitate finiri ppt bonitatem estimari io no ex
... vincenti dabo mana absconditum Et ero illi ds i. etna sacietas et remuneraco dans illi gliam Et ipe erit
mi filius sc p assumpcionem ppetuam Nuc credendo in deum efficiuntur fideles filii dei. hic qnd p fide illic at p manifestaciones
Joh po Nunc iam filii dei sumus et nondum apparuit quid erimus Scimus at qz cu apparuit similes ei erimus et videbimus eum sicuti 3
vel sic qtinuatur ista pticula Numa supius dicit sicienti se daturum de fonte aque vive gratis dd ne quis estimaret qz sufficeret
semel sitiuisse ut desiderasse hoc remouet ondens qz oz in illo desiderio pseuerare qz sola pseuerancia coronatur qz
qui pseuerauit usqz in fine hic saluus erit. 1 cor 9 Qui in stadio currunt omnes quidem currunt sz vnus accipit brauium i. pseuerans
Q pseuerauit usqz in fine hic saluus erit ... pseuerant possidebit hec ut s Et ero illi ds oia bona illi tribues
Et go Qui vicerit sc os hostes pdictos et in victoria pseuerauit. possidebit hec ut s Et ero illi ds oia bona illi tribues
Et ipe erit mi filius amore casto me amplectens et filialit mea voluntatem implens. q.d. sic pr amat filium i. bona sua
illi qmcat ita ego diligam illum et ei qmcabo bona mea. ysa 56 dabo eis i domo mea et i muris meis locum et
nomen melius filiis et filiabus. Tunc ibi Timidis at et cet posita specificacione eorum quibus vltate danda est beatitudo sic
qut subdit reprobos finalis qdamnaco seu dapnacio sentencie qui no desiderant illa inouacionem ut laborant ut pugnant
ad gliam Et ponit octo gna malorum quibus infliget etna pena In quorum pmis tribus qsistit iordinaco actuum intiorum
sz irasscibilis volis et qcupiscibilis In sequentibus at iordinaco actuum exteriorum sc quo ad deum et pximum Dicit go Timidis aut et cet ad semper
q.d. vincentibus dabo pdicta Timidis at i. illis qui timore mundano vl penarum fide accipere fugiunt seu nolunt aut qui
fide acceptam relinquunt hic dicit ad tempus credunt et in tempore temptacionis recedunt Vnde Haymo Timidos possum eos intelligere qui
eat voluntas ut crederent in xpm. Vnde videntes dura tormentorum que fidelibus pparata timore qcussi retrahebant se a fide pr
Quida at eorum pm fide et baptismum vl tormentis perculsi vl blandimentis illecti timentes penas a fide recedebant hic
vel qui timore mundano ad peta mortalia declinauerunt et in eis pseuerauerunt Et incredulus sc qui futura bona non credunt et illa sua aeterna
sc iudeis sarracenis et ceteris fidem catholicam repudiantibus Ieremie 5to ppl huic factum est cor incredulum. ysa 30 Ecce pandi mag
meas ad pplum incredulum Et execratis i. reuertentibus ad enormia peta per eorum qdonacionem sic canis ad vomitum vel mali
more ecclesiastico excomunicatis sz vnde qui sunt execrati i. abhominabiles deo et hoibus vnde pp eorum sanguinum et dolosum abhominabitur dns
In pmis e deordinaco irascibilis p defectum spei In incredulis est deordinaco volis p defectum fidei In execratis deordinaco
qcupiscibilis ex defectu caritatis In sequentibus at ut tactum est qsistit iordinaco actuum exteriorum Et po quo ad pximum cu dr
Et homicidis sc facto vl volunte deliberata. sc qui vl opis ppetracione vl sinicis psuasione vl volunts pmitate aliqm occidit
1 Joh 3 Ois homicida no hz vitam etnam Et ibidem Ois qui odit frem suum homicida est Ambrosius pasce fame morientem
si no pauisti occidisti Eccl 34 Qui aufert in sudore panem i. in sudore aquisitum qz qui occidit pximum suum Effundit
sanguinem qui fraudem facit mercenario fres sui Scdo qsistit iordinaco actuum exteriorum quo ad seipm et hoc innuit cu dr
Et fornicatoribus i. fornicantibus viduis et virgis curuis 1 cor 6 Neqz fornicarii regnum dei possidebunt Ibidem Qui fornicatur
in corpus suum peccat. Tercio qsistit iordinaco actuum exteriorum quo ad deum. et hoc innuitur cu dr Et veneficis i. magis sortilegis
qui malicie venena facto verbo vl exemplo crudelit infudunt venenum enim aspidum sub labiis eorum qd est q dei bonitatem
Et ydolatris i. cultum deo debitum creaturis tribuentibus qualis sunt qui relicto vero dni cultu p ydolatriam demonibus se subdunt
qd est contra dei maiestatem 1 ad cor 6 neqz ydolatre efficiamini sic quidam placent hoim mortuorum vl ymagines eorum corporum
Et omnibus mendacibus sc mendaciis pniciosis. quales sunt qui relicto vitatis tramite pxios fraudulent fallunt
p deo veniunt Et omnibus mendacibus ... Mendacium at sz Aug li 9 contra mendacium est falsa vocis significacio cum intencione fallendi Vbi
ait vnde qd est contra dei vitatem Mendacium at sz Aug li co contra mendacium est falsa vocis significacio cum intencione fallendi vbi
psequuntur de quibus mendacii suffr. de quibus dictum est sup Eccli vnde Noli velle mentiri omne mendacium Sap po
Os qd mentitur occidit aiam vnde p dds omnes q loquntur mendacium Et ut dt Haymo Nonulli putant no esse petum si p vitate
ut iustia pferatur mendacium sic legitur factum in egipto de obstetricibus que ad pharaone venisse et inpate eis vinificari
puulos quos iusse fuerunt interfice mentite sunt dicens no sunt hebree mulieres sic egipcie sz ipe hunt obstetricandi sciam
vnde et scriptura refert qz ob eam rem edificauit illis domum nunqz go petum fuit illud mendacium pq mercede receperunt a do

Et vnde qs ssunt quod petm s ope misericordie est purgatu vn et ds afflerat illis maiores i. multitudine filiorum dedit eis qr filios aliorum
vivificaverat sicut legitur et in iudic medicine factum quemnuncios iosue abscondit et ingredientibus de his vnde fratres quod
venerunt ad me sed cum clauderet porta z illi exierunt Et qr opus meum eam eos cohibuit et eos a morte liberavit pga meruit
pertinge ad vnam dei cognicionem et ut ipsa(?) ... quievit qr petm illud mediacione purgatur opus mee et pietatis peccatum enim suum
si eos proderet ad mortem qs qr eos negat et mentita est. Vnum sane debes retinere nullum medicum genus in vltum remanere
qd si capatum non fuit prima aut aliquo ope pietatis Omnium enim istorum qui sunt supra enumerati pars eorum erit in stagno ardenti
igne et sulphure i. in profunda inferni dampnacione in qua sunt sulphur et ignis. vnusquisque tamen pro sue culpe qualitate et quantitate Que
est mors secunda i. corporis et anime prima enim mors fit in anima per petm secunda autem ut in anima et corpore. De hoc stagno supra 18 et 19.
Et per hoc vicia mitentur omnia alia mortalia de quibus adhuc clarius videndum Et primo de timiditate secundum beatum thomam 2 2 q. 124.
arto primo qd ad dicit esse petm in actibus humanis propter inordinacionem. Nam bonum actus humani consistit in quodam ordine. Est autem hic debitus
ordo ut appetitus regimini racionis subdatur Racio autem dictat aliqua esse fugienda et aliqua esse prosequenda Et inter fugienda quedam
dictat magis esse fugienda quam alia. Similiter inter prosequenda quedam dictat esse magis prosequenda quam alia. Et quantum bonum est prosequendum
tantum malum oppositum est fugiendum Hinc est quod racio dictat quedam bona magis esse prosequenda quam quedam mala fugienda Quando
ergo appetitus timendo refugit id quod est secundum racionem fugiendum tunc appetitus non est inordinatus nec petm. Cum vero appetitus fugit ea
que racio dictat esse sustinenda ne desistat ab aliis que magis prosequi debet timor est inordinatus et habet racionem peti. Sed ante
solum veniale Cumque vero huiusmodi inordinatus timor pertingit usque ad appetitum racionalem qui dicitur voluntas que per liberum arbitrium
refugit aliquid non secundum racionem et talis inordinatus timor quandoque est petm mortale quandoque veniale. Si enim quis propter timorem
quo refugit periculum mortis vel aliud quodcumque malum temporale sic dispositus est ut faciat aliquid prohibitum vel pretermittat aliquid quod
est preceptum in lege divina talis timor vel timiditas est petm mortale de qua intelligitur littera. Alioquin est petm veniale. Cum ergo
timor intus habet racionem peti in quantum est contra ordinem racionis. Racio autem iudicat quedam mala esse magis aliis fugienda magis enim
fugienda mors corporalis quam amissio rerum Vnde si quis propter timorem mortis latronibus aliquid promittit aut dat excusatur
a peto qd incurreret si sine causa legittima pretermissis bonis quibus esset magis dandum peccatoribus largiretur. Si autem ad per timorem fugiens
mala que sunt secundum racionem minus fugienda incurrat mala que secundum racionem sunt magis fugienda non posset a peto totaliter excusari qr talis timor
esset inordinatus. Sunt autem magis timenda mala anime quam mala corporis et mala corporis quam mala rerum exteriorum et ideo si quis
incurrat mala anime i. petm fugiens mala corporis puta flagella vel mortem aut mala rerum exteriorum puta dampnum pecunie
aut si sustineat mala corporis ut vitet dampnum pecunie non excusatur totaliter a peto diminuitur tamen aliquo eius petm qr minus
voluntarium est qd agitur ex timore. Imponitur enim homini quedam necessitas ad faciendum propter imminentem timorem vnde philosophus ea que
fiunt ex timore dicit esse non simpliciter voluntaria sed mixta ex voluntario et involuntario. De infidelitate vero sciendum secundum eundem doctorem secunda secunde
q. 10 qr infidelitas est maximum omnium petorum qr omne petm formaliter consistit in aversione a deo Vnde tanto petm aliquod est gravius quanto
per ipsum homo magis a deo separatur per infidelitatem autem homo maxime a deo elongatur qr nec veram dei cognicionem habet et per falsam cognicionem ipsius
non appropinquat ei sed magis ab eo elongatur Nec potest esse quod quantum ad aliquid deum cognoscat qui falsam opinionem de ipso habet qr id quod
ipse opinatur non est deus Vnde manifestum est quod petm infidelitatis est maius omnibus petis que opponuntur aliis virtutibus theologicis Vnde beatus Augustinus
exponens id Joh. xv. Si non venissem et locutus eis non fuissem petm non haberent ait Magnum quoddam petm sub generali nomine
vult intelligi. Hoc est enim petm infidelitatis quo tenentur cuncta peta. Sed cum tres sint in generali species infidelitatis scilicet paganorum sive
gentilium iudeorum et hereticorum que illarum sit gravior. Respondetur quod in infidelitate duo possunt considerari. quorum primum est comparacio eius ad fidem
Et ex hac parte gravius peccat contra fidem qui renititur fidei quam suscepit quam qui renititur fidei nondum suscepte. Sicut gravius
peccat qui non implet qd promisit quam si non impleat qd nunquam promisit. Et secundum hoc infidelitas hereticorum qui profitentur
fidem ewangelii et ei renituntur corrumpentes ipsam gravius peccat quam iudei qui fidem ewangelii nunquam susceperunt Sed qr susceperunt
eius figuram in veteri lege quam male interpretantes corrumpunt. ideo eciam ipsorum infidelitas est gravius petm quam infidelitas gentilium
qui nullo modo fidem ewangelii susceperunt. Aliud qd in infidelitate consideratur est corrupcio eorum que ad fidem pertinent Et secundum hoc cum
in pluribus errent gentiles quam iudei et iudei quam heretici gravior est infidelitas gentilium quam iudeorum et iudeorum quam hereticorum
nisi forte quorundam puta manicheorum qui eciam circa credibilia plus errant quam gentiles. Harum tamen duarum gravitatum prima preponderat
secunde quantum ad racionem culpe qr infidelitas habet racionem culpe magis ex hoc quod renititur fidei quam ex hoc quod non habet ea
que sunt fidei. Hoc enim videtur magis ad racionem pene pertinere qr talis ignorancia divinorum ex peto primi parentis est consecuta. Vnde
simpliciter loquendo infidelitas hereticorum est pessima. 2 Pet. 2o. Melius erat illis non cognoscere viam iusticie quam post cognicionem retrorsum converti
sed gentiles non cognoverunt iusticie viam iudei vero aliqualiter heretici vero magis cognoscentes destruunt ergo eorum petm simpliciter est gravius.
Ex quo sequitur quod infidelis pro peto infidelitatis gravius punitur quam alius peccator pro quocumque alio peto considerato peti genere. Si vero aliud petm
puta fornicacio vel homicidium eciam committatur a fideli et ab infideli ceteris paribus gravius peccat fidelis quam infidelis Tum propter
noticiam veritatis ex fide Tum eciam propter fidei sacramenta quibus est imbutus quibus peccando contumeliam facit. Ad hebr. x. Quanto magis
putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcavit et sanguinem testamenti pollutum duxit in quo sanctificatus est. Vnde
subditur Et excecratus i. ad enormia peta vertentibus per eorum abominacionem ut ecce post incola quod lucra i. maledictis excecratus qui sic factus
est enim excommunicacio valde periculosa. Nam sicut Aug. libro de verbis apostoli sermone xxvi. Omnis qui excommunicatur sathane traditur qr scilicet ex eorum
est diabolus sicut in ecclesia christus. ac per hoc qui diabolo traditur qui ab ecclesie communione removetur. Vnde illos quos apostolus sathane esse traditos
pronunciat a se esse excommunicatos demonstrat. Et ideo ut dicit super Joh. sermone 23 nihil sic debet formidare christianus quam separari a corpore christi.
Si enim separatur a corpore christi non est membrum eius. Si non est membrum eius non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem spiritum christi non habet
hic non est eius ut inquit apostolus ad Ro. 8. Nam ut dicit ibidem sermone 29 Cum excommunicat ecclesia in celo excommunicatus ligatur cum reconciliat ecclesia in celo absolutus excommunicatus Non tamen est de aliquo desperandum. Vnde dicit libro de correpcione et gracia Corripiantur a prepositis
suis subditi fratres correpcionibus de caritate venientibus pro culparum diversitate diversis vel minoribus vel amplioribus qr et ipsa que
dampnacio nominatur quam facit episcopale iudicium qua pena in ecclesia nulla maior est potest si deus voluit in correpcionem saluberrimam
cedere atque proficere. Neque enim scimus quid contingat sequenti die aut ante finem vite huius de aliquo desperandum est aut contradici
deo potest ne respiciat et det penitenciam et accepto sacrificio spiritus contribulati cordis quam gravi a reatu quamvis iuste dampnatum
absoluat dampnatum quam ipse non dampnet. Pastoralis tamen necessitas habet ne per plures serpant dira contagia separare ab ovibus
sanis morbidam ab illo cui nihil est impossibile ipsa forsitan separacione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad predestinatorum
numerum quis non pertineat affici debemus caritatis affectu. ut omnes velimus salvos fieri. Hoc quippe fit cum singulos quosque ut occurrerint cum quibus id agere valeamus ad hoc conamur adducere ut iustificati ex fide pacem habeant ad deum. Quo vero ordine
debeant fieri declarat libro 3o contra epistolam Parmeniani dicens Cum quisquis fratrum id est christianorum intus in ecclesie societate constitutorum in aliquo tali
peto fuerit deprehensus ut anathemate dignus habeatur fiat hoc ubi nullum scismatis periculum est atque id cum dileccione qua
sic apostolus precepit. Vt inimicum eum non estimetis sed corripite ut fratrem Non enim ad eradicandum fit sed ad corrigendum. Quod si se

non acquiescit neque penitendo corrigit ipse foras exit et propria voluntate ab ecclesie unione dirimetur. Nam et ipse dominus cum servis volentibus zizania colligere dixit sinite utraque crescere usque ad messem, sed premisit causam dicens ne forte cum vultis colligere zizania simul eradicetis et triticum. Ubi satis ostendit cum metus iste non subest sed omnino de frumentorum stabilitate certa securitas manet, et cum ita cuiusque crimen notum est et omnibus execrabile apparet ut vel nullos prorsus vel tales habeat defensores per quos possit scisma contingere, non dormiat severitas discipline in qua tanto est efficacior emendatio pravitatis quanto diligentior conservatio caritatis. Tunc autem sine labe pacis et unitatis et sine lesione frumentorum fit cum congregationis ecclesie multitudo ab eo crimine quod anathematizatur aliena est. Tunc enim adiuvat prepositum potius corripientem quam criminoso resistentem. Tunc se ab eius coniunctione salubriter continet ut nec cibum quisquam cum eo sumat, non rabie inimica sed coercitione fraterna. Tunc et ille cum timore percutitur et per pudorem sanatur cum ab universa ecclesia se anathematizatum videns sociam turbam cum qua in delicto suo gaudeat et bonis insultet non potest invenire etc. De ceteris vero que peti hic conveniat dictum est supra in suis locis, ideo hic brevitatis causa de ampliori eorum declaratione supersedeo.

Et venit unus de septem angelis habentibus fialas plenas septem plagis novissimis et locutus est mecum dicens Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum et ostendit michi civitatem sanctam Ierusalem descendentem de celo a deo habentem claritatem dei; lumen eius simile lapidi precioso tamquam lapidi iaspidis sicut cristallum etc. Et habebat.

isti annunciant iam factum, illi predixerunt futurum. Duodecim ergo eadem que illi protulerunt annunciant, memoriam illorum in suis cordibus se habere insitam demonstrant. Vel per nomina xii tribuum filiorum Israel omnes credentes intelliguntur, qui in fide apostolorum consistunt. 2 Cor. 3: Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris. Ephes. 2: superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, qui introeuntes admittuntur ad regnum celorum sine acceptione personarum. Unde sequitur: Ab oriente porte tres, ab aquilone porte tres, ab austro porte tres et ab occasu porte tres. Nam ex omnibus partibus orbis colliguntur electi intrantes gaudia paradisi. Dicuntur autem porte tres ad quamlibet partem orbis, quia in fide trinitatis recipiuntur electi ad gloriam celestem. Unde dicit Beda: Sollerti dispositione voluit indicare misterium, quod per eciam orbi quadrato sancte trinitatis fides erat intimanda. Ab oriente ergo porte tres, quia per quas sunt venientes ad ecclesiam per fidem trinitatis ab uno climate mundi [illegible]. Unde Augustinus in originali: Civitas ista ecclesia est toto orbe diffusa, ideo per iiii^or partes eius ternas tres porte dicuntur, quia per totas iiii^or mundi partes trinitatis misterium in ecclesia predicatur. Ysaie xliii: Ab oriente adducam semen tuum et ab occidente congregabo te. Matthei viii: Multi venient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham etc. in regno celorum. Secundum vero Haymonem per orientem intelligitur populus iudeorum, de quo Christus est ortus, qui est verus sol iusticie illuminans corda credencium. Ibi enim primum fuerunt porte tres, hoc est fides sancte trinitatis in illis primum annunciata est a prophetis et ceteris iustis, qui per spiritum illuminati fidem trinitatis cognoverunt. Ysaias namque audivit angelica agmina in celo clamancia: Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. Ut enim pluralitas trinitatis monstraretur, tercio sanctus dicitur; sed ut unica essencia sancte trinitatis appareat, non domini sabaoth, sed dominus sabaoth esse perhibetur. Et David quasi similiter senciens ait: Benedicat nos deus deus noster et benedicat nos deus; qui cum tercio dixisset, ut unum hunc esse ostenderet, subdidit: Et metuant eum omnes fines terre, non dicendo plurali de trinitate, pluralis ad unitatem maiestatis intendens. Per aquilonem vero gentiles intelliguntur in frigore infidelitatis et ignorancie positi, sicut fuerunt patres nostri. Ibi quoque sunt porte tres, quia et gentiles per doctrinam apostolorum ceterorumque predicatorum edocti fidem sancte trinitatis perceperunt. Et bene quidem primum ab oriente porte tres, deinde ab aquilone commemorantur, quia prius iudei crediderunt, deinde gentiles qui ante erant in aquilone, qui est frigidissimus et durissimus ventus, sicut [illegible] qui dixit: Ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo. Per austrum vero claritas fidei designatur, que in toto orbe terrarum lucet, quia dum sol est in austro, id est figitur in medio celo, celi totum mundum illuminat, sicut Christus qui luce fidei claritatis sue plenam ecclesiam illuminat. In austro itaque tres porte sunt, quia fides sancte ecclesie splendore sancte trinitatis illuminatur, baptizata in nomine patris et filii et spiritus sancti. Per austrum quoque sunt venientes ad fidem trinitatis tempore pacis ecclesie. Per occasum vero sunt venientes ad fidem novissimo tempore, quando per Heliam et Enoch ceterosque predicatores eadem fides trinitatis per quadripartitum orbem diffundetur, iudeos atque gentiles pariter complectens. Duodenarius ergo numerus portarum, que per iiii^or mundi partes sub ternario comprehenduntur, ad misterium pertinet apostolorum, per quos fides sancte trinitatis per quadripartitum orbem diffusa est. Hec ille. De multiplici vero porta [illegible] beatus Gregorius super Ezechielem omelia [illegible] [illegible] Ezech. xl: Venit ad portam que respiciebat ad viam orientalem. Quid enim aliud porte appellatione signatur nisi dominus ac redemptor noster, qui nobis ianua factus est regni celestis, sicut ipse ait: Nemo venit ad patrem nisi per me. Porta ergo viam orientalem respicit, quia illum signat qui nobis iter ad ortum lucis fecit, dicens: Ego sum via veritas et vita. Potest etiam porte nomine unusquisque predicator intelligi, quia cum ipse nobis ianuam regni celestis ore suo aperit, porta est. Unde et xii porte hic describuntur in [illegible]. Potest etiam porte nomine scriptura sacra non incongrue intelligi, que dum nobis intellectum aperit, celestis regni ianuam pandit. Possumus et porte nomine fidem accipere, quia primam coniungimus ut ad virtutum edificia intremus. Tres ergo porte dicuntur esse in quatuor orbis partibus, quia tres sunt virtutes, scilicet fides spes et caritas, sine quibus [illegible] salvari non potest [illegible]. Et 19 moralium [illegible] Job 29: Cum procedebam ad portam civitatis. Dicit: Per portam civitatis accio bona designatur, per quam ad conventum regni celestis ingreditur. Psalmus: Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudaciones tuas in portis filie Syon. Et fiunt hec per xii portas, scilicet observaciones decem preceptorum decalogi cum duobus preceptis caritatis, per quas habetur ingressus ad statum beatitudinis, secundum illud Salvatoris Matthei 19: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Nam in hiis portis sunt xii angeli, quia anime electorum deferuntur in celum per ministerium angelorum. Luc. 16: Factum est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahe etc. Vel aliter per xii portas civitatis sunt xii partes predicacionis; sicut enim per portas intratur ad civitates materiales, sic per predicaciones ad civitatem spiritualem. Per orientem ergo signatur predicacio monitoria. Cuius tres porte sunt tres partes admonicionis, scilicet admonicio ad pugnandum quo ad incipientes, ad proficiendum quo ad proficientes, et ad perseverandum quo ad perfectos. Vel prima admonicio fit ad coniugatos, secunda ad continentes, tercia ad prelatos, ut omnes pugnent, proficiant et perseverent. Et hii sunt per Job, Daniel et Noe, Ezech. xiiii. Job in coniugio positus et curam proprie domus exercens placuit deo, per quem digne honorum coniugum ordo signatur. Daniel autem in aula regia abstinencie deditus fuit, et ideo vitam continencium signat. Noe vero archam in undis rexit, atque ideo figuram rectorum tenuit. Per aquilonem signatur predicacio comminatoria. Cuius tres porte sunt tres comminaciones, scilicet incertitudo mortis, districcio iudicii et acerbitas eterni supplicii. Per austrum signatur predicacio consolatoria. Cuius tres porte sunt tres promissiones, quas debent facere predicatores, scilicet venie percipiende, gracie recuperande, glorie adipiscende. Matthei 3: Penitenciam agite, appropinquabit regnum celorum. Per occasum vero signatur predicacio vituperatoria. Cuius porte tres sunt tres vituperacionis partes, scilicet de peccato cordis, oris et operis, ut in decem preceptis [illegible]. Item per orientem potest intelligi splendor cogitacionis, cuius tres porte sunt tres species cogitacionis, quas predicatores debent habere, scilicet cogitacionem interiorum ad contemplandum, superiorum ad appetendum et inferiorum ad declinandum; hec triplex cogitacio est datum optimum descendens a patre luminum. Jac. i. Per aquilonem signatur formido sive timor, qui natura est frigidus. Cuius porte tres sunt tres formidinis partes, que nascuntur ex triplici cognicione predicta, quas predicatores debent habere, scilicet timorem de conversacione mundi, de amissione celi, de accepcione inferni. Per austrum signatur fervor dileccionis, cuius porte tres sunt tres dileccionis species, quas debent habere predicatores, scilicet dei, sui et proximi. Vel triplex porta australis est amor boni triplicis, scilicet honesti, expedientis et delectabilis; hic enim est triplex ardor solis, de quo dicitur Ecclesiastici 43: Tripliciter sol comburens montes, igneos radios exsufflans. Per occasum vero signatur luctus, cuius tres porte sunt tres luctus partes. Prima de mundi ignorancia, quam fecit luctus domini super civitatem, dicens: Luc. 19: Si cognovisses et tu etc. Secunda est de mundi iniusticia, quam fecit luctus super suscitacione Lazari, Joh. xi, quem vocabat ad miseriam mundi, ideo flevit super eum. Tercia est de mundi duricia, quam fecit luctus domini in cruce, quia tunc flevit duriciam populi indurati, quod tot signis visis noluit emolliri. Si predicatores habuerint hanc triplicem cognicionem et habuerint triplicem timorem et triplicem amorem et triplicem luctum, tunc eis patet introitus paradisi, [illegible] quasi xii illos intrarent, scilicet heu dicitur Luc. xi de vobis legisperitis, qui tulistis clavem sciencie et ipsi non introistis et eos qui introierunt prohibuistis. Nam ita debiliori sunt in tercio, quia non possunt aperire ad introitum populum. Tren. 2: De [illegible] sunt in terra porte eius. Sic [illegible] clamat propheta: Attollite portas principes vestras etc. et introibit rex glorie. Sic de populo suo Ysa. lx: Occupabit salus muros tuos et portas tuas laudacio etc.

Ite per orientem potest designari prima etas hominis scilicet infancia sive puericia quia tunc homo est in origine. Per aquilonem vero ventum frigidum senectus que naturaliter est frigida propter defectum caloris naturalis. Per austrum inventus vel adolescentia quando fuit amplior calor naturalis. Per occasum etas decrepita que est iuxta occasum. Sic dispositae portae, in aliud ordinem [illegible] quod in qualibet etate patet introitus hominibus in ecclesiam per fidem trinitatis. Ideo Cant. 6to. quatuor dicit: Revertere [illegible] in morte clauduntur omnes ianue propter hortatur apostolus ad Hebr. 4 dicens: Festinemus ingredi in illam requiem. Et Cant. 2o: Surge propera amica mea et veni etc. [illegible] ibi. Et murus civitatis habens fundamenta XII.

Subditur descriptio predicte civitatis quantum ad fundamentorum soliditatem cum dicitur: Et murus civitatis scilicet predicte scilicet Christus vel fides eius qua innititur ecclesia ut dictum est supra, habens fundamenta XII id est fidem et doctrinam XII patriarcharum per quos fundatur ecclesia quia illi primi hanc fidem tenuerunt et illos imitantur quicumque ad fidem accedunt. Ideo subditur: Et in ipsis scilicet fundamentis id est in fide patriarcharum XII nomina XII apostolorum scripta erant, scripta quia super fidem et doctrinam patriarcharum fundata est fides apostolorum quia apostoli fide patriarcharum de redemptione generis humani completam predicaverunt, sic quod quod illi crediderunt et docuerunt futurum isti crediderunt et docuerunt iam factum. Et agnus scilicet nomine erat in fundamentis id est Christi quem tam patriarche quam apostoli predicaverunt. Unde Hay. [illegible] fundamentum civitatis est Ihesus Christus [illegible] fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est Ihesus Christus. Ipse enim est fundamentum fundamentorum sicut rex regum et dominus dominantium. Fundamenta vero super ipsum sunt patriarche, prophete et apostoli in uno fundamento Christo fundati. Fundamenta eius in montibus sanctis aut posita. Et id per prophetam: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii etc. Per igitur concordia patriarcharum prophetarum et apostolorum et sequentium catholicorum doctorum in predicando Ihesum Christum et misteria sue incarnationis, quia una omnium ecclesia et eadem fides patriarcharum predicantium Christum venturum et apostolorum predicantium ipsum venisse. Eadem enim est fides antiquorum et novorum, sicut meditatur Hugo libro de sacramentis parte decima [illegible]. Vel fundamenta civitatis habens fundamenta XII id est XII articulos fidei. Nam secundum apostolum Hebr. XI fides est substantia sperandarum rerum id est bonorum celestium que sunt nobis speranda. In qua diffinitione fidei substantia accipitur pro inchoatione sive fundamento eo quod sicut fundamentum est inchoatio domus ita per fidem formatam inchoatur beatitudo celestis in nobis. Et in ipsis XII nomina XII apostolorum et agni quia XII articuli fidei sunt de Christo, scilicet pertinentes ad eius divinitatem et Christo ad humanitatem, secundum quorundam aliorum distinctionem. Dicitur autem nomina apostolorum in ipsis fundamentis scripta quia publicaverunt fidem Christi predicando et per ipsos monendo etc. Vel quia XII articuli ab apostolis editi continentur in dictis patriarcharum et prophetarum veteris. Nam primus articulus per Petrum editus scilicet Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre habetur Genesis 1o ubi dicitur: In principio creavit deus celum et terram. Secundus per Andream scilicet Et in Ihesum Christum filium eius unicum dominum nostrum habetur Dan. 3: Ecce video viros IIII solutos ambulare in medio ignis et species quarti similis filio dei. Tertius per Iacobum Zebedei: Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria virgine habetur Ysaie VII: Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius Emanuel. Quartus per Iohannem: Passus sub Pontio Pilato crucifixus mortuus et sepultus habetur Ysaie XI: Sicut ovis ad occisionem ducetur etc. Quintus per Iacobum Alphei: Descendit ad inferos tertia die resurrexit a mortuis. [illegible] Osee 6: Vivificabit nos post duos dies et in tertia die suscitabit nos. Et eiusdem XIIIo: Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Sextus per Philippum: Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Ps.: Ascendit deus in iubilatione. Ps.: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Septimus per Thomam: Inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Iohel 3o: Congregabo omnes gentes et deducam eas in vallem Iosaphat et ibi disceptabo cum eis. Ps.: Iudicabit dominus populum suum. Octavus per Symonem: Credo in spiritum sanctum. Iohel 2o: Effundam de spiritu meo super omnem carnem etc. Nonus per Bartholomeum: Sanctam ecclesiam catholicam. Cant. 6: Una est columba mea, una est genitrici sue electa. Decimus per Thadeum: Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Mich. 2o: Congregatione congregabo Iacob. Et ultimo: Deponet omnes iniquitates nostras et proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Undecimus per Matheum: Carnis resurrectionem. Ezech. 37: Ego dominus cum aperuero tumulos vestros et eduxero vos de sepulchris vestris et dedero spiritum meum in vobis et vixeritis. XIIus per Mathiam: Et vitam eternam. Dan. XII: Multi de his qui dormiunt in terre pulvere evigilabunt, alii in vitam eternam, alii in obprobrium ut videant semper etc.

Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream ut metiretur civitatem et portas eius et murum civitatis; et civitas in quadro posita est et longitudo eius tanta est quanta et latitudo, usque ibi: Et mensus est. Descripta civitate superna quantum ad firmitatem seu munitionem, hic consequenter describitur quantum ad dispositionem introducendo personam mensurantem civitatem. Et dividitur in tres partes: primo ponitur persona mensurantis introducta, secundo ipsa mensuratio, ibi: Et mensus est eam de arundine per stadia XII milia. [illegible] subditur mensure comparatio ad mensuram hominis que est angeli. Circa primum dicit: Et qui loquebatur mecum habebat mensuram etc. Secundum Haymonem hic angelus typum tenebat filii dei qui disponit omnia in numero pondere et mensura, Sapientie XIo. Per mensuram autem arundineam divina predicatio sive scriptura figuratur. Mensura enim arundinea scribitur, unde per arundinem scriptura designatur ab efficiente vero id quod efficitur. Hac itaque arundine id est divino eloquio tangit et illuminat deus corda fidelium, ibi quia perpendit et metitur merita singulorum atque profectus, dum alii tribuit sermonem sapientie, alii sermonem scientie, alii genera linguarum etc. I ad Cor. XII. Unde et scriptura sacra per calamum superius [illegible]. Que mensura arundinea dicitur aurea propter claritatem divine sapientie que in pluribus locis auro figuratur, ut ait Gregorius [illegible]. Et id Richardus hic quod per arundinem auream significatur sacra scriptura, que dicitur arundo propter sonum predicationis et aurea propter claritatem cogitationis. Et hanc habebat ut metiretur civitatem id est universam ecclesiam, et portas eius id est doctores et prepositos, et murum id est ecclesie munimen. Unde [illegible] per civitatem plebem accipiunt inferiorem, per portas apostolos et doctores quorum doctrina alii ingrediuntur ad fidem, et murum id est Christum qui protegit deus et homo. Unde hic enim omnia metitur, quia in modo unicuique capacitatem et mensuram dispensat doctorum auctoritas, et secundum unicuique suum ipsam operatur et perficit studiose considerat hic. Sup. XI: Surge et metire templum et altare et adorantes in eo, ibi de hoc. Ezech. [illegible]: Ecce vir cuius erat species quasi species eris, et funiculus lineus in manu eius et calamus mensure in manu eius. Super quo Gregorius omelia [illegible] quod in scriptura testamenti non habetur funiculus lineus sed funiculus cementariorum per cementarios autem sanctos doctores accipimus qui loquendo spiritualiter ad celeste edificium vivos lapides id est electorum animas componunt. Cementarii enim antiquum populum quia prophete, nostrum apostoli quique eorum successores locuti sunt, quid aliud fuit quam compositio lapidum in hac que quotidie construitur fabrica sanctorum. In funiculo autem cementariorum hoc agitur solum ut cognoscatur equalitas vel rectitudo surgentis parietis debeat. Et si lapis intus est foras exit, si quotidie agitur predicatio doctorum ut unaqueque anima cum regiminis onera suscipere fortasse non competit eam si foris apparere appetat intus revocetur. Et rursus que latere vult et sibi tamen cuncti gerens si sibi et multis utilis esse potest, eam cum latere desiderat quotidie provocatur ut appareat, sicque fit ut sanctorum lapides [illegible]

// per eo quod quicumque hanc legit in ea semetipsum metitur, vel quantum in spirituale proficit videtur, vel quantum a bonis que precepta sunt longe distinctus remansit, quantum iam assurgat ad bona facienda vel quantum adhuc in pravis actibus prostratus iaceat.

ordo teneat, dum saepe et volentem ad honorem venire repellit, et honorem fugientem in sacri ordinis arce sublevat. Unde quia in ista turbatione
non sunt remetiendi. Sed funiculus lineus, non solum secundum Gregorium ubi dicitur quod funiculus lineus subtilior est, quia si funiculi fiat aliunde in
funiculis ergo lineos subtiliores praedicatores in spiritualem debemus accipere. Censura etenim legis funiculus sunt, sed lineus non sunt, quia
rudem populum non subtili praedicatione constringunt, in quo per punitionem non peccata cogitationis, sed operis reserant. At postquam per semetipsum
dominus etiam cogitationes hominum praedicando religavit, et perfectum esse peccatum etiam in corde innotuit, funiculum lineum in manu tenuit.
Audistis enim quia dictum est antiquis: Non moechaberis. Ego autem dico vobis, quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus
est eam in corde suo. Funiculus ergo lineus est praedicatio subtilis, quae mentem audientis ligat, ne se vel in miseram cogitationem
dissolvat. Hunc autem funiculum habuit in manu, id est praedicationem in operatione. In se enim ostendit omne quod docuit, sicut scriptum est: Quae coepit Iesus
facere et docere. Et quia ipse quae dixit etiam scripturae tradidit, ut ad posteros mandaret, recte subiungitur: Et calamus mensurae
in manu eius. Redemptor enim noster, quia verba quae dixit etiam per doctorum studium scribi largitus est, in manu calamum tenuit. Qui calamus
mensurae dicitur, quia ipsa doctorum studia sub quadam occulti iudicii dispensatione retinet, ut et aliis legentibus prosunt, et aliis
legentibus prodesse non possint. Unde sancti apostoli cum ingressum veritatis de loquentem apertius requirerent, cur turbis in parabolis loqueretur,
audierunt: Quia vobis datum est nosse mysterium regni dei, illis autem non. Recte calamus mensurae est, quia in ipso sacro eius eloquio,
quod nobis scriptum est, occultas esse dispensationes agnoscimus. Nam per incomprehensibile eius iudicium, et alium in mensuram electorum
mittit, et alium foras relinquit, ut ullo modo ad electorum numerum pertingere mereatur. Sit ergo funiculus, sit in manu calamus mensurae. Quia enim
funiculo locum metitur, alibi funiculum tendit, aliunde retrahit, et huc ducit quod aliunde subducit. Sic nimirum sic redemptor noster
in collectione hominum facit, dum alios a suis iniquitatibus educit, alios in sua iniquitate derelinquit. In his enim quos colligere dignatus est
occulte mensurae funiculum tendit, et ab his quos relinquendos esse iudicat, quid aliud nisi funiculum retrahit, ut et boni
in mensuram caelestis fabricae veniant, et mali quasi fabricam in qua bona quae existimaverunt sunt, quia sine mensura remaneant.
Hunc funiculum et mensurae calamum in manu sua redemptor noster tenuit, cum Paulus apostolus per apparitionem viri Macedonis ammonere
dignatus est, ut istum Macedo vir diceret: Transiens adiuva nos. Et cum volentes apostolos ad praedicandum ire in Asiam non permisit
spiritus Iesu. Quid est quod sancti apostoli et ibi veniunt ire, ubi fortasse pergere non cogitabant, et illuc ubi desiderabant pergere ire
prohibentur, nisi quia occulti iudicii funiculus et mensurae calamus tenetur in manu, ut et alii vitae verba audiant, et alii nullatenus
audire mereantur. Funiculus ergo mensurae est, qui alio tractus est, aliunde retractus. Sicut quod etiam evangelio teste didicimus, quod venit
qui diceret: Magister, sequar te quocumque ieris. Cui responsum est: Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos, filius autem hominis non habet ubi
caput suum reclinet. Venit alius qui diceret: Magister, sine me prius ire et sepelire patrem meum. Cui dicitur: Sine mortuos ut
sepeliant mortuos suos, tu autem sequere me et annuntia regnum dei. Quid est quod ille permittit se ire et deserit, iste domum
vult redire et ut sequatur debeat iubetur? Ille non suscipitur, iste ne ad horae momentum ad obsequium relaxatur. Iustitia ergo
occulti iudicii dispensatione funiculus et mensurae calamus ducitur, in quo et iste trahitur et ille relinquitur, ut caelestis fabrica
non sine proprio et iusto examine construatur. Secundo cum ergo ibi per calamum mensurae fiat, sic hic per mensuram audientium animarum qua
metitur civitatem portas et murum, quia unicuique secundum capacitatem dat intellectum scripturarum in praesenti vel gratiam, et secundum mensuram gratiae meritum
gloriae in futuro. Nec est omnibus aequa mensura, sed secundum capacitatem vasis alii maior, alii minor datur intellectus et gratia. Romanorum XII: Unicuique
secundum quod deus divisit mensuram fidei. Non autem dicitur ibi propheta calamus aureus, sicut hic dicitur arundo aurea, quia ibi agitur de ecclesia militante,
hic de triumphante, proprie ubi sunt omnes aurei solidi et pretiosi. Et ut huius civitatis stabilis immobilitas ostendatur, subditur:
[margin: secundo: calatio] Et civitas in quadro posita est, id est disposita. Quod patet ex eo quod subditur: Et longitudo eius tanta est quanta et latitudo, quod non
possibile esse nisi quadrorum existit aequilaterorum. Nam in quadrata figura non est aliud latus maius, aliud minus, sed cuncta sibi invicem latera
aequali spatio tenduntur. Per quatuor autem invicem latera secundum Hugonem et beatum Gregorium omne ultra super id dictum Ezechiel XL: Mensus est atrium longitudine
et latitudine centum cubitorum per quadrum, intelliguntur fides, spes, caritas et operatio, quae sunt aequalia, quia unusquisque fidelis quantum credit
tantum sperat, amat et operatur. Vel sic: quantum sperat, tantum credit, amat et operatur. Et tantum amat, quantum credit, sperat et operatur.
Item tantum operatur quantum credit, sperat et amat. Bene ergo civitas in quadro esse posita memoratur, quia robusta est per fidem, longanimis
per spem, ampla per caritatem, et efficax per operationem. Habet enim singuli fidelium fidem, qua credunt quae videre non possunt, deum scilicet
trinum in personis et unum in maiestate. Habent et spem, qua sperant se posse pertingere ad illud quod necdum vident. Habent et caritatem,
id est dei et proximi dilectionem, quibus virtutibus ut vita illorum sit perfecta adiungitur operatio, sine qua fides mortua est, Iacobi secundo.
Perfecta ergo altitudo fidei, perfecta longanimitas spei, perfecta latitudo caritatis, perfectum studium operationis, aequalia latera sunt.
Sed contra I Corinthiorum XIII dicitur: Maior horum caritas est. Dicendum secundum Gregorium ubi supra quod virtutes superius dictas aequales invenimus apud nos. Ideo autem
caritas dicitur maior fide et spe, quia postquam ad auctorem nostrum sperando pervenimus, fides quidem et spes transit, sed caritas permanet. Secundo
vel dupliciter est aequalitas: secundum proportionem, secundum locum Gregorii: quantum enim credimus tantum amamus. Alia est aequalitas quoad perfectionem
in extensione durationis, secundum partitur obiectum, quia enim caritas semper manet, ideo dicitur maior duratione. Vel aequales sunt iste virtutes
quoad vim merendi, quia omnium est una vis scilicet ratio merendi, scilicet gratia dei. Caritas autem dicitur maior quoad dignitatem, quia ipsa est
forma virtutum et primo principat vim merendi, et ab ipsa habent aliae quod sint meritoriae, sicut dicitur I Corinthiorum XIII: Si linguis hominum loquar etc. [margin: I Cor 13]
Vel aliter per quatuor latera civitatis possunt intelligi quatuor virtutes principales seu cardinales, scilicet prudentia, temperantia, fortitudo et iustitia,
quibus nihil utilius est hominibus in hac vita, ut dicitur Sapientiae octavo, quae ita debent esse in electis ut una alteram non excedat. Prudentia quippe
consistit in appetendis bonis et vitandis malis. Cum ergo quidam et magnam temperantiam, quia non est perfecta prudentia, nisi studeant
hi semetipsum temperare et a voluptatibus istis sese retrahere. Ad quod facit, quod et haec fortitudo, ut illud quod intellectus operetur perficiat,
demum et quod possidere iustitiam, qui actus suos ita temperet ne nimis iustus et plus quam oportet sapiens esse videatur, iuxta illud Ecclesiastae VII:
Noli esse iustus multum, ne plus sapias quam oportet, ne obstupescas. Unde Gregorius ubi supra: Magna est quippe prudentia, sed si minus
est a voluptatibus temperans, minus in periculis fortis, minus in operibus iusta, profecto minus est prudens. Magna est temperantia,
sed si minus intelligit unde se temperet, si adversa sustinere per fortitudinem minus valet, atque in timore animum deicit, si per suas

perpetracionem ad iusticie opera prorumpit, non est temperans. Magna est fortitudo, sed si non intelligit que bona custodiat quibus malis resistat. Si non a voluptatis appetitu se temperet, sed vincitur delectacione, si iusticie opera non tenet atque aliquam iniusticie dilacione superatur, non est fortis. Magna est iusticia, sed si non cognoscit [illegible] iusta et iniusta opera distinguit, si non cor ab delectacione temperat, si non se contra adversa confortat, non est iusta. Mensurantur ergo perfectorum fidelium vita per quadrum ut unaquaque tam prudens sit quantum temperans fortis et iustus. Tantum temperans quantum prudens fortis et iustus. Tantum fortis quantum prudens temperans et iustus. Tam iustus quantum prudens temperans et fortis. Hi-
Sed ad quadraturam virtutum cardinalium remanebit in patria secundum aliquos doctores, tamen secundum alios actus quos in via habent prudencie duplex est actus seu usus. Unus est insidias preavere, qui non erit in patria, sed omnino cessabit quia ibi nulle insidie erunt. Alius eius usus est bonum deo preponere vel equare, et iste manebit in patria. Similiter temperancie unus actus est delectaciones noxias cohibere, qui cessabit. Alius est nullo motu noxio delectari, et iste remanebit. Similiter fortitudinis usus unus est molestias viriliter ferre, qui cessabit. Alius est deo firmiter adherere, qui manebit. Similiter unus usus iusticie est subvenire miseris, qui cessabit. Alius est subditum esse deo vel [illegible] et hic remanebit. Sed dicitur destructo subiecto non potest accidens remanere quod fundatur in ipso. Sed in morte hominis destruuntur concupiscibilis et irascibilis, que sunt potencie consimiles, ergo non potest remanere temperancia et fortitudo que fundantur in ipsis. Item frustra ponitur virtus sine operacione, sed in patria nulla est materia circa quam virtutes cardinales possunt suas operaciones operari. Dicendum quod utrumque visibile videtur, quod virtutes predicte manebunt in patria quo ad actus dictos. Quia quod est ad ornatum anime hoc debet in anima beata manere, sed huiusmodi virtutes sunt ad ornatum anime, quia secundum doctores sicut domus maliis ornatur quando variis picturis signatur, sic anima decoratur quando virtuosis habitibus munitur, et ideo virtutes de iure revendicant nomen habitus, quia sicut habitus seu vestitus corporalis ornatur corpus humanum, sic habitibus spiritualibus virtutibus ornatur anima humana. Ad primum actum dicendum quod quando subiectum sic destruitur quod nullo modo manet, tunc accidens fundatum in ipso nullo modo manere non potest. Sed ad subiectum aliquo modo manet vel iterum subiectum eciam redibit, tunc eciam ideo accidens potest aliquo modo manere vel eciam redeunte subiecto redire. Sed nunc ita est quod licet in morte hominis virtutes sensitive sic destruantur quod non manent formaliter, manent tamen in essencia anime radicaliter, et resuscitato homine resurgunt ille potencie secundum suum esse formale.
Ideo mortuo homine virtus fortitudinis et temperancie manet secundum suum esse radicale, resuscitato vero homine resurgunt virtutes ille secundum suum esse formale. Ad secundum dicendum quod unus iste vita frustra ponitur sine operacione, cum possemus nullam aliam potest assignari causam vel racionem nisi solam operacionem, tamen illa virtus cum aliam suffuciens causa potest assignari non ponitur frustra sine operacione. Sed istum possemus, iam dicta est racio, quia dato quod non ponatur ad operandum, precipue secundum actus quos habent in via, scilicet temperancia circa carnis delectacionem, fortitudo circa pericula et tribulaciones, iusticia circa distribuibilia et commutabilia, prudencia circa consilia, ponitur tamen ad operandum secundum alios actus seu usus dictos vel ad ornatum.
Habemus autem virtutum una sola scilicet prudencia sit in ea potentia intellectiva et tres in potentia appetitiva, quia secundum philosophum primo politicorum appetitus hominis dividitur scilicet in concupiscibilem irascibilem et voluntatem. Racio autem non dividitur. Ideo de istis quatuor virtutibus tres sunt tenere debent in potencia appetitiva, una vero sufficit in potencia racionis ut sic totus homo in omnibus viribus suis ordinate et debite reguletur. Et quia circa cuiuslibet virtutis materiam necesse est consiliari ut nos debite et ordinate habeamus circa eam, ideo prudencia est virtutum directiva circa materiam uniuscuiusque virtutis moralis, propter quod beatus Bernardus dicit quod prudencia non solum est virtus sed est auriga virtutum. Dicuntur autem iste virtutes cardinales quia sicut ostium in omni motu suo regitur a cardine, sic tota vita humana prout est civilis et politica in accionibus et passionibus regitur hiis virtutibus, que de neccessitate in medio consistunt [illegible].

Et mensus est civitatem de arundine per stadia duodecim milia. Longitudo latitudo et altitudo equalia sunt. Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis que est angeli. | Posita persone mensurantis introductione, subditur ipsam mensuracionem et deinde subiungit incidentem comparacionem sive dicti expositionem in mensura hominis quod est angeli. Prima in duo, quia primo determinatur mensura murorum quo ad virtutes cardinales, secundo quo ad theologicas ibi longitudo etc. Circa primum ad primum. Et mensus est civitatem de arundine per stadia duodecim milia. Secundum Haymonem per civitatem intelligitur ecclesia, per arundinem doctrina celestis, per stadia duodecim milia comprehenduntur omnes laborantes in ecclesia. Per stadium quippe intelligitur illud quod in stadio agitur, id est per locum labor et premium laborancium. Stadium enim est longitudo itineris in quo curritur ut bravium inveniatur [illegible] ad corinthios 9. Nescitis quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium. Laborant itaque electi in stadio, hoc est in labore presentis vite, quod bravium superne retribucionis possunt percipere. Illos autem sunt duodecim milia, id est per duodecim milia summa seu universitas electorum designatur. Duodenarius enim numerus ideo perfectus habetur quia ex denario et binario constat. Denarius pertinet ad decem precepta legis, binarius ad duo precepta dileccionis in quibus tota lex pendet et prophete. Matthei 22. Vel ideo duodenarius numerus perfectus habetur quia ex partibus septenarii conficitur, que sunt tria et quatuor. Ternarius ad fidem trinitatis refertur, quaternarius autem ad quatuor evangelia seu quatuor virtutes cardinales. Millenarius quoque perfectus numerus censetur quia denarii numeri quadratum solidum reddit. Decies enim centena sunt mille. Cum igitur duodenarius et millenarius numerus in sacro eloquio pro perfectione ponantur, recte in duodecim milibus summa perfectionis illorum exprimitur qui decalogum legis implet in dileccione dei et proximi, fidem quoque trinitatis custodivit, et hoc secundum auctoritatem quatuor evangeliorum vel virtutum cardinalium quatuor.
Hos ergo metitur angelus, id est Christus, de arundine, id est de sacra scriptura, in qua promittitur unicuique beatitudo eterna secundum qualitatem meritorum vel premii et pena secundum exigenciam demeritorum. Luce 6 et Matthei 7: Eadem mensura qua mensi fueritis remecietur vobis. Hos eciam metitur arundine quia unicuique secundum capacitatem suam dona distribuit. Romanorum 12: Unicuique sicut divisit deus mensuram fidei. I ad corinthios 12: Divisiones graciarum sunt. I Petri 4: Unusquisque sicut accepit graciam etc. Matthei 25: Alii dedit quinque talenta, alii duo, alii vero unum. Omnes tamen quos tangit in hiis que accipiunt perfectos reddit, et unusquisque quod accepit in se per caritatis studium possidet in alto, ut quasi multis membris unum efficiatur corpus. Et hii licet non equaliter, quia ut dicit Salvator Iohannis 14: In domo patris mei mansiones multe sunt, tamen omnes superne remuneracionis premium per gloriam metiuntur, sunt propter-
ratione de arundine
Metitur eciam per stadia duodecim milia, id est secundum concursum virtutum in quibus consistit hec militia quo ad tercium statum hominis, scilicet incipiencium proficiencium et perfectorum, sive conversum operancium et perseverancium in scriptura sacra determinatur premium, secundum mensuram meritorum. Zacharie 2: Adequabit graciam gracie. Et ad corinthios 3: Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem suum. Deinde ostenditur murorum mensuracionem quantum ad virtutes theologicas, dicens eas esse equales, unde subiungit: Et longitudo glorie, id est fides, et latitudo, id est caritas, et altitudo, id est spes, equalia sunt, ut dicit expositum est.
Hec est enim illa soliditas quadrate figure de qua supra dictum est, et civitas in quadro posita est. Vel eciam longitudo pertinet ad longanimitatem, latitudo ad caritatem de qua dicitur in psalmo: Latum mandatum tuum nimis, ut scilicet non solum ad amicos sed eciam ad ipsos pertineat inimicos. Matthei 5: Diligite etc.
Altitudo vero ad contemplacionem. Que sunt equalia secundum Haymonem, quia quantum quisque paciens fuerit per longanimitatem, quantum quoque latus per caritatem, tantum erit altus per contemplacionem. Unusquisque ad alciora per contemplacionem erigitur, magis in semetipsum humiliatur in tolerando mala proximorum.
Hec in Christo enim latitudo, quoniam omnes in suum amorem recepit, et ad omnes angustias sustinendas, sicut quippe lata est caritas ut in apostolo: Dilatamini et vos. II ad corinthios 6.
Circa primum ad longitudinem pertinet. Designatur in hiis verbis magnitudo loci beatorum, sed quod dicitur Baruch 3: O Israel, quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius. Quamvis celum empireum, quod est locus beatorum, sit quasi incomparabiliter maius quam civitatis hic descripta, tamen in hoc loco [illegible] per bona frequenter signatur, ubi supra [illegible] de comparacionibus et huiusmodi de numero signatorum. Potest tamen hic iste numerus ad designacionem iusticie vel secundum Haymonem per civitatem intelligitur ecclesia etc. supra.

Longitudo itaque eterne sue civitatis latitudo et altitudo sunt equalia, quia nimirum longanimis est ut adversa nimirum caritate erga deum dilatata
intantum est alta per contemplationem. Unde Gregorius super Ezechielem omelia 15: Sancta ecclesia quia in amore proximi quantum lata fuit in amore proximi, tantum et
alta erit in cognitione dei. Dum enim se per amorem immensa dilatat, per cognitionem superius exaltat, et tantum super semetipsam excelsa fit,
quantum inferius se in amore proximi tendit. Et 29 moralium super illud Job 38: Numquid considerasti latitudinem terre dicit: Solent intelligi et quod dicit considerasti
latitudo namque interior bonorum nequaquam comprehenditur nisi caritate constet. Nam plerumque eos exterius inopia humiliat, penuria coartat
angustat, sed tamen intus sibi interior fortitudo usque ad stupenda celestia dilatat. Nisi enim vita animi dilataret, nequaquam paulus
2 Cor. 6 — Corinthiis diceret: Dilatamini et vos et nolite iugum ducere cum infidelibus. Angustati exterius apostoli fuerant, cum flagella sustinebant
sed in magna stabant intus latitudine liberi, qui apud se et ipsa flagella in gaudium verterunt. Scriptum namque est: Ibant apostoli gaudentes etc. Act. 4
Hanc latitudinem inter angustias paulus tenebat, qui dicebat: Scire autem vos volo fratres quia que circa me sunt magis ad profectum venerunt
Phil. 1 — evangelii, ita ut vincula mea manifesta fierent in omni pretorio. Hanc latitudinem David inter angustias obtinebat dicens: In tribulatione
dilatasti me. Terra itaque sanctorum constricta dilatatur, cum intus [illegible] adversitatibus premitur exterius. Nam cum appetitus vite secularitatis repellitur
intus ad se impingitur, ut ad stupenda superna tendatur, cumque evagari exterius non permittitur, se in sinum suum revocata dilatat. Hec ille. Et p[illegible]
Si quingenta etc. — Sequitur: Et mensus est muros eius 144 cubitorum. Secundum Haymonem: Hec summa quadratura duodenarii numeri constituitur, quia duodecies duodecim
sunt 144. Centenarius autem numerus perfectorum fit, unde salvator ait: Qui reliquerit domum fratres etc. centuplum accipiet, in perfectorum mente
consequitur ut ea que semel omisit ulterius repetere nolit. Quadragenarius quoque numerus in scriptura sancta multimoda ratione perfectus habetur,
sive propter ieiunium 40 dierum a domino peractum, sive propter decalogum legis et 4or evangelia, in quibus perfectio decalogi continetur.
Quaternarius similiter sacratus est propter 4or flumina paradisi vel propter 4or partes mundi vel propter 4or libros evangelii vel propter 4or virtutes
principales. Cubitus vero significat operationem. Quia enim in cubito manus est, recte per cubitum operatio manus exprimitur. Muri vero
sunt predicatores et doctores ecclesie defensores eam undique munientes et custodientes. Cant. 3: Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem.
Mensus est ergo angelus muros eius 144 cubitorum ad signandum quia ecclesie defensores sunt perfecti per preceptorum operationem et per puritatem seu
abstinentie operationem et per virtutum plenitudinem. Unde Victorinus: Cetu pleniorum milia et primus numerus, ubi supra exposuimus secundum sanctos.
Vel hec ideo dicit quia deus omnibus rependit et considerat quantum singuli electorum per auctoritatem 4or evangeliorum laborant in decalogo legis,
quantum et consecuntur perfectorum mentis ut pervenire possint ad societatem angelorum. Unde subditur: Mensura hominis que est angeli.
Hic enim ponitur mediatoris comparatio sive dicti expositio. Nam ut ait Haymo: Quantum ad literam pertinet hic ostenditur ipsum angelum
qui hec Iohanni ostendebat in figura hominis apparuisse, quia enim dicit: Ille qui sic mensurabat in specie hominis apparebat,
et tamen angelus erat per quem tamen figurabatur filius dei verus homo. Quantum autem ad allegoriam intellectum pertinet per hoc intelligitur quia gloria
hominum et angelorum in celesti beatitudine equalis erit. Unde dicit salvator Mt. 22: In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut
angeli dei in celo, quia sancti homines electi ad equalitatem aliorum assumuntur. Et de hoc Gregorius omelia 3a super parte 2 super Ezechielem dicit:
Civitatis hominum quoque ad equalitatem perducuntur angelorum. Et ideo per Iohannem dicitur: Mensura hominis que est angeli, quia usque ad illa altitudine
glorie homo perducitur in qua soliditate sunt angeli letantur. Vel ideo mensura hominis que est angeli dicitur quia quot angeli remanserunt (alias aliorum)
in celo post lapsum luciferi, tot homines de terra sunt in celos ascensuri. Moyses ideo Deut. 32: Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum israel,
ut dicit Gregorius omelia prima super partem evangeliorum: Superna namque civitas ex angelis et hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere
quantos illic electos angelos remansisse. Quantus autem solo deo cognitus sit numerus electorum in superna felicitate locandus, ut ait Gregorius in omelia,
vel cui deus revoluit sive hominum sive angelorum. Dicunt tamen quidam opinando homines assumendos esse secundum numerum cadentium angelorum quia
secundum Bedam celum empireum statim ut factum est sanctis angelis est repletum, ergo non est locus vacuus nisi cadentium. Ut restauratio
ruine angelorum fiat ruina tamen cadentium hominum secundum Gregorium. Ergo tot salvabuntur quot sufficient implere ruinam aliorum. Et in celo
nullum erit superfluum vel diminutum, ergo non erit maior vel minor numerus celestium incolarum. Alii vero dicunt homines assumendos ad numerum
aliorum secundum numerum stantium, et hoc videtur probabilius, quia et si non cecidissent angeli, tamen homines salvarentur. Et quia numquam videtur quod sit
equalitas hominum salvandorum et angelorum quia quasi ex duobus parietibus constabit ecclesia triumphans. Ad decorem vero domus pertinet
equalitas parietum. Erunt enim equales angelis dei, ergo non alia lumina hominum apti erunt ad equalitatem aliorum. Magister autem querit
sapientie et iustitie dei, ut naturis equalibus equales assumerentur, quod est inequale. Ergo videtur quod tantus erit numerus hominum electorum
quantus aliorum. Ad id autem quod opponitur de Beda potest dici quod dicit celum empireum sanctis angelis statim repletum, id est sufficienter et copiose ornatum.
Ad illud de ruina cadentium dicendum quod illa fiunt ecclesia non tamen primo. Ad id quod dicitur quod in celo nil erit superfluum, dicendum quod non soli
angeli futuri erant celestes incole primo et homines. Secundo patet illos errasse qui dicebant homines non posse assumi
ad equalem primum angelis nisi per privilegium ut Christus et mater eius. Vide et illos qui dicebant quod solum assumentur [illegible]
in nullo sicut virgines. Alii vero non. Sed faciet alium chorum. Nam secundum diversas meritorum electi assumentur ad diversos ordines
angelorum quia una erit gloria hominum et aliorum, et multa non virgines ut petrus et magdalena precedent in premio multas virgines
apud deum. Nam homines secundum quod preparant penes aliquam excellentiam potestates seu gradus a quibus distinguuntur chori seu ordines
v corp — aliorum sic assumuntur cum angelis ad ordines, puta ferventissime diligentes ad ordinem seraphicum in quo supremum locum
super omnes angelos exaltata tenet virgo gloriosa quia super omnes puras creaturas fervencius dilexit creatorem. Ad quem ordinem
etiam dicitur assumptus esse beatus Iohannes baptista qui testimonio salvatoris erat lucerna lucens et ardens. Unde et dicit [illegible] quod in [illegible]
est aliorum ordinibus quod ad ipsum ordinem seraphim est translatus. Idem pie credendum est de beato Iohanne evangelista, de beato Francisco,
Dominico et ceteris ferventissimis amatoribus dei. Illi quibus autem non est tanta copiositas ardoris divine dilectionis, sed tamen fuerunt precel-
lentes in doctrina fidei katholice, tales assumentur ad ordinem cherubim, unde Dan. 12: Qui docti fuerint fulgebunt
quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Et sic de conditionibus aliorum. Unde Gregorius
ubi supra dicit: Quia superna illa civitas ex angelis et hominibus constat, debemus et nos ex illis distinctionibus supernorum civium ad
usum nostre conversationis trahere, nos quoque ipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim tanta illuc ascensura
creditur multitudo hominum quanta multitudo remansit aliorum, superest ut ipsi quoque homines qui ad celestem patriam redeunt ex
eis agminibus aliquid illuc revertentes imitentur. Distincte namque conversationes hominum singulorum agminum ordinibus congruunt,
ut in eorum sortem per conversationis similitudinem deputentur. Nam sunt plerique qui parva capiunt, sed tamen hec eadem parva

Si quingenta mille stadiorum hic ponitur ad numerum cubitorum, invenietur numerus omnium signatorum scilicet 144000, qui numerus surgit ex duodenario ducto in se,
ut duodecies duodecim fiunt centum plenior. Dicimus igitur electorum mensuram ponit hic angelus, unde secundum Haymonem: hec summa quadratura etc. 6

pre amicitie finibus non desistunt isti itaque in angelorum numero censentur. Et sunt nonnulli qui divine largitatis munere refecti secretorum ce-
lestium summa et capere prevalent et nuntiare. Quo ergo isti nisi inter archangelos numerum deputantur. Et sunt alii qui mira faciunt signa
et valenter operantur. Quo ergo isti nisi ad supernarum virtutum sortem et numerum congruunt. Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus de obsessis corporibus
malignos spiritus fugant eos quoque virtute orationis et vi accepte potestatis eiciunt. quo itaque isti meritum suum nisi inter potestatum celestium
numerum sortiuntur. Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt, cumque et bonis meliores sunt, electis
quoque fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam nisi inter principatuum numeros acceperunt. Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis viciis
omnibusque desideriis dominantur ut ipso iure munditie dii inter homines vocentur. Unde ad Moysen dicitur Ecce constitui te deum pharaonis. Quo [margin: exo vii]
ergo isti nisi inter numeros dominationum currunt quorum comparatione homines ut ita dixerim sunt subiecti. Et sunt nonnulli qui dum sese incipiunt vigilanti
cura dominantur dum se sollicita intentione custodiunt discernunt. Quo tronorum [illegible] inherentes sunt in munere virtutis acceperunt quod iudicare
recte et alios possunt. quorum perfecto mentibus cum divina contemplatio presto est. hiis velut in throno suo deus presidens aliorum facta ex-
aminat et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni sui conditoris sunt vel quo nisi ad supernarum sedium numerum
asscribuntur. per quos deus sua cuncta regit. plerumque de suis infirmis actibus etiam electi iudicant. Et sunt nonnulli qui tanta dei et proximi
dilectione pleni sunt ut cherubim iure vocentur. Nam cum cherubim plenitudo scientie dicatur et paulo dicente didicimus quod plenitudo legis
est caritas omnes qui dei et proximi caritate ceteris amplius pleni sunt, meritorum suorum sortem inter cherubim numeros perceperunt. Et sunt
nonnulli qui superne contemplationis facibus accensi in solo conditoris sui desiderio anhelant, nil iam in hoc mundo cupiunt, solo eternitatis amore
pascuntur terrena queque abiciunt et cuncta temporalia mente transcendunt, amant et ardent atque in ipso ardore requiescunt, amando ardent
loquendo et alios accendunt et quos verbo tangunt ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphim dixerim
quorum cor in ignem conversum lucet et urit, quia et mentium oculos ad superna illuminant, et compungendo in fletibus viciorum rubiginem purgant
Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt quo nisi inter seraphim numerum sortem sue vocationis acceperunt. Et subdit Sed hec
me loquente intra vos ad vosmetipsos redeuntes secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite. Videte si quid iam boni vo-
biscum agitis videte si in numero horum agminum sortem vestre vocationis invenitis. Ve autem anime que in se de hiis bonis enumeratis minime aliquid
recognoscit. Et ei quod adhuc deterius ve imminet si privatam se donis intelligit et non gemit. Quisquis ergo talis est gemendus est valde
quia non gemit. Pensemus quod accepta electorum munera et virtute qua possumus ad amorem tante sortis anhelemus. Qui vero in se donorum gratiam
minime recognoscit gemat. Qui vero in se bona recognoscit aliis non invideat quia et superne ille distinctiones beatorum spirituum ita sunt condite
ut alie aliis sint prelate. hec ille. Cum enim miro consilio auctor et dispensator omnium huic illa largiatur que alii denegat, secundum Haymonem
quod mensuram cuiusdam excedit. Unde Gregorius. Qui plus enim posse plus quam accepit conatur inde plerumque amittit et hoc quod acceperat quia an-
gustatum ea que contingere non valent arripere festinat. Nam et membrorum nostrorum tunc bene ministeria vicium cum sua eis officia distincte servantur
lucem enim oculis cernimus voce vero auribus audimus. Si quis autem mutato ordine officia deserit ad aliena non assurgit hec ille. Sed hec restat dubium [margin: dubium]
utrum per eundem gradum virtutis homo cum angelo pertingat ad eundem gradum beatitudinis et eandem claritatem beate visionis. Dicitur quod non quia sicut si ab inequalibus equalia
auferuntur que remanent sunt inequalia sic si inequalibus equalia adduntur ipsa erunt inequalia. Cum ergo naturalia hominis et angeli sunt multum inequalia,
per eundem gradum virtutis et gratie superadditum non videtur quod sic equentur in gloria quod eundem gradum beatitudinis seu beate visionis attingant. Videtur ergo quod
infirmitas humane nature fundamentum virtute et gratia debeat roborari ad hoc ut pertingere valeat ad angelice visionis claritatem. Nam
secundum mensuram virtutis et gratie infunditur lumen glorie. Et quia actus activorum sunt in paciente et disposito angelus autem in suis naturalibus excedat
actu dispositionis claritatis quod homo ergo per eundem gradum luminis glorie limpidius videt deum ... quod homo. Et quia idem gradus luminis glorie magis videtur
perficere intellectum angelicum quam humanum, ... et de toto consolationis multum de tempore concessit homini ad merendum cum alii ...
... ... qui ex frequentatis actibus meritorum homo non solum possit in gloria angelis equari sed etiam virtutibus meritorum possunt homines
superexcedere mensuram glorie quorumcumque aliorum. Et hoc maxime quia homines induuntur virtute sacrorum ac merito passionis Christi qua redempti sunt
quibus ... non potant merito aliorum ... adequacio propter ... merito ... quia angeli unico actu primo ... meruerunt, homines
vero ... iuvant in merito proficiunt propter ... gratia quia angeli tota ... sua ... acceperunt secundum homines angeli quotidie virtute sacrorum
... ergo merito Christi qui est mediator hominum non angelorum ut dicit Petrus de Tharantasio super 2o sententiarum distinctione nona. Moraliter autem
per civitatem figuratur anima sancta quam ... que est ad modum turris. Et mensurare quanta sit longitudo fidei, latitudo caritatis et altitudo spei
Metiri enim idem est quod comprehendere et mensurare secundum ... epistola ... In cuius ... indicat ut possitis comprehendere que sit latitudo caritatis longitudo
desiderii celestis sublimitas contemplationis et profundum humilitatis seu timoris. Iob 28 Quis posuit mensuras eius si nosti ... 28 mor
Ezech ... est latitudo edificii et ... 2a cor ... vosmetipsos metientes et comparantes nobis ipsis ... templum ...
Et erat structura muri eius ex lapide iaspide ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo, fundamenta muri civitatis
omni lapide precioso ornata. fundamentum primum iaspis. 2m saphirus. 3m calcedonius 4m smaragdus. 5m sardonix. 6m
sardius. septimum crisolitus. octavum berillus nonum topasius decimum crisoprassus 11m iacinctus 12m ametistus etc.
Posita descriptione civitatis superne quo ad numerum seu finitatem quo ad mensurationis dispositionem sive qualitatem quo ad ... mensuram ...
subdit de materie preciositate unde glossa In hac civitate ... muros et portas et fundamenta. Secundum hec ... dicit ... 3o ...
... tamen ... describendo civitatem. Quantum ad primum dicit Et erat structura muri eius ex lapide iaspide. Per murum ut supra dictum est
intelligitur securitas beatitudinis per iaspidem vero Christus. Propter hoc ergo murus civitatis superne dicitur ex lapide iaspide quia Christus est securitas beatorum
a quo non possunt divelli ... Secundum Haymonem vero lapis iaspis viridis coloris est et significat ... Christum qui est refectio sanctorum alium
Nam in contemplatione dei omnipotentis erit summa refectio et etiam satietas electorum ... dominus regit me et nichil mihi deerit etc. Secundum vero
Richardum murus Christus structura muri ... et hominis assumpti que recte dicitur ex lapide iaspide quia firmiter et indissolubiliter permanet
in unitate persone. Vel secundum Haymonem structura muri est edificatio ecclesie ex lapide iaspide id est ex fide quorum fides numquam marcessit sed in viriditate
operationis consistit. Ysaie 54 Ponam iaspidem propugnacula tua ... super Ezech ... omnem ... dicit ... propugnacula
iaspidem qui viridis est coloris posuit quia fides illorum ... viriditatis amore solidatur. ut ... cuncta despiciat. Vel

Ergo primum murorum iaspidem fundamentalem posuit quia illa contra adversarios pro statu ecclesie defensione obiecti sunt qui mentis desideriis virentes

In hoc mundo quod sine clauditur appetat cuncta eius gaudia velut avida contempnat. Unde et ipse pastor ecclesie suos auditores ad pascua viriditatis eterne vocans dicit, Sanctus Gregorius magnus, magnum sua regulat nos in spem viva per Christum Iesum qui mortuus in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcessibilem conservatam in celis. Erunt ergo structura muri eius ex lapide iaspide quia ex fortibus et in fide virentibus sunt ecclesie defensores. Cantici 3o. En lectulum Salomonis lx fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Fit autem defensio ecclesie per predicationes fidei vel disputationes. Cantici 8. Si murus est, edificemus super eum propugnacula argentea. Quod dicit quia talis est ut possit ecclesiam defendere per predicationes vel disputationes obtundendo malicia impiorum, et eam plus instruere et armare in fide. Ex lapide ergo iaspide structura murorum civitatis efficiatur quia in ecclesia plus fundamentum Christo constituuntur cum primum viri fortes et perfecte fide fundatis, deinde omnes fideles supponuntur. Prima Petri 2o. Ad quem accedentes lapidem vivum, et ipsi tamquam lapides vivi superedificamini domos spirituales. Nam sicut in edificatione muri primo ponuntur lapides magni et quadrati qui alios super se positos portant qui et ipsi tamen alios portent sicut ex omnes edificium construitur usque ad ultimum lapidem perveniatur, qui cum portetur ab omnibus ipse neminem portat, ita in fundamento ecclesie primo sunt apostoli martires deinde confessores virgines vidue et ceteri qui sancti qui se omnes invicem portant passiones suas mentis libentissime tolerantes. Unde apostolus Galatas 6. Alter alterius onera portate. Vel etiam eo quod semetipsos invicem sovent. Et ita agitur usque ad finem seculi quando ultimus electus in novissimo culmine huius edificii ponetur cum portetur ab omnibus retro se precedentibus, ipse tamen non habebit quem portare possit quia in ipso omne edificium ecclesie consumabitur. Erunt vero predicationes et fundamentum et consumacio ecclesie qui est Christus et finis sicut ut mihi habet. Patet ergo dicit quod ad edificium murorum celestis civitatis requiruntur lapides pretiosi. Unde lapides magni non qualescumque sed vivi. Quasi sine fundamento initio mirabiliter olim urbis ecclesie preradiabat structura, sicut inviolabilis scripturarum auctoritas nobis patenter insinuat, dum preclare vite miracula gesta que virtutum ac mirorum preconia primum micuerunt altorum qui in Christo sunt. Augustinus super psalmum c xxxi. velut lapides pretiosi civitatis celestis muros et antemurale non modicum ad decorem preter et nimie splendidius illustrabat. Ibi namque gloriosa dignitas apostolica culmine induens instar adamantis de mundi remotissimis partibus ficta corda gentilium instancia sue predicationis ad fidem mirabiliter attraxerunt in ecclesie quoddam edificio mire collocanda. Ibi quoque martirum rubescens carbunculus noctis obscure perfulgens in tenebris sue pietatis ministerio nos instruebat inter tenebrosa incommoda adversitatis emittere splendorem fulgentis pacientie. Dum quoque tormenta persecutorum equanimiter ferre. Ibi etiam doctorum confessorum sincera devocio instar lacrimosi berilli lapidis siquidem preciosi continui fletus emittens fluenta pro delinquentium facinora deplangebant nos ad filia pietatis opera suis fletibus invitando. Ibi denique virginum candide margarite quae mundiciam puritatis intuere candore presentis gratia spectacula cunctis offerebat. Murus ecclesiastice civitatis validus vigore tenebatur. Ad quem quidem construendum celsitudine prefati sunt lapides elevabantur super terram. Zacharias 9o. Felix ergo prelata quoque civitas tam solemnium murorum olim cincta presidio fortissimi inexpugnabiles quoque muri tam nobilium lapidum firmitate constructi preciosi quoque lapides gemme quoque fulgentes quae digito dei ab omni labe impuritatis mortifere politi, nec olim muris non modicam nobilitatis prebuerunt resplendenciam roboris quoque vigoris ad quem laudis et glorie singulare preconium, civitatem illam dominus alloquens per prophetam Ysaiam liiii dicit: ponam universos terminos tuos in lapides desiderabiles et omnes filios tuos doctos a domino. Ubi textus ut glossa super quod Christus ecclesie sancte universos terminos in lapides desiderabiles posuit videlicet dum quosdam in ea fideles fortes in fide et caritate conspicitur. Cum ut quos dixit lapides demonstraret adiunxit, omnes filios tuos doctos a domino. Ubi textus sic utique doctos quia propter sancte claritate vite sanctitatem morum quoque probitatem in ipsos velut in honestissime quasi loquitur preclaros desiderabat conspicere eius quoque filialis honoris et reverentie condignum obsequium devotionis exhibere. Sed heu prelatorum iam alia perpetuitas est mutata, iam vobis in deteriora quasi versa nostre civitatis muralis preciositas evanuit, et inexpugnabilis iam periit fortitudo, dum contempta sunt saxa pro mirantibus gemmis, vile lutum pro lapidibus preciosis, iniustus videlicet pro iustis, discoli pro virtuosis, aut sanguinis affectione aut precium vel precum instancia in muro ecclesiastice promotionis sunt muris collocatur. Unde fit quia nec sancta predicatio, nec laudabilis conversacione fulciti licet tempus innumerabilis tribulationes expostulet murum defensionis pro domo domini se non audet opponere, nec contra delinquentium transgressiones, verum quidem verbalium replere conpescere, sed per dampnosum silencium semetipsos cohibet velut canes mutos non valentes latrare, liquescentem porro carne mollicies quam lapidorum soliditatis presentes de quibus Iudicum 16. Petre sicut cera liquescent dixit eciam principes et patiuntur secundum consilium Origenis super librum Moysi omelia xxxi in constructione ecclesie tales petras eligere ... quoque presonas ad spiritualia beneficia promovere quae ipsam magis edificet quam destruat et quae habent in semetipsis spiritum dei et precepta eius in quibus illarum sunt spes et quae morum valde note sunt et familiares ... in quibus sit claritas legis et scientie, morum probitatis, honestas quoque vite, sumentes documentum ab apostolo qui Thimotheo suo discipulo iniunxit ... ecclesie dei secundum quod nomine ipsum habere sancte scripture litteris ... Unde vos clerici intret ad ecclesiastica beneficia dicit Bernardus in libro de vita clericorum qui alias appellatur colloquium Petri et Iesu Christi capitulo primo. Videte vocationem vestram aut vocati apostoli. Considerate et nos an vocati venimus et vocati a deo tunc mirabilis est vocacio. Nec quemadmodo vocati sumus quam sane ... apostolus quos predestinavit hos et vocavit. Sed quis vocavit nos in honorem clericorum ... velim constras singulorum ut secundum preceptum domini loquatur ad cor illum. Advocatur enim, huic enim parvulo quae forsitan nondum nato ecclesiastica beneficia provida sane putum sollicitudo parabat. Hinc nos ... illa vel illa ... episcopo apud quem honor gratie locum aut cum forte ... aut ... ut dicatur de bonis domini ut in tot liberos mira dividatur hereditas. Illud prepositus aut decanus ut ... succedet ... quem ... educatur affatim in deliciis enutricos et deliciis. Ille dignus archidiaconatu utpote filius principis magis ac fit episcopus ... in quo maxime tota ... est episcopata. Aliquis undique currit sedulus explorator blanditur ... silat et dissilat, miseram quoque ... suffragia mendicare non erubescat manibus et pedibus. Sic quo tandem se ... ingerere in ... et bona domini que sola ... ubi inveniuntur ... Mirabile ... est, sed in ... forte vel admiratur in die luce plene ut sua ... repetat redituris. Et quid ... ea intencione ... ecclesiasticos et ministra ... quid imo quid querere nempe quem querere ipse debuit. Ut sunt cuius ... in ... cordis et corporis illuminandus accedat ad dominum et sua pro et propriorum operatur salutem orationis studio deditus et verbo predicationis. Nam si eo quid aut tenet ... quoque ... Ut hinc vite habeat ... evangelisat ut manducet et ... nimis ordine celestibus terrena ... dignus amplius quoque ... vitam ut pro carnali victu carnalia magis opera et negocia ... ut fiat ... aut ... misterium spirituale. Sed medico est ... Nec ... multa ... quippe ... facile satis obtinenda ... hominum ... volunt placere student hominibus, delicati et superbi et huic seculo conformari. Audi querelas domini quod super hac tanta temeritate loquatur hominum pacienter redditur ... cupiens patiam quam vindictam. Ipsi ... regnaverunt et non ex me principes extiterunt et non cognovi ...

Cantici 3o

Rom. 3. / Ezech. 2

et textus sic audientes ista / patet ut hos lapides / quos dicit ... ad ...

Ysa. 46

Ysa. xl

Et excludit universos si quidem in cordibus ecclesie vel celestis patrie ad secularium pravitatibus vel honorem querentes pro mundi aut divicias aut corporis voluptate possidentes que sua sunt non que ihesu christi manifeste perfidos et indubitanter; non etiam quia deus est caritas que aliena a deo et omnium malorum radix cupiditas introducat. Quid istud temeritatis immo quid infamie est. Ubi cor deo ubi mortis incordia ubi gehenne metus et in tribulis conspectu indici. Sponsa nec in cubiculum nec cellam ingredi nisi rege introducente presumit. Tu invenitur irruis nec vocatus nec introductus. Illa autem trahe me post te curremus in odore unguentorum tuorum. Immo et trahit sua quemque voluptas et odorem turpis lucri sectatos questum estimant pietatem. Quorum cetera dampnacio est. Sed et hic de structura murorum civitatis dicitur ipsa vero civitas sive intra murorum structuram seu defensorum porta auro mundo vel propter sapientie claritatem sive fidei sinceritatem vel fructiferam caritatem quibus virtutibus societas eterna superiorum simile vitro mundo in proximo sicut vitrum quod recipit lumine non solum exterius sed etiam intus, per quod designatur quod societas beatorum in resurrectione fiet penetrata lumine glorie intus et exterius per gloriam corporis et anime. Iob 28. Non adequabitur ei aurum vel vitrum. Sed Gregorius libro 18 moralium exponit quoniam quod cum metallum uniquique potiore omnibus metallis claritate fulget, vitrum vero natura est ut exterius visum purum intus etiam perspicuitate perluceat. In alio metallo quicquid intus continetur absconditur in vitro vero quilibet liquor qualis continetur intus talis exterius demonstratur. Atque ut ita dixerim omnis liquor in vitreo vasculo patet clausus. Quid ergo aliud in auro vel vitro accipimus nisi illa superna patria illa beatorum civium societas quorum corda sibi invicem et claritate fulgent et puritate translucent. Civitas igitur aurum mundum simile vitro mundo, quia omnes sancti summa in ea claritate fulgebunt, et ipsa illorum claritas vicissim sibi alterius cordibus patet et cum uniuscuiusque vultus attenditur, simul et conscientia penetratur. Ideo aurum sicut vitrum mundo simile esse perhibetur. Ibi quippe uniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondet. Sed patebit animus, patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis armonia sicque unusquisque tunc erit conspicabilis alteri, sicut nunc conspicabilis non potest esse sibi ipsi. Nunc enim corda nostra quamdiu sumus in hac vita quia ab alterutro in altero videri non possunt, non intra vitrea sed intra lutea vascula concluduntur. Unde sanctus luto per patientiam mentis inherere formidabat propheta dicens: Eripe me de luto ut non infigar. Christus in mortis habitaculum corporum. Paulus domum terrestre vocat dicens: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitacionis dissolvitur quod edificacionem ex deo habemus domum non manu factam eternam in celis. In hac itaque terrestri domo constituti unusquisque ipsum ut ita dixerim corporis nostri parietem mentis oculis nullatenus penetramus et vicissim in aliis videre occulta non possumus. Unde sancta ecclesia sponsum suum spem videre in divinitate desiderans nec tamen valens quod claritatis illius formam quam intueri concupierat ab eius oculis assumpta humanitas abscondebat in canticis canticorum memorans dicit: En ipse stat post parietem nostrum, sicut aperte dicat: Ego hunc in divinitate sua spem iam videre desidero sed adhuc a visione eius per assumptum carnis parietem excludor. Rursus in hac carne corpori unius cogitaciones invicem alterius non videmus. Unde rursus per eundem paulum dicitur: Quis scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Et rursus: Nolite ante tempus iudicare donec veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum. Illa itaque civitas que sua vicissim singulis corda manifestat ex auro dicitur simile vitro mundo ut designetur auro clara vitro vero perspicua. Sed in Et vero secundum hugonem hec verba non ad futurum eternam referri possunt in quo singulis singulorum conscientie occulte sunt sed ad futuram in qua singulorum conscientie cunctis manifestabuntur. Item per aurum possunt sumi dotes anime scilicet visio in fulgore dilectio in valore tencio vel apprehensio in pondere. Per vitrum vero gloria corporum, siquidem enim cineres resolvuntur in pulverem postquam sit vitrum lucidissimum sicut corpus humanum quod est fenum Ysaie 40 omnis caro fenum moriendo cadit in pulverem. Deinde sed postquam resurgendo mutatur in vitrum per perspicuitatem, et corporibus sanctorum demonstratur corpus quod in gloria bulla fulget in gloria. Vel secundum hugonem per aurum sapiencia superna sed per vitrum puritas fidei quam sancti tenebres cordis manifestat et ore ne quicquam agatur intus per se illa quod non videatur exterius per puritatem oris et operis confessionem. Dicit ergo civitas ecclesie dicitur esse aurum mundum sincera puritate simile vitro perspicua claritate. Unde 3º Quadro eorum ecclesie aurum pigmentum in delectatione et pigmentum auri. Sed
Tunc ibi fundamenta muri civitatis et cetera. Dicta preciositate materie muri civitatis superne agitur consequenter de preciositate fundamentorum muri eius et ornatum et deinde portarum. Et duodecim porte et cetera. Primum autem primo dicitur fundamenta muri civitatis omni lapide precioso ornata. Secundum hugonem fundamenta muri civitatis in ecclesie sunt patriarche prophete apostoli ceterique predicatores super quorum fidem doctrinam et exempla constat ecclesie structura in tota civitas ecclesie est fundata. De quibus dicitur in psalmo: Fundamenta eius in montibus sanctis ut supra. Que fundamenta omni lapide precioso sunt ornata id est omni genere virtutum scilicet fide spe et caritate hospitalitate ieiunio abstinencia paciencia ceterisque bonorum actuum operibus. Sive etiam lapides preciosos intellige omnes illorum imitatores qui in edificio murorum civitatis positi sunt ipsamque civitatem moribus et vita decorant. Non enim soli patriarche prophete vel apostoli fundamenta dicuntur sed etiam alii innoxii qui vita et fide ipsorum fuerunt vel sunt. Quia vero post fide opera sunt virtutum fundamenta dicuntur. Propter quod hec iohannes ostendit quibus virtutibus ipsi fulserunt vel adhuc in ecclesia lucent, reponens eas sub numero duodenario ut ostendat eos omnibus virtutibus splenduisse. Duodenarius enim numerus fit ex ductu ternarii per quaternarium. Propter partes septenarii scilicet tria et quatuor quibus quasi constat de hiis lapidibus dicit dominus per prophetam Ysaie 54: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos et fundabo te in zaphiris et cetera. Quod exponens gregorius 18 moralium dicit: Sternit dominus ecclesie per ordinem lapides, quia in cunctis animabus intus eorum diversitate distinguit fundatur eam in zaphiris quia scilicet lapides aerei coloris in sui similitudine tenent, quia robur ecclesie in animabus celestia appetentibus solidatur. Hec ille et multa alia. Et Ysaie 28: Ecce ego mittam in fundamentis syon lapidem probatum. 1 Petri 2º: Ad quem accedentes et ipsi tamquam lapides vivi superedificamini. Ecclesiastici 50: Quasi vas auri preciosum ornatum omni lapide. Et enumerat specialiter fundamentum primum iaspis. Secundum doctores nominibus variorum lapidum species virtutum figurantur et de hiis lapidibus in tractatu de natura lapidum. Iaspis enim viridis est coloris ut dicit hugo et vertus et ideo non incongrue figurat dominum, qui est pabulum et refectio omnium electorum ipse est primum fundamentum ecclesie quia secundum apostolum preter id fundamentum aliud nemo potest ponere et cetera. Significat autem electos quorum fides nunquam marcessit sed semper in operibus viridis perseverat. Et quia fides inter virtutes est prima secundum prudencium prima petit campum dubia sub sorte duelli pugnatura fides. Et quia sine fide impossibile est placere deo secundum apostolum Hebreorum 11. Propter quod in primo fundamento ponitur fides. Nec moveat aliquem quod lapides fundamenta dicuntur quia sancti per virtutes sunt fundamenta. Unde cum dicitur lapis esse fundamentum, sensus est in fundamento ornamentum. Dicit ergo fundamentum primum id est primum fundamentum ornamentum est iaspis id est fides semper virens et usque confortans. Nunquam fides erit in ecclesia triumphanti, de qua hic proprie agitur; convenienter dicitur quod non quam venientibus in ecclesiam prima occurrit per quam in predictam civitatem intratur, quia qui eam non habent nequaquam in eam poterit intrare. Nam secundum beatum iheronimum in sermone de misso agni vera fides vel spes non est quo eamus sed unde per portam ecclesie oportet portam ingredi paradisi. Secundum eundem in sermone de die dominico per quam ingreditur quisquis iuste agens etiam si martirium non sustineat, non enim quivit deus pinguedinem continencium sed fidem per quam christum fingere consuevit, ut dicit idem beatus iheronimus in epistola ad nepocianum. Secundum zaphirus id est ornamentum secundum fundamentum est zaphirus. Cuius quidem lapis secundum hugonem in sua natura nequaquam preciosus est, sed in mistio invenitur valde preclarum, quia vero aereum colorem retinet et est similis celo sereno et radiis solis repercussus ardentem fulgorem emittit. Et ideo per istum lapidem species figuratur qua sancti celestia mente petunt et per hec in amore celestium inflammantur.

Ieronimus super cantica libro 3o Cuiuscumque demones iecerint tela / si inveniant mentem fide munitam / si ignita sint etiam si cupiditate flammis et incendiis ardent viciorum / fides plena caritate restinguit. Quarta scilicet spes vivida etc.

amoris sancti contemplatione dicens cum apostolo ad philippenses 3o nostra conversacio in celis est. Exodi 24 quasi opus lapidis zaphirini. Ysaie 54 fundabo te in zaphiris. Glosa prima Celi aspectum zaphirus [illegible]. Tercia calcedonius in 3o fundamento. Terna tertium est calcedonius. Dicitur enim secundum [illegible] multo vilior est quam zaphirus in natura sed in misticis signis invenitur ulterior preciosior. Est enim fortissime nature ad eo ut omni sculpture argumentis resistat. hic et est pallentis lucerne similis et fulget magis sub divo quam in domo. calefactus quoque a sole vel digitorum attactu paleas ad se trahit. Et significat caritatem que intus in corde celata pallet quasi lux in lucerna / sed tamen ad aliorum utilitatem opera cogitur et tunc qualis intus est exterius ostenditur. Et tacta a sole superiori vel spiritu sancti digito / peccatores ad se trahit / et omnino secari nequit quia numquam adversitate deficiat / sed magis convalescit Unde canticorum 8 fortis est ut mors dilectio / et dura sicut infernus emulacio. lampades ignis atque flammarum aque multe non potuerunt extinguere caritatem Non potest ergo sculpi quia non potest adversitate frangi nec ex adulatione laudis molliri. 1 Corinthiorum 13 Caritas paciens est benigna et omnia suffert omnia sustinet non inflatur non est ambiciosa etc. Romanorum 8. Quis nos separabit a caritate Christi. Certus sum quia neque mors neque vita neque angeli etc. Hec ergo tria scilicet fides spes et caritas sunt omnium fundamentum. / fundamentum omnium

Nam fides est stella matutina que noctis spiritualis hoc est ignorancie mortifere tenebras primo repellit / sole iusticie nobis prenuncians / arcem quoque nostre mentis / hoc est virtutem intellectivam prima potenter expugnans / iuxta doctrinam apostoli 2 Corinthiorum 10 dicentis In captivitatem redigentes omnem intellectum extollentem se adversus scienciam dei in obsequium Christi In qua arce sic expugnata velut bellator fortissimus vexillum nobilissimi regis regum unici dei filii / in cruce pendentem monetem et sua morte nos a perpetua morte liberantem in signum victorie erigit. Et hec est fides que per dilectionem operatur ad Galatas 5to. totius quoque spiritualis edificii fundamentum ad Hebreos 11 super quod erigit spes tamquam parietes quibus caritas velut tectum et edificii forma superponitur ut deducit alexander de hales in 3a parte summe Fides ergo non in intellectu pure speculativo / sed in speculativo ad practicum extenso / hoc est affectum coniuncto / secundum eundem doctorem collocatur / et ideo non repugnat ei bella ducere contra vicia / quinimmo victoriam interiorem exteriorem temptacionum est eliminativa / passionum interiorum sedativa et aliorum proximorum promissiva / dicente apostolo Hebreos 11 Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iusticiam. adepti sunt repromissiones etc. / Ieronimus super canticum 8

Quarta scilicet spes vivida in qua regeneravit nos deus 1 Petri 1 omnium virtutum generatrix sustentamentum et anchora / tenebras prosperitatis repellens a dextris et desperacionis a sinistris / Cuius fortitudo clarius elucescit in duabus filiabus eius / fiducia scilicet et gemina securitate. Fiducia secundum Willelmum parisiensem in tractatu de virtutibus / est quedam imperio in eo quod sperat / velut quedam columpna mentem humanam et totum edificium virtutum sustentans / erecta super duas bases divine misericordie et iusticie. Qui enim confidit in deo non solum confidit in misericordia dei sed eciam iusticia et veritate qua promisit non deesse sperantibus in se. Securitas autem prima est de obtinenda beatitudine eterna que nobis datur per pignus spiritus sancti 1 Corinthiorum 5. Quod pignus secundum beatum Augustinum per patentes litteras caritatis nobis datum est / quibus non est aliud sigillum quam ipsemet unicus dei filius qui est ymago dei patris invisibilis per roboracione et attestacione veritatis carte in cruce appensum. Secunda securitas est contra temptacionum insultus / de dei adiutorio indubitata presumpcio / quam habebat propheta dicens dominus illuminacio mea et salus mea / quem timebo. Illuminacio dicit / ut eas videat atque provideat / salus vero dicit / contra impugnaciones ut eius proteccione vallatus / illesus permaneat et invictus / sic quod cum ipsa dicat / Si consistant adversum me prelium in hoc ego sperabo / Denique scilicet 3a utilis [illegible] caritas virtutum fortissima. Que se in anima velut astrum matutinum precipuissimum illuminans extendit super amore dei / et inferius amore proximi / a qua procedunt gaudium in cordibus / fervor igne ardente / sapor in mente / liquefactio igne aquarum ac congelate. Hec est vinculum quo solo potuit alligari deus fortis et potens in prelio / quamvis in columpna et cruce / quem totus mundus alligare non potuisset / etiam si in ferream catenam redactus fuisset. Hinc dicit Hugo de sancto victore quod dei filium captum et ligatum sola caritas duxit in mundum. Et hanc peperit nobis caritate sua qua nos dilexit deus ut servum redimeret nec patri filio nec filius sibi pepercit. Hic amoris precipui / prelati insignia sunt vulnera Christi. hinc fodere manus eius et pedes latus quoque perforavit per has rimas licet nobis sugere mel de petra oleumque de saxo durissimo et gustare et videre quam suavis est dominus. Quid ergo pro hac dilectione dignum dilectis offeramus quam ut eum et nos in eo diligamus.

Sed quod queritur utrum caritas et cetere virtutes theologice maneant vel expediat in patria. Primus qui dicitur quod non maneat fides et spes. Quod probatur per duas rationes. prima quia fides quantum ad sui habitum manet in patria quia fundamentum non destruitur quando edificium consumatur. sed fides secundum apostolum est fundamentum totius edificii spiritualis quod quidem edificium completur et perficitur in patria. 2a quia per fidem beati in patria maiorem placent deo / sed secundum apostolum / sine fide impossibile est placere deo. Prima probatur fides non videtur habere aliquam repugnanciam ad statum glorie seu patrie / quia ad actum mortalis culpe / sed fides manet cum actu mortalis culpe. Prima antecedens quia non apparet quod lucem magis repugnet lumen quam tenebre. Sed fides est quedam lucem. Unde quidam dicunt hic cognoscitur in lumine fidei. Gloria similiter est lucem de quo dicitur psalmo In lumine tuo videbimus lucem. Mortalis autem culpa est quedam mentalis obscuritas seu tenebra. Secundum vero [illegible] patet quia si fides non manet cum actu culpe mortalis. tunc omnis peccator mortalis esset infidelis. Secundo 2a probatur per sustineri spem manere in beatis quantum ad perfeccionem habitus. dato quod non remaneat quantum ad exercitium operacionis. patet quia id quod facit ad ornatum et decorem anime non habens aliquam repugnanciam ad ea que sunt de racione beate anime hoc non debet anime beate denegari. Sed spes quantum ad perfeccionem habitus. est sine actu cuius est huiusmodi. Prima antecedens quia inter omnes status anime status anime beate maxime requirit ea que sunt ad decorem et ornatum. Secunda vero quantum ad alia patet. Nam quod habitus spei etiam dum non elicitur actus / sit ad ornatum anime / patet quia sicut se habet habitus viciosus ad deformitatem anime. sic habitus virtuosus ad eius decorem. Sed habitus viciosus deformat animam etiam cum hoc non exeat actualiter secundum eundem. Prima Quod autem non habeat repugnanciam rerum eorum que sunt de racione anime beate / patet quia omnis repugnancia vel est formalis vel malis. Sed in proposito non potest attendi repugnancia formalis quia talem repugnanciam habet spes solum virtualiter desperacionis et eorum que desperacionem includunt. Sed nec desperacio nec aliquid includens desperacionem est in beatis. ergo nulla est in eis huiusmodi formalem repugnanciam ad habitum spei ut est virtus theologica. Nec eciam repugnancia malis quia talis est inter ea que sunt eiusdem racionis seu speciei supreme Nam actus ad solo numero differens non possunt esse simul in eodem maxime si sint de genere absoluta. Sed habitus spei differt ab omnibus aliis contentis in anima beata specifica racione ut patet de se. Prima. Doctores queritur sed oppositum istorum communiter tenent quia corporis mociva procedunt de actu virtutum et non de habitu. ideo non sunt contra dicta. Unde ad quod potest sic confirmari Ubi manet vinculum desiderii ibi manet vel spes saltem quo ad habitum. quia spes quasi semper comitatur desiderium ordinatum sed in patria manet vinculum desiderii. dicit enim beatus Augustinus in fine libri de civitate dei loquens de modo nostri amoris in patria Amabimus et vacabimus vacabimus et laudabimus laudabimus et desiderabimus Ecce quod erit in fine sine fine Confirmatur hec [illegible] quod ait

quo

[illegible]

obse[illegible]

[illegible]

dei sapientia que est obiectum [?] desiderantibus in vita beata Eccli 24 Qui me edunt adhuc esurient et qui me bibunt adhuc sitient Et ecclesia cantat ipsa de mente
manet [?] non deficiunt in illum quem perspiciunt fruuntur nec fastidiunt quo magis secundum sicut dicit Gregorius in omelia de magna cena Hoc distat
inter corporales delicias et spirituales quod corporales dum habentur pariunt sed spirituales accendunt desiderium Et ideo spes non est rei presentis boni sed futuri
Et in patria omne bonum est presens ipsi beato Ro 8 quod sic desiderium dicitur rei non habite sic spes futuri boni Et ideo sic res cum non habetur desideratur
cum habetur seu possidetur Cum autem possidetur adhuc desideratur illius possessionis stabilis permansio Sic cum presens est quod speratur adhuc potest de eo
spes haberi quod in futurum continuetur Ubi ergo in patria de bono quod presentialiter possidetur fiunt spem habent quod ipsum in perpetuum possidebunt preterea etiam
habere spem quo ad beatitudinem accidentalem que sepius variatur et potest esse futura Et Thomas de Argentina super 3o d 31 de caritate vero non est am-
biguitas aliqua quod maneat in patria quia in statu perfectissimo non dicitur deesse vel summe perfecta plena Et apostolus 1 Corinthiorum 13 caritas nunquam excidit.
Consequenter subditur in littera Octavus smaragdus i. quartum fundamentum octavum autem est smaragdus secundum Haymonem lapis preciosus in sua natura secundum Presbyterum in Elucidario.
Cuius lapis tante viriditatis est ut omnem viriditatem herbarum superet et aerem circa circumfusum viridem videri reddat [?] et ymagines gentibus [?] reddit
aspicientium si moles eius fuit ampla. Hoc lapidem quam sint multa sed preciosissimi smaragdini lapides reperiuntur in Scithia regione deserta hominibus grossos.
quos tamen custodiunt griffes. Alia [?] et ferocia quod corpus habent leonum pedes autem rostrum et alas ut aquila ideo quod per terram currunt ut
leones per aera volant ut aves Que bestie custodiunt ipsam desertam regionem et fuant ipsos lapides non quod ipsi curant eos in suam
utilitatem sed hominibus eos auferunt Cum quibus arimaspi homines unum oculum habentes bellum gerunt ipsosque lapides auferunt Que vero
secundum Haymonem pulcre in se continet mistica lapis quippe smaragdus qui nimie viriditatis est presentem significat vitam qui pascua eterne refectionis
suis datur est fidelibus porro desertum illud in quo lapides huiusmodi reperiuntur signat cordis secretum qui se longe faciunt a turbis et hic
inter curas ut in secreto sui cordis quiete domino possint frui secundum illud psalmi Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine In hiis cordibus invenitur
lapis smaragdus qui in ipsis habitat Christus Et assunt griffes i. maligni spiritus qui Christum nituntur tollere fidelibus non ut eum ipsi habeant
sed ut credentibus hominibus eum auferunt Et sunt arimaspi unum oculum habentes i. electi mentis oculum possidentes qui bellant cum griffibus
hoc est cum malignis spiritibus Christum quem diabolus rapuit qui est lapis preciosus hoc est Item significat autem iste lapis virtute bone actionis secundum Richardum
Et significat autem spiritualiter virginitatem que virorum carnis integritate fuat et omnes alias virtutes quodammodo superat quia virginitas fuerat magis est
angelicam quam humanam secundum Jeronimum Cristus autem est angelus deo et hominibus et nisi portat ymaginem Christi quia sequuntur agnum quocunque ierit Apocalypsis 14o
Viride autem lapis iste continue dicitur quia virginitas in corde evangelicus commendatur Nonus sardonix qui duorum nominum societate vocatur secundum Ysidorum
habet enim candorem ut onix et ruborem ut sardius et est tricolor secundum glossam et Haymonem niger in imo candidus in medio rubeus in summo
et in signando nulla cere avellit Unde significat parvos sanctorum per quam in imo i. in mundo sunt nigri despecti contemptibiles et abiciuntur
Job 12o Deridetur iusti simplicitas lampas contempta apud cogitationes divitum sed tamen in medio i. intus in corde seu conscientia sunt
candidi innocentia per gratiam Christi sic splendore fidei irradiatur adeo ut si veritas exigerit etiam per Christi officium Christum sanguinem
non solum pro amicis sed etiam pro ipsis fundere non metuant inimicis quod signatur per colorem rubeum supra. Et hic de cera nulla avellit quia sunt
peccatoribus plene et ex corde remittit nullum in se retinentes rancorem Iuxta illud Ecclesiastici 28 Relinque proximo tuo nocenti te et
tunc deprecanti tibi peccata solventur Que vero quinto loco ponitur quia presentat in infinite corporis quod quinque sensibus regitur. Sextus sardius
sic dicitur quia primo in Sardis est repertus et ex integro sanguinei coloris est qui et rubet Unde significat perfectam constantiam martyrum qui
pro Christo sanguinem suum fuderunt significat autem sustinentiam passionum seu tribulationum Et sexto loco ponitur quia Christus sexta etate et sexta feria
sanguine suo martyrium consecravit. Septimus Crisolitus auro similis in colore unde dicitur a crisis quod est aurum et scintillas ardentes
emittere secundum glossam et Haymonem Cuius speciem significant illi qui luce superne sapientie resplendent que omnia dona superat sicut aurum omnia metalla
suas quasi virtutes ac si nas tamen verbo cohortationis velut scintillas in proximos effundunt quibus eos ad amorem dei et proximi accendunt
Unde de sanctis alibi dicitur fulgebunt iusti et tamquam scintille in arundineto discurrent Sapientie 3
Et septimo loco ponitur quia inter dona spiritus sancti locum septimum habet sapientia Ysaie 11 Significat autem devotos fervores ut malorum operum secundum Richardum
Octavus berillus hic lapis in sexangulari forma politus lucet ut aqua solis fulgore percussus rubicundum ac decorum colorem
reddens qui autem tante caliditatis esse dicitur ut calefaciat manum tenentis Et significat boni exempli splendorem accendentem significat
autem virtutem misericordie que suis operibus se aperit corda frigida hominum infirmorum calefaciens in amorem dei et proximi Proverbiorum 25 Si esu-
rierit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi sic enim prunas carbonum congeres super caput eius Matthei 5 Sic luceat lux vestra etc.
Ysaie 58 Frange esurienti panem tuum etc. Et vero octavo loco ponitur quia non habet sed in octava etate mercedem comportat pro laboribus manuum tuarum
quia manducabis sed in futuro beatus es et bene tibi erit ergo male illis qui labores manuum suarum non manducabunt secundum ypocrite qui receperunt mercedem suam Matthei 6
Unde Haymo Berillus duos colores habet viridem et pallentem per quem corporalis vita designatur qui eciam contemplationem bonorum inherent et
tamen carnis fructus adminiculationis velut ad pallorem redeunt. Cum aperiora per activam vitam fratribus ministrare studet Et qui paulo ante
fuerant virides in dei contemplatione pallescunt tamen in temporalium rerum per fratribus officio ministrationis Nonus topasius qui secundum Haymonem
omnium in se lapidum colorem habet unde et nomen accepit quia pan grece dicitur omne latine quo nunc carent reges in thesauris habere preter topazium
et nascitur in insula Egipti que topazion dicitur Et cum omnis habeat in se colores omnium lapidum maxime tamen duos habet colores scilicet aureum
et ethereum secundum glossam super Job 28 Cum autem splendore solis tangitur omnium gemmarum claritates excedit et ad aspectum suum provocat
singulariter omnes aspicientes qui si poliatur obscuratur si nature sue relinquitur clarior est et est gemmarum amplissima.
Et significat celestem contemplationem sanctos videlicet omnibus virtutibus refertos et quia multis coloribus sic multis virtutibus lucentes sicut tamen caritate
qua fulgent ut aurum et cognitione qua lucent ut ether ubi deus luminibus videtur ad cuius amorem homines apta figurarum tendunt
et si qui tales in hominibus sunt ponuntur obscuratur quia [?] occupatur ut Martha Si autem non maxime dilatatur Et qui vere sunt reges gemmarum amplissima quia
nunc carent habent contemplationem Unde autem nono loco ponitur quia homines contemplativi nove ordinibus angelorum inseruntur Decimus crisopassus
hic lapis secundum Ysidorum est Indicus viridis auree quasi commixtione quoddam in baccis perlucentem habens viridem et nomen accepit quia prassi Indicus
habens aurum Et nascitur contra solis ortum in India Et significat desiderium patrie celestis quod quanto plus tribulationibus concutitur tanto amplius
accenditur quia secundum Gregorium quod flatus carbonum hoc facit tribulatio caritati Et vero decimo loco ponitur quia sancti per observantiam decalogi
festinant pervenire ad desiderium supernorum Undecimus iacinctus qui ceruleum colorem habens cum aere mutatur nam cum sereno
est serenus cum nubilo nubilus et significat pietatem compassionis vel condescensionis vel sanctorum discretionem qua se omnibus conformant secundum dominum
iacinctus ex nomine suo flore vocatus quod hic in Ethiopia invenitur habens colorem ceruleum qui nec rarus est nec minus densus sed ex utroque temperato
lucet purus quod refulget in sereno perspicuus in nubilo est obscurus et sic etc.

Marginalia:

ut sunt omnes (left margin)

habens unum (left margin)

persic. (left margin)

perficit (left margin)

eius (left margin)

obscuratur quia (left margin)

Indicus (left margin)

gentibus eum reddit hominibus grossos (right margin)

Et in topazium (right margin)

Et gemmarum amplissima quia (right margin)

Et xi° loco ponitur quia per hanc maxime omnis transgressio vitatur.

ut omnes lucrifaciat sicut dicit apostolus j cor. 9. Omnibus omnia factus sum ut omnes facerem salvos. Et Ro. xij. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus
per hanc enim virtutem sunt predicatores quod quibus quantum competit et qualiter est predicandum quia maiora maioribus, bona simplicioribus. j cor. 2° Sapientiam
loquimur inter perfectos etc. Duodecimus amatistus. [illegible] coloribus pulchris respergitur scilicet purpureo violaceo et roseo. Et secundum
Ysidorum inter gemmas purpureas principatum amatistus indicus tenet. Purpureus est permixto colore viole et rose quasdam flammulas
de se effundens. Per hunc signatur sanctorum humilitas et mors contempta etiam cum desiderio martirii. Sic fuit in confessoribus quorum multis martirio
non defuerit sed martirium eis defuit ut de sancto Martino et aliis. Et isti flammas effundunt consolationis et visitationis infirmorum et largiores
elemosinarum quibus alios inflammant in amorem Christi. Vel secundum glosam flammule sunt virtute illa qua pro inimicis oratur que est velud virtutum
[illegible] contra persequentibus et calumpniantibus vos etc. Colorum varietas est virtutum multiplicitas. In purpura passio, in viola humilitas
cum bona fama quia viola est herba humilis et bonum odorem reddit. In rosaceo vero colore caritas intelligitur que tunc in illis viget quando etiam pro
inimicis suis orant vel ut etiam usque ad passionem martirii non solum pro aliis sed pro ipsis quos persequuntur [illegible]. Maiorem
hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et bene ultimo loco ponitur humilitas, que custos omnium bonorum opponitur vicio
[illegible] perit omne quod agitur nisi solicite in humilitate custodiatur. Item quia ultimam se reputat et ultimum sibi locum eligit. Unde Gregorius
Qui ceteras virtutes sine humilitate congregat quasi in vento pulverem portat. Et paulo [illegible] duodecimum [illegible] possidere.
De hiis lapidibus Ezechielis 28 de quibus et eorum proprietatibus ubi agitur in hystoriis Beda et alii expositores et in glosa. Item in
libro Josue 4° ut tollat xij lapides de quibus Origenes in originali [illegible]. Sed vero [illegible] per istos xij lapides fundamentum [illegible]
intelliguntur xij articuli fidei. De articulis autem contentis in symbolo sciendum quod secundum quod dicit Hugo de Sancto Victore articulus est indivisibilis veritas
de deo arctans nos ad credendum. Non quod sit de incomplexo quia tale incomplexum proprie non est veritas, sed quia est de complexo non resolubili
in plures veritates habentes speciales difficultates. Et dicitur talis veritas articulus ad similitudinem articuli in rebus corporalibus in quibus articulus
vocatur organum quod non est in plura divisibile [illegible] non dicitur articulus. Sic manus que dividitur in digitos non dicitur articulus
sed digitus qui ulterius non dividitur in alia organa. Similiter veritas fidei que non dividitur in plures veritates habentes speciales difficultates
dicitur articulus. Dico notanter plures habentes difficultates quia cum fides sit de hiis que sunt supra rationem humanam que habent speciales difficultates articulantur.
Et ideo si ex aliquo articulo uno sequatur vel conveniunt aliqua que ex credito facile est credere non faciunt novum articulum. Sic credito
quod Christus fuit mortuus facile est credere quod fuit sepultus et ideo de morte et sepultura Christi non sunt articuli distincti. Quod autem additur in diffinitione
quod est veritas arctans nos ad credendum non est intelligendum de arctatione coactionis cum nemo credat nisi volens sed de arctatione suppositionis
quia si salvari volumus arctamur ad credendum. Secundum autem quod articulus potest dici vel esse illud ad quod credendum nos arctat fides sed non sola ut
deum esse unum creatorem omnium et consimilia ad que per fidem arctamur quia [illegible] non esset fides [illegible] quod non tenetur sola fide sed
potest sciri via demonstrationis. Alio articulus potest dici illud ad quod credendum nos arctat sola fides sicut illud quod excedit rationem viatorum
ut deum esse trinum in personis, filium incarnari et huiusmodi. Et secundo modo [illegible] sola dicuntur articuli fidei. Et hii duplici distinguntur
modo secundum distinctionem credibilium. Alio secundum distinctionem et intentionem apostolorum ipsos ordinantium. Quantum ad primum sciendum quod cum articulus sit
veritas sit de deo prout dictum est, aut talis veritas est pertinens ad maiestatem deitatis, aut ad misterium assumpte humanitatis. Circa maiestatem
deitatis tria nobis credenda proponuntur: primum est unitas trinitatis, [illegible] est prius articulus Credo in unum deum. Secundum est distinctio personarum
et de hiis sunt tres articuli. Unus pertinens ad patrem cum dicitur patrem omnipotentem, 2us pertinens ad filium cum dicitur Et in ihesum christum filium eius
3us pertinens ad personam spiritus sancti cum dicitur Et in spiritum sanctum. Tertium quod nobis proponitur circa deitatem sunt opera deitatis ad que pertinent
tres articuli. Unus ad opus nature cum dicitur Creatorem celi et terre. Alius ad opus gratie cum dicitur Sanctam ecclesiam katholicam sanctorum communionem.
Alius ad consummationem glorie cum dicitur Carnis resurrectionem et vitam eternam amen. Circa misterium autem humanitatis proponuntur nobis septem
credenda que sunt conceptio nativitas passio descensio ad inferos resurrectio ascensio in celum et adventus ad iudicium. Et de hiis septem articulis
primus est cum dicitur Qui conceptus est de spiritu sancto. Secundus cum dicitur Natus ex maria virgine. 3us cum dicitur passus sub poncio pilato crucifixus mortuus et sepultus.
Quartus cum dicitur descendit ad inferna. Quintus cum dicitur tertia die resurrexit a mortuis. Sextus cum dicitur ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis.
Septimus cum dicitur Inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Et ista est distinctio articulorum fidei secundum credibilia quorum fidem
credere si salvari volumus [illegible]. Secundo distinguuntur articuli fidei secundum distinctionem et intentionem apostolorum ipsos ordinantium etc. non sunt
nisi xij. Petrus quidem princeps apostolorum posuit tres articulos scilicet de unitate essentie de omnipotentia patris et de opere creationis
scilicet Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Johannes autem posuit articulum de persona filii dicens Et in ihesum christum filium eius unicum dominum nostrum.
Jacobus zebedei duos [illegible] in unum articulum de conceptione et nativitate dicens Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgine. Andreas
posuit articulum de passione dicens passus sub poncio pilato crucifixus mortuus et sepultus. Philippus posuit de descensu ad inferos
dicens descendit ad inferna. Thomas posuit de resurrectione dicens Tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomeus posuit de ascensione
dicens ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Matheus posuit de adventu ad iudicium dicens Inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
Jacobus alphei posuit articulum de persona spiritus sancti dicens Credo in spiritum sanctum. Opus gratie diviserunt sibi duo apostoli. Symon namque
posuit effectum gratie in conservatione boni dicens Sanctam ecclesiam katholicam sanctorum communionem. Judas vero quantum ad remotionem mali
dicens peccatorum remissionem. Mathias autem posuit effectum glorie dicens Carnis resurrectionem et vitam eternam amen. Hec autem distinctio
quamvis non sit articulorum sed magis contentorum in symbolo secundum ordinationem et ideo prima est melior. Unde secundum Lyram quod inter
istos articulos pertinentes ad divinitatem primus est de unitate dei qui est primus in credentibus tollendo varios errores gentilium
plures demones ponentium. Ideo per Jaspidem designatur qui oculos purgat visum acuit et confortat ut dicitur in libro
de proprietatibus rerum et ibidem ponuntur proprietates sequentium lapidum secundum quod infra assignatur. Secundus articulus est de trinitate personarum
cuius fides augmentat corpus ecclesie misticum quod prius erat in una modica gente iudeorum sed modo per fidem trinitatis predicatum
se extendit ad ultimum gentilium [illegible] ideo signatur per zaphirum qui corpus humanum vegetat et integra membra confirmat.
Tertius autem articulus est de opere creationis quod soli deo competit. Et valet fides huius articuli contra demonum illusiones ut non
adorentur sicut creatores. Ideo signatur per calcedonium qui valet contra illusiones demonum et virtutes confirmat. Quartus articulus
est de opere satisfactionis per gratiam que curat casum peccati mortalis et dat verba persuasiva in oratione devota. Ideo signatur
per smaragdum qui valet contra morbum caducum et in causis dat verbum persuasivum. Quintus autem articulus est de opere
resurrectionis corporum cuius fides hominem humilem facit et pudicum cogitationes [illegible] quod corpus [illegible] incorruptibile sed finaliter

ad gloriam resuscitandi, sed tenuit in habitu gestu et apparatu rationem mortalitatis future et mundi rationem glorificationis future. Propter quod signatur per
sardonicem qui facit hilarem et pudicum. Septimus autem articulus est de opere glorificationis. Cuius fides generat in anima gaudium et pellit timorem,
quia cogitans glorificari non timet pro Christo mori, sed etiam aliquando gaudet. Matthei v: Cum vos oderint homines et exprobraverint et eiecerint nomen
vestrum tamquam malum mentientes propter me, gaudete et exultate quia merces vestra copiosa est in celis. Ideo signatur per sardium quod gaudium accendit
et expellit timorem. Primus autem articulus pertinens ad humanitatem Christi est de conceptione et nativitate eius ex virgine. Cuius fides confortat naturam
humanam in conceptione Christi verbo unitam. Et valet contra timores nocturnos viciorum eo quod nato Christo in noctis medio dixit angelus pastoribus:
nolite timere. Luce 2o et ibidem subiungitur: Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Ideo signatur per crisolitum qui confortat in-
tellectum et per hoc naturam humanam per intellectum ab aliis animalibus distinctam et pellit timores nocturnos. Secundus articulus est de passione Christi, morte [margin: ad humanitatem Christi pertinens]
et sepultura. Cuius fides invictum reddit in tribulationibus, iuxta illud I Petri 4o: Christo in carne passo et vos eadem cogitatione armamini. Ideo
signatur per berillum qui contra lites invictum reddit et mitem facit ac benignum. Tertius articulus ad humanitatem Christi pertinens est de descensu
anime eius ad inferos. Cuius fides valet contra pericula a demonibus inferenda quia per hunc descensum sunt spoliati et potestates eorum diminute.
Ideo signatur per topasium qui valet contra iram et contra lunaticam passionem que frequenter per demones iratos contrahitur vel augmentatur. Quartus articulus
est de resurrectione Christi que est causa nostre resurrectionis future. Propter quod fides eius valet contra corruptionem corporis et anime per peccatum. Nam omnis corruptio
tolletur in resurrectione. Ideo signatur per crisopassum qui valet contra lepram. Quintus articulus est de ascensione Christi ad celos in humanitate assumpta.
Cuius fides dat vigorem fidelibus ut ipsum sequantur tamquam eius membra. Col. 3: Que sursum sunt querite ubi Christus est in dextera dei sedens,
que sursum sunt sapite. Propter quod signatur per iacinctum qui dat membris vigorem et salutiferum facit soporem. Septimus articulus est de ad-
ventu ad iudicium in quo Christus apparebit in forma humanitatis glorificata. Cuius fides reddit hominem sollicitum et vigilem ut in illo tremendo
iudicio de factis, dictis et cogitationibus suis possit reddere rationem. Ideo signatur per ametistum qui facit vigilem et expellit mala cogitationes.
Item aliter xii lapides eo modo quo inveniuntur Exodi 28 possunt adaptari xii consiliis evangelicis que Christus adiecit ad precepta. Ad observantiam
enim preceptorum que necessaria sunt ad salutem utilis est observantia consiliorum que requiritur ad perfectionem. Nam aliquando fortitudo terre in ingressu illius consistit,
propter quod ille passus bona custodia indiget, quia obtento ingressu faciliter hostes residuum obtinent. Sic est in terra anime, quia tota
fortitudo eius consistit in ingressu scilicet in actionibus peccatorum. Propter hoc necessaria est bona custodia circa ipsum. Propter custodiam autem istius ingressus
dantur consilia que continent et custodiunt mandata ac retrahunt hominem ab incautis aspectibus et dispositionibus et aliis periculis. Unde primum consilium est [margin: seu rerum ...]
paupertatis que consistit in abdicatione proprietatis. Matthei 19: Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et veni sequere me.
Et Luce 14: Qui non renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Et hoc consilium paupertatis signatur per lapidem zaphirum qui primo ponitur in ordine 2o.
Zaphirus enim est flavei coloris sicut celum serenum. Sic paupertas colorem habet celestem, per quam totaliter animus elongatur a terrenis, solis
celestibus intendit. Zaphirus etiam dicitur interiorem ardorem refrigerare et oculos purgare. Sic sancta paupertas ardorem cupiditatis rerum
temporalium qua continue estuat homo mundanus sic in animo pauperum refrigerat ut omnia terrena arbitrentur ut stercora. Propter quod etiam facit
eos habere oculos mundos et limpidos ad contemplanda celestia, quia pulvere terrenorum non sunt obfuscati. Zaphirus quoque fugat squinantiam
et morbum qui dicitur noli me tangere et valet ad apostemata calida. Sic paupertas spiritus tumores et infectiones viciorum
non patitur sed eos sedat et fugat. Secundum consilium est obediencie. Matthei 16: Si quis vult venire post me abneget semetipsum. Et 23:
Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei, que dicunt facite. Et signatur per lapidem thopasium qui in colore est auro similis. Sic
obediencia. Color enim auri nobilissimus est sine quo nulla pictura est perfecta. Sic sine obediencia nulla perfecta est virtus, quia secundum Augustinum
sine obediencia omnia vacua et cum obediencia omnia plena caritate reperiuntur. Thopasius etiam bullientes aquas compescit. Sic obediencia compescit
aquas humane fluxibilitatis. Nam ex naturali fomite viciorum incentiva in nobis ebulliunt quibus obediencia frenum imponit. Thopasius quoque
restringit iram. Sic obediencia mitigat iram et omnem passionem anime, quia quecumque passio vel temptatio in animo irrepserit, superveniente
maioris obediencia restringitur in homine obediente. Tertium consilium est castitatis seu continencie. Matthei 19: Sunt eunuchi qui seipsos
castraverunt propter regnum celorum. Et Matthei 5: Audistis quia dictum est antiquis Non mechaberis, ego autem dico vobis Qui viderit mulierem ad concupiscendum
mechatus est eam in corde suo. Propter quod ostenditur quod non solum dampnabilis est consensus in opus mechie sed et consensus ad delectationem in corde.
Et signatur per smaragdum qui in tota specie est amator castitatis et nullo sustinet coitum nisi impatienter gestantem se ad castitatem
reclamat. Est autem viridis pre omnibus rebus virentibus cuius etiam fulgore vicinus aer viridis efficitur. Nec eius viror sole vel lucerna
vel umbra obfuscatur. Sic castitas inter alias virtutes viret vivum et vigor dicitur a virore. Et ipsa castitas est viror omnium virtutum
ita ut etiam proprios operarios et virtutes virere faciat. Nec obfuscatur sole in estu caloris temporalis vel lucerna mundane glorie
vel umbra carnalis delectationis. Smaragdus etiam motus lascivos compescit, visum refocillat, gratum hominem in verbis reddit. Et hoc totum
ad literam efficit castitas. Item smaragdus quoque tempestates avertit et caducum morbum curare dicitur. Sic castitas tempestates
carnalis impugnationis reprimit et morbum eius unde hoc quia caducos et amentes efficit compescit. Et hec tria consilia predicta
sunt specialia omnis perfecte religionis et suos observatores elongant a malo non solum quantum ad culpam sed etiam quantum ad causam. De radice
mali oritur quod triplex radix scilicet concupiscentia carnis, oculorum et superbia vite. Predicta autem tria consilia perfecte elongant ab hac triplici radice,
scilicet paupertas a concupiscentia oculorum, castitas a concupiscentia carnis, et obediencia a superbia vite. Quartum consilium est caritatis. Matthei 5o:
Diligite inimicos vestros. Istud quantum ad dilectionis affectum est preceptum, sed quantum ad effectum est consilium, quia inimico velle gratiam et gloriam
est necessarium, sed impendere opera beneficencie et ostendere signa benivolencie est consilii et perfectionis. Negare autem ei signa familiaritatis
qui veniam petit vel ad familiaritatem non simulatorie se ingerit vel qui iniuriam compositum est vindicta, quia tunc inter inimicos est deputandus.
Sed quod ad ultro se ad familiaritatem ingerit hoc est perfectionis et ita consilii. Hoc autem consilium caritatis pertinens ad dilectionem inimicorum
signatur per carbunculum qui quarto loco ponitur Exodi 28. Carbunculus enim ad alios lapides preciosos habet se sicut aurum ad cetera metalla. Et dicitur
aliorum lapidum virtutes habere. Sic caritas excellit omnes virtutes et complectitur in se virtutes universas. Est etiam carbunculus colore igneus
sicut carbo vivus et nocte magis lucet quam de die et noctem quasi in diem mutat. Sic caritas ignis est et magis lucet in nocte adversitatis
quam in die prosperitatis et noctem tribulationis vertit in diem consolationis. Carbunculus quoque fugat venenum aereum et vaporosum. Sic
caritas sua benignitate vincit omnem maliciam infectivam. Quintum consilium est mansuetudinis. Matthei 5: Si quis te percusserit in unam
maxillam prebe ei et aliam, id est paratus sis et aliam percussionem sustinere patienter. Et istud est consilium pacientie vel lesionis corporis. Item
Et qui tecum vult iudicio contendere et tunicam tollere, relinque ei et pallium. Est consilium vel ablationis rerum. Cum contencione et fraude
nulli licet sua repetere, cum caritate licet imperfectis, perfectis autem non, quia non repetere iniurias est consilium perfectis, autem preceptum.

Illis autem qui renunciaverunt proprietati non licet repetere sua ut sua sed ut necessaria. Et istud quintum consilium scilicet mansuetudinis signatur per amethistum
qui est coloris violacei et habet virtutem refrigerandi et leniendi. Unde operatur contra ebrietatem. Sic mansuetudo refrigerat calorem iracundie
et lenit appetitum vindicte. Unde et ebrietatem mentis qua aliqui rapiuntur [illegible] sicut crapula animi sedat et hominem tranquillum
reddit. Amethistus etiam reprimit malas cogitaciones et confert [illegible] intellectum. Sic et mansuetudo quia secundum Ambrosium mansuetus homo cordis est
medicus. Et scriptum: docebit mites vias suas. Sextum consilium est misericordie. Unde Matthei v: Qui petit a te da ei et volenti mutuari a te ne
avertaris. Et Luce vi: Omni petenti te tribue. Et Matthei 19: Si vis perfectus esse vende omnia que habes et da pauperibus. Dare superfluum in communi
necessitate est preceptum et debitum, sed dare quibus egemus est consilium. Et istud consilium signatur per onichinum qui in colore et [illegible] est ad similitudinem
unguis humani. Per ungues autem in scriptura designantur operaciones ultime. Et hoc consilium misericordie extendit se etiam usque ad ultimum periculum
mortis, ymo perfecta misericordia non habet ultimum et nunquam impletur quia si misericors quantum potes plus tamen velle debes. Onichinus etiam appositus
oculo infirmo sua sponte quasi res sensata intrat sine lesione et circuit oculum et penetrat intus ac partes circumquaque currit eius humores
pressus corrupit. Sic misericordia nature quasi sensata oculum cordis subintrat et ipsum emundat ab humoribus viciorum. Unde dicitur Luce xi: Date
elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Onichinus etiam valet contra scabiem et faciem dealbat. Sic misericordia scabiem peccatorum abstergit et faciem
anime dealbat quia sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum. Et secundum Crisostomum elemosina illustrat animam et eam pulcram efficit
et decoram. Septimum consilium est de simplicitate verborum. Unde Matthei v: Audistis quia dictum est antiquis non periurabis. Ego autem dico vobis
non iurare omnino. Iurare quantum ad infirmitatem patet est permissum, non autem iurare quantum ad perfectorum patet est consilium. Unde ibidem: Sit sermo vester
est est non non, id est sicut affirmacio vel negacio est in ore sit etiam in corde. Et hoc consilium signatur per iaspidem. Nam iaspis bonus est viridis
translucens et rubeas habens venas. Sic sermo noster debet esse viridis ut semper aliquid boni contineat, quod est contra vaniloquos. Debet esse transparens
ut in verbis transpareat intencio cordis, quod est contra dolosos et mendaces. Debet etiam habere venas rubeas caritatis ad proximum ad quem vel
de quo est sermo, quod est contra susurratores detractores [illegible] et calumpniatores. Iaspis etiam fugat febres et ydropisim
et stringit fluxum sanguinis. Sic simplicitas verborum fugat febrem iracundie quia responsio mollis frangit iram. Proverbiorum xv. Curat
ydropisim avaricie. Nam apud mercatores et alios temporalibus lucris inhiantes verborum simplicitas reputatur fatuitas. Stringit
etiam fluxum sanguinis carnalis concupiscencie que per similes colloquia sepius excitatur. Octavum consilium est de vitanda occasione
peccandi. Unde Matthei v et 18: Si oculus manus pes scandalizat te erue abscide et proice abs te. Ubi secundum Augustinum nullum membrum
ad litteram precipitur erui vel abscidi sed occasiones peccandi sunt amputande et fugiende. Et istud consilium signatur per crisolitum qui micat
ad solem quasi stella aurea, et si ponatur in igne resilit ab igne. Sic cautela occasionis peccandi micat in anima quasi stella aurea
dirigens hominem in factis suis ad instar stelle maris ut sine offensione peccati pertingat ad portum. Et per hanc cautelam homo ut homo
advertit se esse in periculo resilit fugiendo a tali oportunitate sicut ab igne. Crisolitus etiam repellit stulticiam et confert sapienciam.
Sic vitare occasiones peccandi est magne sapiencie, sic econtra querere oportunitates est magne stulticie. Nonum consilium est de
rectitudine intencionis et simplicitate operis vel finis. Unde Matthei v: Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab
eis. Et ibi: Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Et istud consilium
signatur per berillum qui est coloris pallidi et transparentis, et illi sunt optimi qui maculas intus non habent. Sic opera nostra bona
debent esse pallida, id est spiritualia, et transparencia ut videantur ab hominibus pro bono exemplo et dei gloria. Et hoc tunc solum est laudabile
quando intencio est pura intus in corde ita quod non sint macule intencionis sinistre. Berillus etiam si sit rotundus et opponitur soli
ignem accendit in carbone mortuo. Sic bonum opus si sit sine rotunditate, id est ex omni parte debitis circumstanciis coequatum et non
obliquatum vel distortum a fine debito, et si deo opponatur soli sic quod tota intencio dirigatur ad lucem, tunc carbones mor-
tuos incendit, id est opera per peccatum mortificata reviviscere facit, vel quia eius ardor accendit proximos mortuos in peccatis quod eius exemplo
ad penitenciam accenduntur. Berillus etiam valet contra squinanciam et glandulas. Sic rectitudo intencionis valet contra tumefactiones ypocrisis
et vane glorie. Valet etiam berillus contra pericula hostium et reddit hominem invictum. Sic quia demones hostes nostri intendunt
opera nostra bona viciare per inanem gloriam et superbiam spiritualem quia secundum Augustinum bonis operibus insidiantur ut pereant, ideo contra hoc berillus
recte intencionis reddit hominem invictum. Berillus etiam amorem inter coniuges reconciliat. Sic opera nostra bona recta intencione
semper in deum directa reconciliat animam cum deo sponso suo. Decimum consilium est de conformitate operis et doctrine. Unde Matthei v:
Qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. Unde de scribis et phariseis dicitur quod alligant hominibus onera gravia et importabilia et cetera,
digito autem suo nolunt ea movere. Dicunt enim et non faciunt. In predicacione quippe generaliter de hiis que pertinent ad statum salutis
et tunc tenetur predicator facere quod dicit, cum asserat ad hoc omnes teneri. Quandoque vero specialiter de hiis que pertinent ad statum perfectorum ut pote
religiosorum, et tunc predicator ad hoc non tenetur nisi perfectorum illam vitam [illegible]. Exemplum autem in peccato notorio prestat qui predicat quia scandalizat.
Exemplum autem in occulto peccato si predicat et non studet ex suo dicto compungi, videtur adhuc peccare quia videtur contempnere verbum quod
predicat. Et hoc consilium signatur per ligurium de quo [illegible] 28: ligurius est lapis generatus ex urina lincis. Nam secundum Plinium
urina huius alias in lapidem durescat. Sic ergo linci comparatur predicator propter acumen visus intellectualis. Cuius doctrina
prius in seipso debet esse digesta et per operaciones eius incorporata. Et tunc ex superhabundancia sue vite stillare in proximos liquorem
doctrine ad profectum aliorum. Sed ipse debet prius id quod purum est in urina sua incorporare. Sic postea id quod purum est in urina
confusum est in substanciam alit, tunc liquor urinalis egreditur. Unde sicut malum signum est in natura quando liquor urinalis indigestus
et crudus emittitur, sic malum indicium est in moribus quando id quod docetur prius opere non impletur. Item ligurius confert constipatis
et ventrem solvit. Sic cum aliquis plenus sit malis humoribus peccatorum et per confessionem eos nequit egerere, sepe talis ex predicacione
exemplaris vite cuiusque vita plus predicat quam doctrina remedium consequitur. Undecimum consilium est de vitanda sollicitudine.
Unde Matthei vi: Nolite solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus. Et item: Nolite solliciti esse in crastinum et cetera. Ubi
sciendum quod quadruplex est sollicitudo. Prima est prudencie spiritualis quo ad animam scilicet quomodo quis deo placeat, omnem sollicitudinem proicientes
in eum, et hec est laudabilis. I Petri v: Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum quoniam ipsi est cura de vobis. Secunda est prudencie temporalis
ex divina caritate, que competit prelatis et religiosis officiatis qui presunt in sollicitudine, et hec etiam est laudabilis. De qua Romanos xii:
Habentes donaciones secundum graciam que data est vobis differentes, et cetera, qui preest in sollicitudine. Et ibidem: Sollicitudine non pigri.
Tercia est cura temporalis quo ad corpus ~~et hec est tolerabilis~~ de qua I Corinthiorum: Qui cum uxore est sollicitus est que sunt mundi et cetera,
et hec est tolerabilis. Quarta est superflue temporalium [illegible] quo ad avariciam et hec est vituperabilis. Prima consulitur isto consilio

bona

Sed propter tanta promittitur et exhibetur. Et hoc consilium significatur per lapidem achatem, de quo Job 28. Est enim nigri coloris cum albis venis intermixtis. In nigro colore designatur humilitas et despectus mundi, quia sunt in eis qui sunt a prosperitate temporalium segregati. Nam ipsi mundum despexerunt et a mundo sunt despecti. Sed in hac vita non potest esse omnino abstractio ab omni prosperitate vel [illegible] naturales corporis. Pura solitudo promittitur etiam perfectis. Et hoc significatur per venas albas intermixtas. Achates etiam venena fugat, sitim sedat, visum fovet. Sic vitans prosperitates venena mundana contagiosa fugat. Nam omnia ista mundana venenosa sunt et vix absque contagio aliquis tractari possunt. Item prosperitas temporalium sitim provocat, quia multum attrahit et avarus non satiatur. Sed ignis quod numquam dicit sufficit. Proverbiorum 30. Sed ab istis scilicet venenis et siti vitans prosperitates per oppositum praeservat. Visum etiam fovet intellectualem, quia quanto magis distinguitur ad temporalia tanto magis fortificatur ad spiritualia. Duodecimum consilium est de firma correptione. Unde dicit Matthaei 18: Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum et cetera. Correptio fratris quaedam est consilium, ut corripere de venialibus et illum cum quo misericorditer facere, nisi quem caritas. Quandoque est praeceptum, ut corripere de mortalibus, quia isto secundo modo ad omnes et obligat et [illegible] non ad [illegible] per loco et tempore quando [illegible] vacat et creditur quod utilis sit correptio. Ad quod praeceptum maiores tenentur praelati, quorum ad omnes quasi curam gerunt. Et hoc consilium significatur per lapidem sardium, qui est coloris rubei sed turbulenti, sicut terra rubea. Sic firma correptio debet esse rubea per caritatem, qua dicitur [illegible], sed quia talis caritas [illegible] est cum dolore et compassione propter delictum fratris, ideo rubor ille est turbulentus. Sardius etiam restringit fluxum sanguinis. Sic correptio fraterna fratrem bonum compositum facit gaudentem. Acuit etiam ingenium, et secundum apostolum omnia quae arguuntur a lumine manifestantur. Omnia ista consilia facilia sunt volenti et Dei timorem prae oculis habenti. Tamen ergo delectemur et complaceamus nos in praeceptis et consiliis Dei ut si non sint onerosa vel difficilia sed videantur conveniunt [illegible] ob honorem legislatoris et consultoris servare et adimplere. Quantum ipse vires dederit, quia et si propter ipsum pati non eligis, nec alter patientem ut eam dicit Augustinus. Tu hoc modo non time. Non dolere non percutiari est impossibile, sed plurimum interest qua causa quo vel fine quis patiatur. Et [illegible]: si non propter Christum eligis aliquid pati, dolores necesse est eos omnes et alia sustinere. Neque enim si propter Christum non mortuus fueris, immortalis eris. Neque si propter Christum perdere permanes, feres ea sorbis. Hoc repetit a te quod et non repetente eo dabis. Hoc te libet facere tua voluntate, quae et ea necessitate te oportet facere. Repetit autem solum propter eum si [illegible], quia coniungetur et hoc tristiter [illegible] quod est secundum naturam. Ergo non iniuste postulat et audiat dicentem: In omnibus semper nobis praecedat. Ideo non resistas. Ego inquit pater ego et amicus et frater, soror et mater, et omnia quaecumque volumus et plus familiarem te habeo ad me. Nec omnino necesse est pati te; elige pati propter me. Ego enim inops propter te in terra, propter te in sepulcro, propter te supplicium, pro te interpello patrem, pro te ligatus infirmus veni a patre. Omnia in te [illegible] et frater et cohaeres et amicus et membrum. Quid plus vis? Quid eum qui te diligit aversaris? Quid hunc mundo laboras? Quid hauris vase perforato? Hoc est enim in praesenti vita laborare. Quid flammam incidis? Quid aerem impugnas? Quid inaniter curris? Vanitas enim vanitatum et omnia sunt vanitas. Itaque nos post has [illegible] et ipsius consilia amplectamur, ut ad [illegible] civitatis fortis [illegible] ingrediendo per portas de quorum ornatu subditur in litera cum dicit:

Et XII portae sunt XII margaritae sunt per singulas portas. Et singulae portae erant ex singulis margaritis et cetera. Vel aperta quae [illegible] esse. Descripta materia et ornatu murorum et fundamentorum civitatis, hic quarto agitur de materia et ornatu portarum eius cum dicit: singulas portas ex singulis constare margaritis. Licet autem margarita sit speciale nomen cuiusdam lapidis pretiosi primi candidi solidi in conchis marinis nati, de rore caelesti concepti secundum Ysidorum, qui gallice vocatur perle secundum Lyram, tamen secundum eundem in pluribus locis Scripturae capitur pro quolibet lapide pretioso. Quales autem sunt lapides pretiosi istarum XII portarum non exprimitur, propter quod probabiliter videtur secundum eundem Lyram, quod sunt eiusdem speciei cum XII praedictis et etiam eiusdem significationis. XII vero autem portae, ut dictum est supra, sunt apostoli ceteri quae praedicatores, qui nobis viam fidei aperiendo in caelestem introducunt haereticorum insultibus fortiter resistendo se opponebant, et intus leprae et lepra subtili dissuadendo causas propter [illegible] dividebant et distinguebant. Cum singuli tamen apostoli viri omnes XII virtutes haberent, tamen singuli singulas singulariter possidebant, quo ad usum a quibus singulariter commendantur, ut Abraham a fide, Job ab hospitalitate, Moyses a mansuetudine, David ab humilitate, Jacob [illegible] Joseph a castitate, et tamen singuli omnes virtutes habebant, sed in unius usu singulariter unusquisque eminebat. Ita et hic. Unde sequitur dicit: Et XII portae XII margaritae sunt per singulas, id est singulae portae sunt XII margaritae, hoc est quaelibet porta habet XII margaritas id est XII virtutes praedictas per XII lapides designatas, [illegible] sed quod unusquisque alius in alia pollere videtur, et quasi singulariter eam possidere. Ideo subditur: Et singulae portae erant ex singulis margaritis, id est singuli sancti praedicatores singularibus virtutibus adornati, propter quod in laude uniuscuiusque singulariter dicitur: Non est inventus similis illi et cetera. [illegible] Unde I Corinthiorum XII: Divisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et divisiones ministrationum sunt, idem autem dominus. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae et cetera. Vel XII portae ergo id est in apostolis et praelatis qui successerunt eis, sed esse XII margaritae id est universae virtutes. Et singularis ipsius margaritae candor, soliditas et puritas id est castitas, patientia et humilitas. De primo Trenorum 4: Candidiores Nazarei eius nive, nitidiores lacte. Quod coopertis [illegible] 32 [illegible] de sanctis. De secundo porta [illegible] erant ut audiret. Proverbiorum 19: Doctrina viri per patientiam noscitur. Lucae XXI: In patientia vestra et cetera. De tertio Matthaei 11: Sic nos decet adimplere omnem iustitiam, id est supremam gradum humilitatis sed gloriae. Et eiusdem XI: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Vel secundum Haymonem: Una porta vel margarita singulariter dominus Jesus Christus, qui sic dicit Ecclesia fundamentum fundatorum, sic etiam porta portarum et margarita margaritarum. De prima porta dicit Ioannes: Aperite mihi portas iustitiae. Stat una porta, aperuit quod singulariter dominus significat, sine quo nemo venit ad patrem. Haec est porta domini, iusti intrabunt in eam. De secundo dicit Matthaei 13: Simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas; inventa autem una pretiosa margarita vendidit omnia et emit eam. Notandum quod quadruplex est porta. Quaedam paradisi, de qua dicitur [illegible] sermone unius de [illegible] domini: porta paradisi cum sit semel aperta numquam clauditur credentibus ab eo tempore quo passus est dominus usque in praesentem diem. Haec porta clausa est et reserata. Clausa est peccatoribus et incredulis, reserata est iustis et credentibus. Per hanc portam ingressus est Petrus, per hanc ingressus est Paulus, per hanc omnes sancti martyres intraverunt, per hanc quotidie de mundo iustorum animae ingrediuntur. Duae enim sunt portae paradisi, iustitiae portae Ecclesiae, quia cum utramque portam paradisi ingrediamur, in qua ita vivere debemus ne quando circumdati et foras eiecti a bestiis devoremur. Addit in sermone 29 eiusdem temporis: Per hanc portam primus latro cum domino ingressus est. Habete fiduciam fratres et vos sperate similia. Non dixit: haec porta domini et soli apostoli et martyres intrabunt per eam, sed dixit: iusti. Quicumque ergo iuste agit et inter iustos domini esse meruit, intrabit hanc portam. Quia dominus non quaerit sanguinem consiliarum sed fidem. Si habuerimus fidem quam potest sanguinem effundere, imputabitur nobis cruoris effusio. Sunt etiam portae sacrae Ecclesiae. Unde Augustinus super psalmum: Quae portae filiae Syon sunt sacramenta et initia fidei, quae pulsantibus aperiuntur ut perveniant ad arcana Dei. Non enim oculus vidit nec auris audivit et cetera. Portae denique filiae Syon sunt omnia optima studia, per quae venitur ad visionem pacis in sancta Ecclesia. Sunt quoque portae mortis, scilicet pravae cupiditates, quia per illas itur in mortem. Mors autem illa est ipsa letalis mors in perficiendo, cum quisque adipiscitur quod prave concupivit. Vel per margaritas quae sunt candidae praesentis designantur, qui per portas id est apostolos viros intrant ad caelestem. Autem candores virtutum, qui propter hoc dicuntur XII quia vocati sunt ad fidem Trinitatis ex quatuor mundi partibus. Et iste XII margaritae dicuntur esse per singulas portas ad designandum quod universitas fidelium in toto statu sit per eos vocata ad caelestem. Sed quando sic dicendum sunt XII portae et per singulas portas XII margaritae, puta quod margaritae sunt duodecies XII, quae faciunt 144, per quem numerum universitas fidelium in temporali statu designatur ut dicitur capitulo 6. Cum ergo dicit quod XII margaritae sunt per singulas XII portas, id est actus dicetur et multitudo fidelium sub temporali statu virtutibus splendens est per has portas ad caelestem ingressa, et quod partes singulae singulariter perresplendent, ideo ad designandum singulares eorum virtutes dicit: Et singulae portae erant ex singulis margaritis, id est [illegible] habent unam singularem virtutem [illegible] ad usum et cetera. Duo vero conveniunt ad quandam margaritam, scilicet [illegible] et aperta concha [illegible] sit infusa gratia aperta concha liberalis arbitrii, ergo ex gratia et libero arbitrio procedit [illegible]

[Marginal notes, left: "de tempore autem"; "singularibus"; "Secundum Haymonem / ad [illegible] / [illegible] / [illegible]". Right: "quia celos [illegible]"; "quia alii [illegible] / [illegible] virtute"; "porta"]

Radix enim omnium malorum est cupiditas et peccatum est porta mortis. Sunt forte porte mortis scilicet corporales sensus ut oculus qui aperti sunt hominum cum de ligno vetito gustasset .i. supra posita . de portis autem inferni dicitur libro quadragesimo Iob c. 38. Infirmi ianitores atque pertates inferiores mortis preposite sunt intelligende. Secundum Haymonem vero quantum ad literam pertinet. Hic dicitur quod illa ciuitas habet xij portas, et unaquaque porta erat ex una gemma et ideo in unaquaque porta erant xij margarite que sunt c.xliiij or. Supra autem dictum est quod angelus mensus est murum eius c.xl.iiij cubitorum qui numerus hic est replicatur cum xij margarite per singulas xij portas describuntur quod duodecies autem duodecies ducta . centesimum ac quadragesimum quartum numerum consummat in quo omnis multitudo sanctorum comprehenditur et concluditur ut ostensum est superius . Sic per margaritas

Posita descriptione ciuitatis superne quantum ad firmitatem qualitatem gratie et malitie

† **Et platee ciuitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum.** Proprietatem subditur eius descriptio quantum ad multitudinem seu pulcritudinem cum dicitur Et platee ciuitatis etc. Sed quia superius dictum est quod ipsa ciuitas fuit aurum mundum simile vitro mundo . queritur quare hic autem platee dicuntur aurum mundum tamquam vitrum perlucidum. Est etiam ciuitatem et plateas comparando. Dicendum secundum Haymonem quod per muros ciuitatis robustiores et eminentiores sancti designantur per plateas vero que a latitudine ita vocantur quod platon grece latine latitudo, sunt sancti simplices inferiores ipsis quia subiecti morantes in latitudine caritatis . vel congregationi qui quasi in maiori latitudine vite sunt quam alii scilicet continentes aut plateas in quibus maior multitudo requiritur et inuenta comedatur. Dicuntur autem platee ciuitatis ex auro mundo sicut et ciuitas fuisse narratur quia licet ibi sit distantia graduum et meritorum quia sicut in hac vita inueniuntur alius alio sanctior sic in illa beatitudine alius inuenitur alio eminentior secundum illud Saluatoris Iohannis xiiij In domo patris mei mansiones multe sunt . Tamen unusquisque quod non habebit in se possidebit in alio per caritatis amorem . Hic dicitur Iob 3o paruus et magnus ibi sunt Et .i. Cor. xv Stella a stella differt in claritate sic et resurrectio mortuorum. Nam per aurum ut dictum est designatur claritas superne retributionis per vitrum autem exprimitur puritas cordium illorum que tunc singulis inuicem manifestabitur. His itaque metallis adornantur platee ciuitatis quibus et ciuitas quo ad muros quia sancti tantum gloriam non habeant subiecti, quantum prelati et doctores ecclesie tamen ut dictum est quod in se quisque non habebit possidebit in alio per caritatis amorem quam sicut dicit apostolus deus erit omnia in omnibus .i. Cor. xv. Vel platee ciuitatis i. congregati. Dicuntur aurum mundum .i. a peccato mundi per virtute sapientie qua bene se regunt, utentes mundo tamquam non utantur .i. Cor. vij, tamquam vitrum perlucidum .i. nullas sordes intus celantes sed per veram confessionem quicquid intus est in medium manifestantes. Vel tamquam dicit vitrum quia in ipsis tamquam in speculo vitreo possunt alii maculas suas considerare. Sunt igitur aurum mundum ratione sincere puritatis et tamquam vitrum perlucidum ratione perspicue claritatis ut expositum est prius. Tobie xiij Ex lapide candido et mundo platee eius sternentur. Et in ymno platee et muri eius per mundo purissimo.

Et templum non vidi in ea . Dominus enim deus omnipotens templum illius est et agnus. Et ciuitas non eget sole neque luna ut luceat in ea. Nam claritas dei illuminabit illam et lucerna eius agnus. Et ambulabunt gentes per lucem eius et reges terre afferent gloriam suam et honorem in illam.

Posita descriptione ciuitatis superne quantum ad dignitatem et prosperitatem ratione sue claritatis seu resplendencie, firmitatis seu structure, quantum in ista littera describitur eius nobilitas ratione inhabitancium et eorum excellencie. Et diuiditur in duas partes. Primo premittitur sublimitas principis, secundo assistentium ibi Et ambulabunt gentes per lucem eius. Quantum ad primum sciendum secundum litteram quod cultus dei tempore veteris testamenti fuit figuralis rerum cultus qui obseruatur tempore noui testamenti .i. Cor. x Omnia in figura contingebant illis. Cultus vero noui testamenti est suo modo figuralis rerum cultus celestis Nam militans ecclesia reputatur per celestia promissa putet dicitur in illa prosa Superne matris gaudia repraesentat ecclesia, Et in ia ps. psallat ecclesia mater illibata etc. Sicut quidem repraesentatio fit in templo materiali per corporalia et spiritualia obsequia; Templum siquidem in ecclesia militante est locus orationis et oblationis in quo conueniunt fideles ad celebranda et percipienda sacramenta et audienda diuina. Oratio vero fit propter duo, aut pro bonis adipiscendis aut pro malis amouendis. Sed in illa ciuitate nullum malum aderit quod sit amouendum nec nullum bonum aberit abierit adipiscendum. Ideo non erit ibi necessaria oratio. Similiter oblatio fit propter duo aut pro comparatione offerentium aut pro sustentatione ministrantium aut ad placandum deum sed nullum istorum erit ibi quia ministri nunquam aliquo indigebunt nec aliquid erit ibi comparandum nec deus erit unquam alicuius offensus unde patet quod oblatio non erit necessaria. Dicit quia per amotionem templi ab illa ciuitate beatus Iohannes ostendit omnium bonorum plenitudinem et omnium malorum absentiam dicit ergo Et templum non vidi in ea scilicet ciuitate quia nec oratio nec oblatio fiet ibi necessaria. Sed tamen ibi erit gratiarum actio et vox laudis de bonis adeptis et malis euitatis. Status enim superne ciuitatis seu beatitudinis non est figuralis atque compositus vel non habet naturam sed ibi clare videtur et presentialiter habetur et veneratur propter quod dicit beatus Iohannes Et templum non vidi in ea, quia deus non colitur ibi per aliqua figuralia sed in sua presentia. Ideo subditur Dominus enim deus omnipotens templum illius est .i. ibi est omnia quies et sufficientia. Tunc enim ipse deus erit omnia in omnibus tunc ipso aperiente manum omnia implebuntur bonitate tunc habebit vis rationalis lucis plenitudinem irascibilis pacis tranquillitatem concupiscibilis dulcedinis magnitudinem. Secundum illud psalmi Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Tunc enim illa societas sancta possidebit deum facie ad faciem, nec erit locus orationis vel orationis ad postulandum non quanta Iohannis 16 Venit hora cum non in prouerbiis loquar vobis sed palam annuntiabo vobis de patre meo. Ibidem In illa die me non rogabitis quicquam .i. Iohannis 3 Cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. In hoc enim est beatitudo animarum sed quia nec ipsa corpora carebunt sua refectione, qua habebunt ex visione humanitatis Christi glossa vero subditur Et agnus scilicet filius est templum eius .i. omnia quies et refectio sensuum corporeorum sicut deus vnum animarum. Visus in colore beatificabitur olfactus in odore gustus in sapore licet enim ibi nullus cibus corporalis gustetur tamen erit ibi sapor in verorum cognitione unde quodammodo reficietur gustus interioris suauitate. Et auditus in iubilatione. Beatus enim populus qui scit iubilationem. De hiis bonis sancti mirifice laudabunt deum secundum illud psalmi Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Sic igitur beati reficientur intus in aspectu deitatis et exterius in aspectu humanitatis Christi, quia utramque naturam colunt et adorant, in quibus humanitas cum diuinitate coniuncta, unde Richardus Cum diuinitate humanitatem comparat ut utrique grata reficiatur sed est enim vita eterna ut cognoscant te et quem misisti Ihesum Christum Iohannis xvij. Vt in contemplatione diuinitatis reficiatur intellectus interior, et in speculatione humanitatis Ihesu Christi reficiatur sensus exterior, ut secundum iugiter ingrediens et egrediens pascua inueniat ut dicitur in libro de spiritu et anima c. ix. Ipse est desiderium collium eternorum secundum illud In quem desiderant angeli prospicere .i. Petri primo. In ipso ergo plena sanctitas et quies et plena illuminatio omnium. Ideo subditur Et ciuitas non eget sole neque luna .i. luminibus materialibus vel luminibus corporibus ad videndum vel implendum ministerium dei, sicut modo indiget luminibus, quia tunc vnumquodque corpus clarius erit claritas solis Mathei 13 Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Solis autem lux augebitur in mundi renouatione Ysaie 30 Erit lux lune sicut solis et lux solis septempliciter .i. septem dierum. Ysaie 60 Non erit tibi sol ad lucendum per diem neque splendor lune illuminabit te sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Ideo subditur hic Nam claritas dei illuminabit eam. Ipse enim deus qui nunc illuminat mentes fidelium per fidei tunc multo magis illuminabit ad eum videndum merentur facie ad faciem. Vel per solem et lunam figurantur prelatos maiores et minores. Illa ergo ciuitas .i. ciues illius ciuitatis non eget sole neque luna .i. maiori vel minori doctrina ut luceat in ea docendo predicando vel disponendo. Nam claritas dei .i. trinitatis que tunc immediate videbitur illuminabit eam dando intellectui plenissimam omnium cognitionem quia tunc in speculo trinitatis omnia cognoscet unde .i. Cor. 13 Nunc cognosco ex parte tunc autem

Sed dicitur quomodo erunt ibi corpora maioris claritatis, videntur illam claritatem tunc fuisse si non illuminarent illam ciuitatem. Dicendum quod illa illuminatio tante claritatis corporum superiorum non erit ad sanctorum necessitatem sed ad maiorem decorem quod patet per hoc quod dicitur Ysaie 60

cognoscam sicut et cognitus sum. videmus nunc per speculum in enigmate 1 cor. 13. Non dicebat videbo ut prorsus sim et sicut sum [illegible] cognoscam. dominus enim cognoscet me a minimo usque ad maximum Jeremie 31 [illegible] omnes doctibiles dei. Ex quo patet quod intellectus creatus ad videndum divinam essentiam indiget lumine creato quod dicitur lumen glorie. Non enim potest intellectus creatus deum per essentiam videre nisi inquantum deus per suam gratiam se intellectui creato coniungit ut intelligibile ab ipso [illegible] beati thome in prima parte summe questione [illegible] articulo [illegible] quia omne quod elevatur ad aliquid quod excedit naturam suam oportet quod disponatur aliqua dispositione que sit supra suam naturam. sicut si debeat aer accipere formam ignis oportet quod disponatur aliqua dispositione ad talem formam. Cum ergo virtus naturalis intellectus creati non sufficiat ad essentiam dei videndam ut dictum est ibidem oportet quod ex divina gratia superexcrescat virtus intelligendi. Et hoc augmentum virtutis intellective vocamus illuminationem intellectus. sicut et ipsum intelligibile vocatur lumen vel lux. et ista est lux de quo hic dicitur quia claritas dei illuminabit eam scilicet [illegible] beatorum deum videntium. Et de quo dicitur in psalmo In lumine tuo videbimus lumen scilicet glorie confortante intellectum nostrum ad videndum deum videbimus lucem scilicet divine essentie.

et sicut hoc lumen scilicet glorie efficiuntur deiformes. 1 Jo. 3 cum apparuerit similes ei erimus. Nec solum claritas dei illuminabit eam quantum ad animas que tamen est lux maxima. Immo et ipsum corpus habebit suum lumen corporale unde sequitur Et lucerna eius est agnus id est humanitas [illegible] dicitur quia [illegible] — lucerna lux [illegible] in testa —

sicut testa lucem vel [illegible] in [illegible] ut dei filius in carne glorificatus. Magna ergo et inextimabilis erit claritas illius superne civitatis. Si enim fulgebunt iusti sicut sol in regno dei etc. in corporibus glorificatis multo magis corpus glorificatum filii dei [illegible] non egebit lumine lucerne. et sicut [illegible] deus illuminabit [illegible] glorificati [illegible] potentes sustinere tantum splendorem immo delectabuntur in eo [illegible] dulce lumen et delectabile est oculis videre solem. Et in psalmo In lumine vultus tui ambulabunt. unde sequitur in littera Et ambulabunt gentes in lumine eius etc.

Que quidem verba secundum haymonem non sunt referenda ad futuri temporis remunerationem sed ad presentis laborem. Non enim [illegible] ibi in ambulando laborabunt sed per laborem quesierunt beate virtutes. super [illegible] Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Unde itaque ambulabunt per lumen eius id est fide et spe [illegible] — lumine eius scilicet —

[illegible] fide certant quod virtutes ut postea premiantur ad patriam querentes in ipso lumine. hoc est in ipsius dei contemplatione. Ysaie [illegible] Ambulabunt gentes in lumine tuo. Ambulabunt inquam de virtute in virtutem proficientes. Justorum enim semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem proverbiorum 4. Et in hoc quod ait gentes [illegible] [illegible] et subditi [illegible] maiores erunt solliciti de aliis acquirendis ut dicit glossa. Unde sequitur Et reges terre id est superiores rectores ecclesie et prelati deferent gloriam suam id est subditos quos [illegible] ad fidem et primam [illegible] [illegible] invenerunt 1 Thess. 2 Que est spes nostra aut gaudium aut corona glorie nonne vos ante dominum nostrum Jesum christum in adventu eius. Vos enim estis gloria nostra et gaudium. Si quod non sufficit neque prelati alios proficere nisi et ipsi quod prelati [illegible] alios subpositos custodiunt a malis [illegible] subiungit Et honorem scilicet afferent in illam id est operam [illegible] prelati [illegible] [illegible] glorie [illegible] gloriam et honorem afferent in illam deo attribuendo sicut quod cum david [illegible] gloriam et honorem etc. In psalmo Afferte domino gloriam et honorem. Unde haymo Reges terre intelligi [illegible] iusti qui bene cum subditis se regere satagunt. De quibus dictum est psalmo 2 [illegible] regem in manu dei. [illegible] voluit [illegible] illud [illegible] vel reges terre apostoli et doctores qui propter regnum [illegible] quod regunt iuste reges appellantur. super [illegible] principes regum terre Job 3 cum regibus terre [illegible] — [illegible] —

regibus terre [illegible] [illegible] dicit quod reges sunt qui subpositos regere sciunt. Et Job Balteum regum dissolvet [illegible] —

[illegible] reges glorie et honorem deferunt ad iam celestem urbem quia omnes suas tentationes et perpessiones ac omne suum gaudium et exultatione ibi recipient. et quo amplius in futura vita affligunt et despiciunt eo amplius ibi exaltabuntur. [illegible] reges qui in presenti suam gloriam et honorem possidere et in [illegible] [illegible] ibi vacui remanebunt. Unde dicitur luce 6 ve vobis divitibus qui [illegible] consolationem vestram. Et ita ergo [illegible] in presenti vita gloriam [illegible] que replorem est non amittit [illegible] suam gloriam ad etiam felicitatem deferunt quam ibi exaltati remanebunt. cum [illegible] illorum dicitur [illegible] esto super [illegible] civitates. alteri ac tu esto super [illegible] [illegible] luce 19. Et de regibus id est apostoli et doctores afferent gloriam et honorem in illam id est [illegible] quos christo acquisierunt sua predicatione et doctrina — [illegible] —

qui multo gloria et honor regum vocatur. quia per eos [illegible] reges [illegible] [illegible] de istud [illegible] in gloria dum ambulant [illegible] [illegible] — [illegible] — [illegible] —

lumine [illegible] super se in visione dei et fruitione. et [illegible] afferre gloriam et honorem deum laudando et in ipso iubilando super [illegible] Et de ducet eos ad vite fontes aquarum [illegible] enim eius omnis ducet gloriam. Venientes ac veniet cum exultatione [illegible] [illegible] istud exponit de angelis [illegible] dicit a regendo [illegible] corporalia et homines per angelos [illegible] administrantur et reguntur [illegible] et in pluribus aliis sacrescripture locis reges terre dicuntur [illegible] electi vel qui per corporis administrationem ad bene [illegible] corpus gloria augmentabitur et sicut hoc afferre gloriam suam et honorem in supernam urbem hic dicuntur. Tria ergo dicit hic beatus Johannes per que conclusi sunt mores in operando cum dicit et ambulabunt gentes secundum modo dictum. Secundo quod solliciti sunt maiores in [illegible] docendo et cus todiendo acquisitos cum dicit et reges terre afferent gloriam [illegible] quod utrique portabit corona duo [illegible] [illegible] ut posset vere dicere — [illegible] glorie —

illud apostoli 2 Cor. [illegible] testimonium conscientie nostre [illegible] [illegible] afferent gloriam et honorem gentium in illam [illegible] hoc.

Et porte eius non claudentur per diem. et nox non erit illic. et afferent gloriam et honorem gentium in illam. Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum et faciens abhominationem et mendacium. Nisi qui scripti sunt in libro vite et agni

[illegible] in qua describitur dignitas superne civitatis quantum ad securitatem et [illegible] in tres partes [illegible] securitatis [illegible] [illegible] glorificationis [illegible] et afferent etc. Tertio [illegible] exclusio in Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum etc. Circa primum dicit Et porte eius non claudentur per diem. Ut enim ait haymo Magna securitas erit in celesti urbe ubi nulle erunt insidie inimici Ysaie 32 Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie id est requie opulenta. Unde beda Quod porte non claudentur plenissime securitatis est indicium. Et ideo porte eius non claudentur quia videlicet ibi erit dies perpetua cui nox non succedet. Unde subditur Et nox non erit illic. Sed quia etiam lucis [illegible] [illegible] beda quam lucem agni per lume sempiterno in illa civitate sublata nocte [illegible] [illegible] ibi erit una dies [illegible] propheta Melior est una dies in atriis tuis super milia. Non erit ergo nox [illegible] obumbrationis luminis vel nox temptationis vel erroris vel ignorantie sed plenitudo luminis in psalmo Apud te est fons vite et in lumine etc.

Ysaie 60 Aperientur porte tue iugiter et die et nocte non claudentur. et [illegible] occupabit salus muros tuos et portas tuas laudatio non erit tibi sol amplius ad lucendum quia dominus erit in lucem sempiternam. [illegible] Mat. 25 dicit Et clausa est ianua [illegible] quia ibi locus de clausura ianue [illegible] infidelibus et reprobis quibus denegabitur introitus. hic vero de quo non claudentur porte [illegible] securitatis spiritualis ac secundum haymonem per portas sunt predicatores [illegible] [illegible] superius dictas [illegible] per corporis [illegible] [illegible] etc. porte enim civitatis [illegible] claudentur ingredientibus aditus non permittitur. Ita ergo quod claudentur porte [illegible] doctores scilicet [illegible] repellunt a cordibus fidelium [illegible] denegant ingredientibus aditum. [illegible] fideles instruunt quomodo temptationibus resistant sicut [illegible] 1 petri [illegible] Sobrii estote et vigilate quia adversarius vester dyabolus tamquam leo rugiens etc. Nunc enim alia [illegible] claudi portas ecclesie id est subtrahi predicationem et doctrinam [illegible] [illegible] indigentes et malicia hominum et ne fures intrent sed gloria [illegible] nolite [illegible] [illegible] neque [illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible] ibi non claudentur quia [illegible] hostium vel bestiarum timebit sed sublato noctis timore perpetua dies fulgebit electis. Non [illegible] ibi dicetur vigilate et orate [illegible] ad noctem adversitatis sed vacate et videte quod ad diem redigitur securitate ait haymo

Non erit igitur illic nox i. obscuritas aliqua temporalis vel spiritualis Zach. 14 Et erit dies una que nota est domino non dies neque nox et in tempore vesperi
erit lux quod non erit successio diei et noctis sed lux tantum erit ibi. Ps. Ordinacione tua perseverant dies. Unde sic mistice porte eius i. affectus
et intellectus sanctorum quibus intratur in amorem boni et cognicionem veri non claudentur per diem i. in die quod tanta claritas erit ibi quod nichil
obscurum erit ibi nec ignotum nec dubium nec amatum. Nox enim ignorancie non erit illic nec peccati quia omnia sciblia scient electi secundum illud Gregorii 2° dyal. 35
Quid est quod non videant qui videntem omnia vident. Et subditur: Et inferent laudes continuacio cum dicitur Et afferent scilicet reges supradicti prelati scilicet
et predicatores gloriam et honorem gencium in illam sanctam civitatem que est congregata fidelium turba ipsos quos predicando adduxerunt ad fidem/
seu ad patriam celestem introducunt. Magna autem gloria magnus quoque honor gencium in illa civitate afferetur quia maxima ex parte ex ipsis gentibus
decorabitur ex quo erit honor eorum qui ipsas gentes acquirunt. Et de hoc Gregorius omelia 17 prope finem: Curam ergo pensemus quod lucrum deo
ferimus qui accepto talento ab eo ad negocium missi sumus. Ecce iam venit de nostro negocio lucrum querit. Quale ei animarum lucrum de
nostra negociacione monstrabimus/ quot eius conspectui animarum manipulos de predicacionis nostre segete illaturi sumus. Ponamus ante oculos
nostros illum districcionis diem quo iudex venit et racionem cum servis suis quibus talenta tradidit ponet. Ecce in maiestate terribilis/
inter angelorum atque archangelorum choros videbitur et in illo tanto examine electorum omnium et reproborum multitudo deducetur et unus
quisque quid sit operatus ostendetur. Ibi petrus cum iudea conversa quam post se traxit apparebit. Ibi paulus conversum ut ita dixerim mundum
ducens. Ibi andreas post se achayam. Ibi iohannes asiam. Thomas indiam in conspectu sui iudicis conversam ducit. Ibi omnes dominici gregis arietes/
cum animarum lucris apparebunt qui cum sanctis suis predicacionibus deo post se subditum gregem trahent. Et tunc periculum est prelatis et presbiteris
ociosis/ qui paucos vel nullos conversos suis precibus domino representabunt. Unde subditur Gregorius: Cum ergo tot pastores cum gregibus suis ante
eterni pastoris oculos venerint/ quid nos miseri dicturi sumus/ qui ad dominum nostrum post negocium vacui redimus qui pastorum
nomen habuimus et oves quas ex nutrimento nostro debeamus ostendere non habemus/ hic pastores vocati sumus et ibi gregem non ducimus.
Et subditur: Sed nunquid si nos negligimus omnipotens deserit oves suas. Nullo modo. Nam ipse eas sicut per prophetam pollicitus est per semetipsum pascit
et omnes quos predestinavit ad vitam flagellorum et compunccionis spiritu erudit. Magna igitur confusio fiet prelatis et pastoribus ociosis/
cum eorum subditi erunt in gloria et ipsi in gehenne incendio. Et si non esset eis aliud quam hec confusio sufficeret eis ad dampnacionem maximam quia erit
sicut fuit. Mt. 21 Amen dico vobis quia publicani et meretrices precedent vos in regno dei. Sufficeret autem eis/ si suos subditos sequerentur/
sed nec hoc eveniet eis sed pocius expellentur. Unde Luc. 13 Videbitis abraham ysaac et iacob et omnes prophetas in regno dei vos autem
expelli foras. Unde Gregorius ubi supra: Ecce per nos cuncti fideles ad sanctum baptisma veniunt nostris precibus benedicuntur et per imposicionem manuum nostrarum
a deo spiritum sanctum accipiunt/ atque ipsi ad celeste regnum pertingunt/ et ecce nos per negligenciam nostram deorsum tendimus. Ingrediuntur
electi sacerdotum manibus expiati celestem patriam/ et sacerdotes ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei
similes dixerim sacerdotes malos/ nisi aque baptismatis que peccata baptizatorum diluens illos ad celeste regnum mittit/
et ipsa in cloacas descendit. Et subditur: Timeamus hec fratres/ Conveniat accioni nostre ipsum ministerium nostrum/ de peccatorum nostrorum re
laxacione quotidie cogitemus/ ne nostra vita peccatis obligata remaneat/ per quam omnipotens deus alios quotidie salvat/ Consideremus
sine cessacione quid sumus. Pensemus negocium nostrum. Pensemus pondus quod suscepimus/ faciamus nobiscum raciones quas cum nostro iudice habemus
et sic debemus agere curam nostram ut non negligamus curam proximi/ ut afferamus gloriam et honorem gencium in illam civitatem/ ad similitudinem victorum
qui spolia ablata hostibus cum gloria deferunt in urbes suas. Unde glossa ysa. 9 Sicut exultant victores capta preda quando dividunt
spolia. Et hoc fuit figuratum Iudic. 8 ubi populus gedeoni dedit inaures aureas quas tulerat de spoliis madian. Afferent ergo
gloriam i. gentes glorificatas reputabunt domino deo/ et honorem i. multitudinem [illegible] sed gloriam. Vel aliter afferent domino gloriam et honorem i.
multitudinem conversorum quod est honor et gloria domini predicatorum. Proverb. 14 In multitudine populi dignitas et in paucitate plebis ignominia principis.
Et sequitur. Civium incommodi conclusio et malorum exclusio sic continuatur glossa cum dicitur Nec intrabit in illam sanctam civitatem aliquid coinquinatum
i. aliquem viciis maculans per consensum in cogitacione/ et faciens abhominacionem in operacione et mendacium in locucione. Sic distinguit nicholaus
Modo enim intrat in civitatem scilicet quorum specialem coinquinatus in mente cum nos/ faciens abhominacionem in accione cum mistico mendacium
cum vendico/ quia sicut hic vita media consistit inter celum et terram ita continet in se cives utriusque partis/ Sed non sic intrabunt in illam
civitatem supernam/ ubi soli boni erunt nec erit ibi permixtio malorum sed sola societas bonorum. Soli enim boni regnabunt cum christo/
cum quo et in quo in eadem celesti urbe feliciter permanebunt. ysa. 52 Induere vestibus glorie tue ierusalem civitas sancti/ quia non adiciet
ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus. Daniel 7 Suscipient sancti regnum. i. cor. 6 Neque fornicarii neque [illegible] ibi erunt/ et
regnum dei possidebunt. Gal. 5 Qui talia agunt dei regnum non consequentur. Ephes. 5 Omnis fornicator aut immundus [illegible] non habet
hereditatem in regno dei. Qui ergo volunt intrare in illam supernam civitatem studeant esse mundi in corde seu affectu/ iusti et
decori in conversacione seu statu veridici in locucione seu affatu. Beati enim mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Mt. 5 et
paratis lampadibus cum prudentibus virginibus ut eis dicatur Mt. 25 Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum
Nullus enim illuc intrabit nisi qui scriptus sit in libro vite et agni i. in presciencia dei ad vitam predestinatus/ Luce 10 Nolite gaudere
quia spiritus subiciuntur vobis sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis. Sed quidam ad quod superaddit in libro vite agni quia supra 3
dicit absolute sine addicione Non delebo nomina eorum de libro vite. Glossa [illegible] addit autem ad denotandum quod qui sunt ad vitam pre
destinati sic sunt preordinati ad vitam per christum redemptorem et sue vite imitacionem. Unde glossa scripti in presciencia deitatis vel imitacione
vite agni qui proposuit se nobis in exemplum. Ioh. 13 Exemplum dedi vobis. i. pet. 2 Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum
ut sequamini vestigia eius. Ioh. 10 Per me si quis introierit salvabitur. Ioh. 3 Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo scilicet christus caput cum
cum suo corpore. Ioh. 14 Ego sum via veritas et vita. Sed dices: Ex quo non intrabit nisi qui scriptus est ergo si non est scriptus i. predestinatus
quicquid faciet non intrabit/ sic obiciunt multi. Respondeo predestinacio nichil ponit actualiter in predestinato ergo qui predestinatus facit opera iusticie non
et quod in se est sed non salvabitur iniuste ageretur cum eo/ Unde Gregorius primo dyalogorum c. 8 Obtinere nequaquam possunt ea que predestinata
non sunt sed ea que viri sancti efficiunt ita predestinata sunt ut oracionibus obtineantur. Nam ita perhennis regni predestinacio ab omnipotente
deo disposita est. Ita dictum est abrahe Gen. 22 Multiplicabo semen tuum. et tamen ysaac deprecatus est pro uxore
sua eo quod esset sterilis Gen. 25. Ex quo patet quod predestinacio precibus impletur. Hec Gregorius ubi supra. Cum autem predestinacio sit
ergo non est curandum utrum faciat bonum vel malum quia si non est scriptus quicquid faciet in fine dampnabitur. Si vero est scriptus quicquid faciet
in fine salvabitur. Ergo stultus est qui non comedit et letatur et non habet bona in vita sua. Unde [illegible] scripto [illegible]

Margin notes:
2° dyal. 35
vel viro [illegible] que magis proprie? quod e mendacium in facto/
Et ut concludat aliud petitum subdit
vincendi
caput cum

preparacio gratie et glorie sic preordinat deus quod gratia iustificati et perseverantes in gratia finaliter beatificabuntur. Et ideo omnes qui volunt salvari/ debent esse solliciti ut gratiam habeant et in ea perseverent. Et ad obiectionem dicendum quod illi qui cadunt a statu iustitie et gratie non faciunt quod in se est si delinquunt deum et gratiam eius/ sed eius gratie desunt propter quod ait apostolus hebreorum xii ne quis desit gratie dei. et ideo iuste dampnabuntur. Ut enim ait augustinus super iohannem omelia 34 si non ab eo fecerit casum nunquam a te ipse faciet occasum nisi ipse deficit nisi deficiat. ait idem augustinus ... Dicendum ergo quod hoc verum quod hec est argutia stultorum quod eos ducit in torporem et impietatis occasionem. Et ideo per eos stulte arguere a philosopho sic infertur deus preordinavit utrum tu vivas debeas vincere vel non ad quid ergo comedis et bibis etc. Cum sic arguet et tibi vim asserere arguetur de mente dilige in proposito videtur. Si arguendo tu dicas quod deus predestinat. Et ego dico quod deus tamen iustus iudex iuste remunerabit ergo ut bonum inveniatur vel malum impunitum ergo nec laborat sine fructu nec torpescat sine dampno Et propterea dicendum quod predicta argutio deficit predestinat enim actus deus predestinavit et prescivit in omnem eventum/ sed non predestinat hominem ad salutem nisi per multa nisi reprobat ut perveniat in dampnationem sed multis et ideo non solum est mira salus ex parte dei sed etiam ex parte nostra Et cum ipse velit omnes homines salvos fieri et omnibus gratiam impertiri/ solum ex nostra malicia vel negligentia venit defectus nostre salutis Unde beatus augustinus libro de correptione et gratia capitulo 1 et habetur in glossa super malachie primo et ro. 9 Iacob dilexi esau autem odio habui Augustinus libro ... et quod ... indurat. Dicit etiam hec voluntas dei iniusta esse non potest Venit enim de occultissimis meritis quod ipsi peccatores cum propter originale alias generale peccatum una massam fecerint non tamen ulla inter eos e diversitas. s. si autem precedit ergo in aliis peccatoribus aliquid quo quamvis nondum sint iustificati vel saltem dignum efficiatur iustificatione. Et item precedit in aliis peccatoribus quo dignum sit obtusione hanc auctoritatem allegat magister in primo d. xl. et dicit Ecce videtur augustinus dicere quod et ipsa dei voluntas qua alios eligit alios reprobat ex meritis veniat sed occultissimis. i. quod pro meritis alios voluit eligere alios reprobare. s. quod non videtur nisi eum et quod pro meritis aliis apponitur gratia iustificationis aliis non. unde obtundunt id est obtenebrescunt. s. et hec est verum Subdit magister Sed quid voluit intelligere s. augustinus ignoratur nisi forte dicatur eum retractasse Sed non obstante dicto magistri predicta auctoritas augustini non retractatur sed eius intentionem declarari utique in suo integro: quod hec est sententia augustini ibidem quod deus primo vocat peccatorem vel interna inspiratione vel exteriori predicatione vel aliqua fortuna/ huic vocationi quidam consentiunt et dolent ac gemunt pro suo peccato/ quidam autem eam contempnunt Primi ergo consentiunt et dolent merentur alicuius peccati remissionem et iustificationem Secundi autem contempnunt obtusionem Unde sed augustinus ibidem. Hic est ordo iustificationis. primo vocatur peccator modo dicto/ deinde consentit et dolet tandem remittitur peccatum Ipsam vero vocationem non meretur sed non consensum et dolorem/ sed deinde per dolorem et consensum meretur aliquo iustificationem/ loquitur ergo augustinus non de omnino prima gratia que preveniunt voluntatem quando dicit quod aliquid precedit in peccatoribus in istis quo dignum efficiantur iustificatione id est peccati remissione In illis quo digni sunt obtusione/ sed de gratia que voluntatem que quoddammodo debetur prime gratie sic merito hec est ergo illic sententia Augustini sic intelligenda dilige inspiracione. Voluntas enim accipitur ibi pro posito nostra vero dicitur dispositio ad veniam ut sunt dolor gemitus et consensus propterea libro contra pelagianos de predestinatione concludendo dicit hic nemo glorietur nemo desperet solus enim deus scit quem sit eius iustificaturus possumus omnes homines ad bonum opus exhortemur ulli autem desperationem demus/ pro invicem oremus. In quo dei nos humiliet/ dicentes fiat voluntas tua sic etc. et ... est peccatoris iudicium/ id est nobis debitum mutare dampnationis gratiam predestinationis indebitam prerogare Et super iohannem sermone 26 Magna gratie commendatio nemo venit nisi tractus/ quem trahat et quem non trahat quare illum non trahat et illum trahat noli velle iudicare si non vis errare. Semel accipe et intellige; nondum traheris ora ut traharis/ Dicit idem gregorius primo dyalogorum capitulo xxx obtinere etc.

Et ostendit michi fluvium aque vive splendidum tamquam cristallum procedentem de sede dei et agni in medio platee eius

Et utraque parte fluminis lignum vite afferens fructus xii per menses singulos reddens fructum Et folia ligni

ad sanitatem gentium Et omne maledictum non erit amplius Et sedes dei et agni in illa erunt Et servi

eius servient illi Et videbunt faciem eius Et nomen eius in frontibus eorum Et nox ultra non erit/ Et non egebunt lumine

lucerne neque solis quoniam deus illuminabit illos et regnabunt in secula seculorum Capitulum ultimum totius libri. Continuatur sic ad precedentia Superius dictum est de dignitate superne civitatis in se/ hic agitur de eadem per comparationem ad civium affluentiam seu habundantem refectionem. sic continuat glossa et durat usque ibi medium capituli. Ubi licet est divisa. Et dicit ibi hec verba fidelissima sunt. Et quoniam affluentia bonorum originatur ex superna irrigatione et fructuum salutifera ubertate et malorum exclusione et ex fontana emanatione a deo qui est origo omnium bonorum Ideo prima pars dividitur in quattuor primo narratur fluvii irrigantis consilio secundo ligni fructificantis specificatio ibi Et ex utraque parte fluminis lignum vite etc. Refectio namque beatorum non intelligitur a nobis nisi per similitudinem ad refectionem corporalem. ad quam requiritur cibus et potus Tandem subditur omnis mali exclusio ibi Et omne maledictum non erit amplius quarto A quo est origo omnis boni expressio ibi Et sedes dei et agni in illa erunt etc. Unde richardus Omnibus et quintis in futuro statu et futura sit eterna refectio hic exponunt. Dicit ergo primum ad primum Et ostendit michi. scilicet angelus qui iam alia ostenderat/ fluvium vel flumen secundum alios libros id est beatitudinem affluentem secundum glossam/ ysaie ultimo declinabo super eam quasi flumen pacis et quasi torrentem inundantem gloriam Et significatur beatitudo per flumen seu fluvium rone affluentie a fonte vite In psalmo quoniam apud te est fons vite Et ratione indeficientie Flumen enim est fluvius perhennis aquarum secundum ysidorum libro xiii capitulo xxi Iob xxviii dabit pro silice torrentes aureos flumen magis aqua vive propter mortis exclusionem et vite plenitudinem vel quia prestat refrigerium post laborem et quia per aquam baptismi perveniunt ad illam Iohannis 3 nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu etc. Regnum enim glorie est tantum vincentium secundum postillam Splendidum ratione affluentie quia claritas dei illuminat illam super propheta vel propter corporum claritatem autem xiii fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum Et superius 21 capitulo Tamquam cristallum ratione permanentie et perspicue apparentie scilicet propter immortalitatem firmitatem et cordium ac corporum perspicuitatem Super propheta Civitas aurum mundum simile vitro mundo quia ibi conscientie beatorum sibi invicem apparebunt. ut expositum est ibidem procedentem de sede dei et agni. ratione influentie a deo a quo emanat affluentia glorie Et de isto flumine dicit Iob xx non videat rivulos torrentis fluminis/ mellis et butiri procedentem ergo de sede dei et agni id est de benigna et tranquilla maiestate deitatis et humanitatis Christi In medio eius id est in corda omnium. quasi dicat Tunc habunde videbit omnes tam maiores quam minores et participabunt gloriam beatitudinis a deo fluentem in eos/ Et notentur hic gaudia sanctorum in patria propter alia quam habebunt primum electorum varietas in futuro ~~et copiosa societas in futuro~~ quod optime notatur per flumen quia videlicet fluunt in presenti vita de etate in etatem de virtute in virtutem. de tribulatione in consolationem tandem de vita in mortem et tunc post hec de morte in vitam Ut ad locum unde exeunt flumina revertuntur secundum est eorum copiosa societas in futuro per aquam vivam que saciat mentes electorum Iohannis 4 Qui biberit aquam quam ego do non sitiet in eternum. tertium est eorum claritas cum dicit splendidum quartum soliditas cum dicit tamquam cristallum quintum tranquillitas id est procedens de sede sextum securitas ... quintus ibi In medio platee eius hec sunt septem rerum precedentes

de flumine benefico eius de quibus dicit Ysaias xi: Levabit manum suam in fortitudine spiritus sui super flumen et percutiet eum in septem rivis ita ut per eum transeant calciati. Flumen vero, ut Ricardus, fluminis est affluens gratia spiritus sancti de qua dicitur in psalmo: Fluminis impetus letificat civitatem dei. Unde dicit salvator Iohannis 7: Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aque vive. Quod exponens evangelista subdit: Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Spiritus autem sanctus cum bonitas et suavitas appellatur reficit electos per modum dulcis potus. Ideo dicitur per flumen aque vive, id est gratie, vita glorie. Iohannis 4: Si scires donum dei tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam. Dicitur ergo flumen aque quia abluit et reficit, et splendidum tamquam cristallum quia hii quos illustrando irrigat velut cristallum splendore micant. Procedit autem de sede dei patris et agni quia spiritus sanctus ab eo patre et filio procedit. In medio platee eius ad reficiendum totum consortium beatorum. Flumen vero Augustinus fontem baptismalem accipit in medio ecclesie venientem a deo et Christo. Et dicitur flumen aque vive quia abluit et vivificat, et splendidum quia clarificat, et sicut cristallum quia stabilitat. Unde in figura baptismi dicitur supra 4o quod mare vitreum simile cristallo erat in quo sedes ut ibi expositum est. Ezechielis 47: Aque iste que descendunt ad plana deserti intrabunt mare et omnis anima vivens et omnia ad que venerit torrens vivent. Iohel 3o: Fons egredietur de domo domini. Et Zacharie 13o: In illa die erit fons patens domui David in ablucionem peccatoris et menstruate. Ricardus exponit hanc de sacra scriptura sive doctrina veteris et novi testamenti. Ipsa enim aqua fluit per totum. Proverbiorum 18: Aqua profunda verba ex ore viri et torrens redundans fons sapientie. Unde et flumen aque vive vocatur quia quos irrigat vivificat et ad vitam eternam invitat. Recte quoque cristallo splendenti comparatur propter puritatem fidei que percipitur in baptismo. Quos enim vivificando perducit ad aquam baptismi eos puritate fidei splendidos et robore fortissimos reddit. Sedes autem dei patris et agni, id est dei filii, ex qua procedit aqua, fidelium est ecclesia, quibus dicit apostolus 1 Corinthiorum 3o: Templum dei sanctum est quod estis vos. Anima ergo in illorum cordibus Christus sedet cum patre et spiritu sancto, quia quorum inseparabilis est potestas est inseparabilis est sedes. Ab ipsa ergo dei sede et agni procedit flumen aque vive splendidum tamquam cristallum quia per ipsam ecclesiam diffunditur predicatio. In medio platee eius quia non solum ipsa doctrina robustos quosque irrigat sed etiam simplices qui per plateam designantur ut ex dictis patet.

Et subditur secundum lignum producentis fructum specificatos cum dicit: Et ex utraque parte fluminis lignum vite afferens fructus xii per menses singulos reddens fructum suum. Hoc secundum Haymonem in prima littera non potest intelligi ut scilicet lignum sit ex utraque parte fluminis, nisi forte sint in medio collocatum ut rami illinc et inde sint expansi. Spiritualiter ergo est intelligendum. Lignum quippe vite Christus est, sapientia dei patris, de qua dicitur Proverbiorum 3o: Lignum vite est hiis qui apprehenderint illam et qui tenuerint eam beatus. In cuius figura dicitur Genesis 2o quod lignum vite fuit in medio paradisi. Quod dicitur esse ex utraque parte fluminis quia veteris et novi testamenti scripturam annunciat, et quod in veteri prenunciatur futurum hoc in novo manifestatur impletum. Per xii autem fructus intelliguntur xii apostoli quos ipse protulit, quibus ait Iohannis xv: Ego sum vitis vos palmites. Ricardus: Ut xii hore diei, id est Ihesu Christi. Iohannis xi: Nonne xii hore sunt diei. Et hoc per xii menses, id est per singulas etates, sive assidue secundum glosam. In duodenario enim numero significatur universitas ut dictum est supra plures. Per folia vero ligni intelliguntur salutifera precepta Ihesu Christi, que protegunt et ornant et salvant. Unde subditur: Ad sanitatem gentium, id est peccatorum. Sapientie 16: Neque herba neque malagma sanavit eos, sed omnipotens sermo tuus domine. Unde de Christo dicitur in psalmo: Tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum dabit in tempore suo et folium eius non defluet. Vel per folia intelliguntur apostolorum discipuli qui doctrinis et exemplis gentes instruunt et ad veram sanitatem mentis perducunt. Aut Haymo: Iusti enim qui virent folium virent per sanitatem inherentes ligno scilicet Ihesu Christo, de quo ligno in figura Ezechielis 47: Ex utraque parte lignum pomiferum non defluet folium ex eo et non deficiet fructus eius per singulos menses afferet primitiva, et erit fructus eius in cibum et folia in medicinam. Ieremie xvii: Erit lignum quod transplantatur super aquas et erit folium eius viride neque aliquando desinet facere fructum. Et de isto ligno vite dictum est supra 2o: Vincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso dei mei.

Augustinus autem hoc in originali exponit hoc de salutifera cruce, quod nullum est lignum quod omni tempore fructificet nisi crux quam gestant fideles qui rigantur aqua fluminis ecclesiastici scilicet baptismi et reddunt fructum suum, et quia ut Beda: Sapientie xiiii: Benedictum lignum per quod fit iusticia. Salutiferum est, quia huic ligno salutifero inherere et eidem inseri sicut palmes viti, sicut rami stipiti, sicut surculus insiti. Iohannis xv: Non potest palmes ferre a se fructum facere nisi manserit in vite. Item salutiferum est umbre sub isto ligno et eius umbra. Unde ultimo Canticorum: Sedentes in umbra eius vivent tritico et germinabunt quasi vinea. Item salutiferum est in isto ligno perficere et ascendere, fructum eius apprehendere et gustare. Canticorum 7o: Ascendam in palmam et apprehendam fructum eius. Unde lignum istud potest figurari per illam arborem de qua dicit Daniel 4o: Arbor magna et fortis, folia eius pulcherrima et fructus eius nimius et esca universorum in ea. Hoc ergo lignum vite, id est amor vivificans, fructificat nobis omnia bona paradisi. Quod per xii fructus intelligitur, quia duodenarius constat ex partibus septenarii qui est numerus universitatis, omnes partes scilicet ternarius et quaternarius. Per singulos menses reddens fructum, quia pro singulis defectibus quos hic pro deo sustinuerit sancti reddet illis glorie fructum. Sapientie 3: Bonorum laborum gloriosus est fructus, et tunc erit mensis plenitudinis, id est plene retribucionis, ex mense, id est per mense, hoc est pro quolibet defectu quem sustinuerunt hic pro deo. Vel adhuc aliter per hoc flumen potest intelligi decursus vite mortalis et fluxibilitas peccatorum. Vel flumen scilicet angeli incorporales et immortales. Erit fluvius adhuc hominis vite corporalis defectibus subiacentes. Vel secundum glosam utraque pars fluminis fuerat salvatos sub utroque testamento. Unde Moyses adduxit filios Israel usque ad flumen Iordanis. Iosue introduxit in terram promissionis. Vel erit adhuc viventes in carne. Vel iam defuncti ab hac vita. Lignum vite Christus dominus qui adhuc viventes reficit sacramentis sive predicacione. Sed ultra flumen hoc est in celo saciat angelos et beatos sue divinitatis et glorificate humanitatis contemplacione. Et quia hoc predicaverunt xii apostoli, ideo dicuntur fructus xii. Per singulos autem menses reddit lignum vite fructus suos quia Christus electos suos continue et in mundo reficit et in celo. In mundo fructu iusticie, in celo fructu glorie. Vel quia mensis est complecio dierum, unde dicit Ysaias in fine: Erit mensis ex mense, id est complecio glorie ex complecione gratie. Per xii menses intelliguntur xii gratiarum complecciones. Vel quia mensis dicitur a mene quod est defectus. Duodenarius vero numerus est perfectus. Lignum vite fructus affert xii quia singulos defectus nostros quem in est in se quodammodo supplet in hac vita, cum ipse etiam in futuro sit omnia in omnibus, 1 Corinthiorum xv, id est sufficientia omnium. Folia ligni precepta Christi, que gentes sanant, fructus conservant et reficiunt. Praestat namque precepta dominica cum implentur iusticiam operantur, et qui iustificatur ille sanatur. Et bene post fructum addit de foliis quia nichil prodest immo multum obest per eternum Christi sacramentum recipere nisi recipientes precepta illius studeant adimplere. Vel aliter Christus lignum vite quia dat mundo vitam nature hic et vitam gratie, daturus in futuro vitam glorie mundo, id est amicabilibus medicinam vite. Due partes fluminis sunt vita presens ante iudicium et vita sanctorum post iudicium. Una est flumen, alia ultra flumen in qua deus cum sanctis regnabit melius et ultra. In hac vita enim est flumen hominis vita gratie, ultra flumen hic est in futuro vita glorie. Christus per singulos menses, id est per singulas etates, reddidit fructum suum quo reficit et sanat homines. Vel per singulos menses quia peccatori quando singulis defectibus peccatorum reddit singulas perfectiones virtutum. Unde petit psalmista domine de meis ultima

Augustinus omelia xiii super Apocalipsim: Lignum vite in medio fluminis crux est que per totum mundum non solum omnibus mensibus sed etiam omnibus diebus in hiis qui baptisantur exhibet deo fructum. Et subdit: Nullum est lignum [illegible]

Margin: in novo vero; singulas; in omni tempore; quia omni tempore; expositor; fidei

X que continet in hiis usibus inflammat mundat sustentat roborat auget hostia spem purgat reficit vitalis unit consumat vitam [illegible] quia remittit [illegible] etc.

tenebras meas, id est peccata mea, expelle et singulis peccatis virtutes oppositas redde. Est fluvius in vita presenti. Hoc lignum vite in patria affert fructus xii quos enumerat apostolus Gal. v°: fructus spiritus caritas gaudium pax patientia benignitas bonitas longanimitas mansuetudo fides modestia continentia castitas. Dicuntur autem hec fructus spiritus quia indivisa sunt opera trinitatis et patris et filii et spiritus sancti. Unde in [illegible] Nicolaum Lira isti xii fructus aliter habentur in via per gratiam et aliter in patria per gloriam. Sed dictum est de iiii°r virtutibus cardinalibus capitulo precedenti, sunt hec aliis sed actus viatoris et comprehensoris. Primus igitur fructus est caritas que in patria est in deum visum tota per amorem transformari. Secundus est gaudium quod est in deo viso delectari. Tercius est pax que est in ipso totaliter quietari. Quartus est patientia que in vita est in adversis non frangi, in patria vero ubi nulla est adversitas est in deo firmiter stabiliri. Quintus est benignitas vel bona igneitas que est in beatis ad invicem quantum ad affectum, unum in eis est unus ardor cordium ut dicitur in sequentia Superne matris gaudia. Sextus est bonitas id est diffusio proprii boni ad proximum secundum effectum, nam bonum est sui diffusivum secundum Dionysium. Bonum autem unius beati redundat in alium, nam unus gaudet de alterius bono sicut de suo proprio. Septimus est longanimitas que est expectacio boni futuri que vero beatorum expectant, optant gloriam corporum. Octavus est mansuetudo que in gratia via est ire moderatio [illegible] cor[illegible] secundum quem ad sui [illegible] quod est appetitus. Est ibi locum quia beati vindictam appetunt obstinatorum peccatorum secundum illud psalmi Letabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatorum. Et quia appetitus iste moderatus est in beatis secundum rationem divine iustitie, ideo secundum hoc est ibi mansuetudo. Nonus est fides que si accipiatur ut est virtus theologica non est in patria quo ad actum, cum sit de non apparentibus Hebr. xi. Sed ei in patria succedit visio clara. Si autem fides accipiatur pro fidelitate, sic est in beatis maxime. Decimus est modestia que excellentior est in patria, nam vires inferiores [illegible] superioribus subiecte. Undecimus est continentia. Est autem continens qui concupiscentias [illegible] patitur sed ab eis non seducitur contra passiones fortiter se tenens. Huiusmodi vero concupiscentie non sunt in patria propter quod non est ibi continentia quantum ad concupiscentias, tamen est ibi quantum ad abstinentiam ab omni malo, nam beati non possunt ad aliquod malum flecti. Duodecimus est castitas que puritatem importat, munditia est in patria, nam in eam non intrat aliquid coinquinatum ut dicitur Apoc. xxi. Per xii menses autem secundum Hebreos [illegible] propter quod nominibus designat. Per singulos vero intelligitur continuatio. Per singulos menses intelligitur eternitas huius fructus quia semper manet in sua novitate et duratione, et hoc modo dicitur Ysa. ult. Et erit mensis ex mense et sabbatum ex sabbato. Per folia vero secundum quendam loci modum intelliguntur verba, id est folia ligni sunt ad sanitatem gentium, quia per preconium [illegible] gentes per orbem [illegible] sunt ad [illegible]. Vel hii xii fructus quos affert lignum vite [illegible] flumen sunt xii fercula habenda in futuro que [illegible] ministrabuntur [illegible] in mensa refectionis eterne in regno patris sui. Luc. xxii: Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis et ego dispono vobis etc. que sunt sanitas sine egritudine, sacietas sine defectu, [illegible] sine dubio, gaudium sine tristitia, pax sine [illegible], securitas sine timore, adimpletio desideriorum, gaudium de divine iustitie adimpletione, laus sine intermissione, lux sine tenebris et visio dei sine medio. Ys. 33 Regem in decore suo videbunt. Ex quibus patet quod sapientia incarnata, scriptura sacra, crux benedicta quandoque appellatur lignum vite. In primo sunt [illegible] folia que sunt verba medicinalia, fructus que sunt sacramenta et opera que suo vitam gratie subministrant fidelium animabus. Cortex caro supra de [illegible] ipse Christus [illegible] de hoc cuius fructus [illegible] est vita iustitie et glorie. Unde dicitur Ioh. x Ego veni ut vitam habeant scilicet iustitie in presenti et habundantius habeant scilicet vitam glorie in futuro. Item de ipso dicitur Deut. 30 Ipse est vita tua et longitudo dierum tuorum. Item [illegible] lignum vite desideratum veniens. Ille scilicet veniens in carne, de quo dicitur Aggei 2° Ecce veniet desideratus cunctis gentibus. De 2° scilicet cruce benedicta in qua pependit ille qui est vita, dicitur Deut. 28 Erit vita tua quasi pendens ante te. Nam per crucem vita est hominibus data. Hec est enim lignum vite quo destructum est mortis imperium. Unde Aug. in sermone de laude crucis [illegible] de cuius virtute dicitur in sermone [illegible] nomine [illegible]. Nunc vero facta est [illegible] honoris. Prius in dampnatione maledicti stabat, nunc in occasione salutis erecta est. Hec enim crux innumerabilium nobis bonorum cotidie causa. Hec nos de erroribus liberavit, hec nos sedentes in tenebris illuminat. Hec nos a diabolo [illegible] reconciliat deo et [illegible] alienatos restituit in domesticos, de longinquos proximos fecit, de peregrinis reddidit cives. Hec est [illegible] pacis [illegible] et omnium nobis bonorum thesaurus. Propter hanc iam non erramus in solitudinibus, viam enim veritatis agnovimus. Nec iam extra regnum porte sumus, ianuam enim regni intravimus. Iam ignitas diaboli sagittas non timemus, fontem enim vite quo extinguuntur invenimus. Per hanc iam vidui non sumus, sponsum enim recepimus. Non iam [illegible] lupum quia bonum pastorem invenimus. Propter hanc non formidamus tyrannum, regi enim adhesimus. Et ibi multa de hoc. De 3° scilicet sacra scriptura que continet in se sermones dei in quibus est vita anime dicitur Ioh. 8 Si quis sermonem meum servaverit mortem non gustabit. Et Mt. 4 Non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Convenit autem iste [illegible] ordo. Nam Christus velut arbor dat fructum. Unde [illegible] Erit tamquam lignum quod fructum etc. Fructus dependet ab arbore, sic Christus a cruce, fructus sunt ab arbore id est refectio spiritualis a sacra scriptura. [illegible] lignum vite est in medio quia [illegible] est [illegible] fide et puro intellectu accedentibus ad se. [illegible] omnibus [illegible] ne quis moriatur. [illegible] dat omnibus ne spiritualiter moriatur. Vel reponitur in medio [illegible] loco eminenti etc.

3a pars. Et non erit ibi omne maledictum etc. Narrata fluminis irrigantis [illegible] ligni fructificantis [illegible] subditur omnium malorum exclusionem [illegible]. Ex quo sciendum quod in convivis carnalibus solent homines relaxare linguas ad blasphemias et convicia, propter quod dives epulo positus in inferno magis cruciabatur in lingua Luc. 16. Hec autem remota a convivio celesti cum dicitur Et omne maledictum non erit amplius, sed gratiarum actio et vox laudis quia omnem ducit gloriam. Vel [illegible] Hayo. In presenti etiam maledictum est genus hominum [illegible] propter Deut. 27 Maledictus omnis qui facit sculptile [illegible] maledictus quos ibi enumerat, nam maledictus qui declinat a mandatis tuis in ps., sed in illa societate sanctorum nullum erit maledictum sed omnes electorum benedicentur in [illegible] sicut illis dicetur Mt. 25 Venite benedicti patris mei etc. Nullum enim erit ibi maledictum id est malum verbum ut detractio adulatio etc. Vel iniquitas aut iniquitatis operatio propter quod [illegible] maledictionem [illegible]. Non audietur amplius iniquitas in terra tua. Vel secundum glossam maledictum id est subtractio gratie non fiet ibi, [illegible] in presenti vita deus subtrahit aliquibus gratiam, qui facit solem suum oriri super bonos et malos Mt. 5. [illegible] quod deus non subtrahit gratiam denegando vel auferendo sed dicitur subtrahere gratiam sicut et obdurare quia non emollit mentes nolentium accipere gratiam demerito peccatorum suorum. Ipsi enim sunt rebelles lumini Iob 24. Consequenter subditur quarta particula in qua ponitur [illegible] omnis boni illius civitatis. Sicut enim prius ostendit bonum superne civitatis celestis nullum esse impermixtum malo, ita hic ostendit omne bonum emanare ab ipso sicut a fonte dicens Et sedes dei, id est ipsa individua trinitas, et agni, id est humanitas verbi, quia etiam in illa resplendendo regnabit [illegible]. Hayo dicens: Cuius una sedes ponitur de qua Iohannes dicit se vidisse emanare flumen aque vive splendidum tamquam cristallum. Hic autem plures sedes introducit dicens sedes dei et agni in illa erunt. Et videtur dicendum quod hic [illegible] plures sedes quod una scilicet omnium electorum [illegible] que propter unitatem fidei exprimitur in una sede, propter diversitatem [illegible] in pluribus. Unde et super 4to [illegible] esse sedes referuntur in quibus residet deus et agnus, nam ibi maxime relucet eorum maiestas. Et subditur Et servi eius scilicet angeli sancti et beati servient ei.

sed [illegible] quecumque [illegible] est ei. Sed opponit Haymo dicens Cum dominus discipulis dicat Iohannes xv Iam non dicam vos servos quia servus nescit quid faciat dominus eius etc.
quomodo hic scriptura iam immortales effectos vocat servos. Sed cum iam a corruptionis servitute liberati pervenerint ad libertatem et gloriam filiorum dei
quomodo in illa eterna quiete servire narrantur. Et ad hoc videtur dicendum quod in eo quod iam nullo labore desudabunt sed eterna quiete fruentur liberi erunt
ac nulla servitute obnoxii. Nam et tunc non sit servi timoris sed amoris. Due namque sunt servitutes quia aliter timet servus ne verberetur a domino
aliter filius ne perdatur hereditate paterna offendens in aliquo patrem suum. Illa autem servit timore, ista vero amore. Hac servitute servient
hic electi omnipotenti deo permanentes omnino ne eum in aliquo offendant. Paulus ad Romanos viii Non accepistis spiritum servitutis in timore sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Et ista servitute secura fruentur ei omnino subiti. Ysaie lxv Servi mei comedent et bibent et letabuntur etc.
Subditur in littera Et videbunt faciem eius scilicet clare et aperte. Sed dicendum qualiter hoc [illegible] faciem sit quasi effigies vel corporalis et divina facies deo.
quam divinitas [illegible] affecta [illegible] et colorata [illegible] secundum Augustinum de trinitate [illegible] qualiter hoc dicitur de deo qui est spiritus. Respondet Haymo
non puerilis intellectus est ut putemus deum habere faciem quam corporeis oculis videri possit. Sed quia in facie homo est cognitus ideo hic per
faciem quam electi videbunt divinitatis intelligitur aliud quam cognitio scilicet trinitatis intellectus. Hic dicitur Iohannis iii Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus ut videamus eum
[illegible] enim videbunt sancti deum quales nunc angeli vident. De quibus dicit dominus Matthei xviii Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui est in celis
de hac visione quomodo sit intelligenda beatus Augustinus aliorum doctorum dicta sequens plura scripsit ad Paulinam et ad alios. Oculis namque divinam
oculis mentis esse contemplandam sicut et veritas videtur. Sed cum corpore [illegible] interiorem nequeunt videre quanto minus deum videre potest qui
utique multo subtilior est anima nostra. Videbunt ergo faciem eius scilicet mente id est presentiam eius habebunt cognitionem ut impleatur quod dominus dicit Matthei v
Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Iob xxxiii videbit faciem eius in iubilo. Ibi de hoc [illegible] et mox in corpore [illegible] videmus nunc per speculum etc.
Sequitur Et nomen eius in frontibus eorum. Opponit Haymo Cur pro nomine scriptum in fronte signetur fides super verbum [illegible] adusque signemus servos dei in frontibus etc.
Et cum in gloria non sit fides aut spes vel quia non sit ibi nomen scriptum in frontibus eorum. Respondet dicens quod fides hic pro remuneratione fidei ponitur
que remuneratio erit contemplatio omnipotentis. Quod enim acceperint electi quod per fidem crediderunt recte ipsum fidei premium pro titulo glorie in suis
frontibus gestare videbuntur. Tunc enim erit deus omnia in omnibus. Prima ad Corinthios xv Nam ut ait quidam expositor sic solaris radiis illustratus
aer [illegible] solis vel radii censetur nomine sic deus omnes replebit electos ut omni infirmitate et mutabilitate absorpta cum mortale induerit
immortalitatem et corruptibile incorruptionem deum se solum in omnibus agnoscant. Ideo subditur Et nox non erit ultra id est vicissitudo temporis vel etiam
tribulatio angustie que sepe per noctem figuratur. Hoc namque supra iam dixerat. Hic tamen repetit ad maiorem assertionem. Et secundum Haymonem
in repetitione verbi demonstrat quod sit appetendum [illegible] quod totiens repetendo inculcat. Unde subditur Et non egebunt lumine lucerne neque
solis. Nunc enim infirmitas humana ad agenda diurna opera noctis quiete redditur ydonea. Utitur etiam in nocte lucerna pro consolatione
Tunc autem quando deus erit omnia in omnibus qui est lux vera illuminans non egebunt lumine lucerne vel solis. Unde sequitur Quoniam dominus deus illuminabit
illos scilicet per gloriam visionis sue. Erit enim dominus in lucem sempiternam. Sed vero nocte intelligamus ignorantiam lucernam vero vel solem divini verbi predicationem
veteris et novi testamenti. Neque nox tunc erit ignorantie neque predicatio doctrine quia dominus deus illuminabit eos illustratione sue glorie. Et ideo [illegible] etc.
Et quia servire deo regnare est ideo sequitur Et regnabunt scilicet cum suo capite rege regum. Sicut reges quia ipsorum est regnum celorum. Sed cum et
servire est regnare multo magis cum ipso glorificari est conregnare. Super verbum Agnus in medio throni reget eos. Et hoc in secula seculorum
servire est regnare [illegible] apte post [illegible] Describit hic beatus Iohannes ea que pertinent ad gaudium et consultationem quoniam [illegible] seu refectionem [illegible]
in perpetuum sine eternaliter apte post [illegible]
primum est quod [illegible] mutua se diligunt et dominus [illegible] Secundum est cum quo venit [illegible] aliud [illegible] si ut dominus
familia ut familia se invicem. Tertium est quod dominus blandum et hylarem se exhibet. Quartum quod familia fidelis est domino. Quintum
quod numquam debent ab invicem separari. [illegible] Ista tanguntur hic per ordinem de domo domini. Primum est dilectio mutua domini scilicet et familie
quod tangitur cum dicitur Et sedes dei et agni in illa erunt quasi dicat non solum perpetuis fructibus ibi reficientur electi sed et sedes dei et agni
in illa erunt id est deus et homo in illis requiescet per gratiam et amorem qua diliget eos et ipsi invicem. Unde prima Iohannis iv Deus caritas est etc.
Et servi eius id est familiares eius in illa requie servient ei similiter per amorem quasi dicat et dominus diliget familiam et familia dominum. Tunc
implebitur illud preceptum Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et proximum tuum sicut te ipsum.
Et hoc est quod dicit sponsa Canticorum ii Dilectus meus mihi et ego illi. Et ibidem Ego dilecto meo et ad me conversio eius. Servient ergo ei cum dilectione
et ei se totaliter subiciendo et numquam servitio non carnis dispendia nec mundi negotia nec dyaboli fallacia poterit ad modicum retrahere.
Dominus etiam eorum servient eis scilicet [illegible] Beati servi illi quos cum venerit dominus invenerit vigilantes
amen dico vobis quod precinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit eis. Et hoc est quod hic subditur Et videbunt faciem eius
id est presentiam [illegible] per speculum in enigmate sed clare et [illegible] quod est esse beatum. Iohannis xvii Hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum etc.
Ideo rogabat Moyses Exodi xxxiii dicens Ostende mihi faciem tuam. Et Iacob etiam dixit Genesis xxxii Vidi dominum facie ad faciem et salva facta est anima mea.
[illegible] valde mirabilis es domine et facies tua plena gratiarum. Ideo psalmista Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Et nomen eius
scilicet dei et agni in frontibus eorum id est in aperto. Nam sic aperte servient ei et confessi sunt nomen eius in mundo. Sic manifeste probabit omnibus quod sunt servi eius
et in aperto vocabuntur et erunt filii dei et sponsi agni. Ysaie lxv Servos suos vocabit alio nomine. Quia qui me confessus fuerit coram hominibus etc.
[illegible] ergo [illegible] plenitudo glorie necnon multitudo ac celsitudo et indefectio beatorum. Et de hoc Bernardus super Cantica sermone [illegible] dicit Confractum [illegible]
[illegible] amoris quale ipse quem amamus promisit dicens Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum
mensura ista ut audio erit sine mensura. Sed velim scire cuius rei sit futura mensura vel potius immensitas que repromittitur. Oculus non
vidit deus absque te que preparasti diligentibus te. Dic nobis tu qui preparas credimus confidimus. [illegible] replebimur in bonis domus tue
sed quibus quesumus bonis aut qualibus frumento vino et oleo auro atque argento lapidibus preciosis. Sed hec vidimus et novimus
et videmus et fastidimus. Id quesimus quod oculus non vidit etc. Hoc placet hoc sapit hoc delectat inquirere quodcumque sit illud. Erunt inquit omnes
docibiles dei et ipse omnia in omnibus. Ut audio plenitudo quam expectamus a deo non erit nisi de deo. Quis vero comprehendat quam
magna multitudo dulcedinis in isto brevi sermone comprehensa sit Erit deus omnia in omnibus. Et [illegible] quem replet in bonis desiderium anime
ipse rationi futurus est plenitudo lucis, ipse voluntati multitudo pacis, ipse memorie continuatio eternitatis. Et ibi multa de hoc. Et de ista
sic Augustinus ultimo libro de civitate dei In fine vacabimus et videbimus, amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine. Nam quis finis
noster nisi pervenire ad regnum cuius nullus est finis. Et ibi etiam multa de hac.
Et dixit mihi Hec verba fidelissima sunt et vera. Et dominus deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis que
oportet fieri cito. Ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetie libri huius. Et ego Iohannes qui audivi et vidi hec.
Hec est tertia pars principalis totius libri que potest dici pars epilogativa seu recapitulativa. Nam ut dictum est circa principium huius libri totus iste liber
divisus est in tres partes scilicet in prohemium sive exordium in quo docilitas in auditoribus suscitatur et benivolentia captatur. Et in tractatum
sive partem executivam in qua veritates convenienter enarrantur. Et in partem recapitulativam seu conclusivam in qua veritates enarrate

mecione comedant'. Unde glo. Sic in principio posuit comedacionem visionis sic nunc ponit comedacionem vitatum operum. Et dividitur in 2 partes. Nam primo
ponitur operis seu vitatum operum comedacio. 2o ad ipsam doctrinam audiendam seu apprehendendam invitacio ibi Et spiritus et sponsa dicunt veni.
Circa studentibus hanc doctrinam pute[?]. subditur anathematizacio ibi Contestor ego etc. Circa tercio operum quibus scribit affectuosa salutacio ibi
Gratia domini nostri Ihesu Christi etc. Prima subdividitur in 2 partes. Primo ponitur testimonio et auctoritate angeli operis comedacio. 2o auctoritate beati Iohannis ibi Et
ego Iohannes. 3o auctoritate Ihesu Christi ibi Et ego Ihesus. Circa primum ait Et dixit michi scilicet angelus qui hec ostendebat et tota ostendit hec verba scilicet que
ab initio libri vel dicta vel ostensa sunt. Fidelissima sunt i. fide dignissima quia sine omni ambiguitate implebuntur. Et vera quia a deo vero prolata sunt.
Fidelis enim dominus in omnibus verbis suis ait propheta. Et ipse dominus ait Iota unum aut unus apex non preteribit de lege donec omnia fiant.
Unde et magis confirmat et commendat subdit Et dominus deus spirituum prophetarum misit angelum suum etc. Dicit quantum de modo loquendi. Cum dominus
sit prophetarum totaliter quare dicit dominus deus spirituum prophetarum. Dicendum quod ideo sic loquitur quia dominus dat spiritum prophetie pro sua voluntate. Unde Beda Ne du-
bites de persona mittentis deus ipse est qui spiritus prophetarum celesti solet imbuere visione et hic sic prestat donorum spiritus sancti per que
locuti sunt omnes prophete 2 Pet. primo Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Deus enim
pro sua voluntate revelat prophetis et ab eis celat quibus et quod et quantum placet. Unde 4 Re. 4o dixit Heliseus anima eius in amaritudine est
et dominus celavit a me. Ille michi dominus misit angelum suum scilicet ad me in insula Pathmos. Unde servis suis non ob timorem sed amorem
fidelibus. Amos 3o Non faciet dominus verbum nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas. Et dicit glo. Omnibus ait i. humilibus et pauperibus
ostendit dominus spiritum non regibus aut philosophis i. divitibus et superbis. Iacobi 4to Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Matthei 11o
Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Dicit quantum cum supra in principio dixit
singulariter ostenderet per angelum suum servo suo Iohanni. Hic autem in plurali dicit ostendere servis suis. Dicendum secundum Haymonem quod in hoc ostendit non singulariter Iohannem sed
in Iohanne utilitatem omnium prospexisse. quia quod Iohanni dictum est fidelibus omnibus congruit. Unde michi [illegible] quod cito supra primo quia omnia
cito sunt consummanda. Cito enim futurum est quemque fine [illegible] unicuique mortem claudit. longum non est et ibi [illegible] de hoc
Et vere cito unde sequitur Ecce venio velociter scilicet ad reddendum unicuique merita sua Malachie 3o Et ero testis velox. Iacobi ultimo
Ecce iudex ad ianuam assistit. Licet enim quantulumcumque spacium presens vita videatur tamen omne tempus presentis vite comparatum eternitati
velut momentaneum habetur. atque ideo sic cito venire prestatur ut cito impleantur que dicta sunt. Et ideo beatus i. felix qui custodit verba prophetie libri
huius ea que scripta sunt in ea ut dignus habeatur remuneracione perpetua. Et non dicit qui audit sed qui custodit. Non enim auditores legis sed
factores iusti sunt apud deum Ro. 2. Supra primo 1o Beatus qui audit et servat verba prophetie huius. Dicit quantum qualiter vocat prophetiam cum ipsa
prophetia sit pronunciacio futurorum. Est enim prophetia ut dicit [illegible] futurorum pronunciacio secundum Aug. 16 contra Faustum Cum iste liber narrat
preterita qualiter vocat prophetiam. Dicendum secundum Gregorium super Ezechielem omni parte quod prophetia dicitur non quia predicit futura sed quia prodit occulta. Unde et
prophetare dicitur futura predicere vel prodere occulta vel spiritualia exponere coram populo magis ut prophetas. Vel dicitur prophetare pro alio loco Exodi 7o
Aaron erit propheta tuus. Beatus ergo qui custodit verba prophetie huius scilicet credendo opere adimplendo et in corde retinendo. Luce 11o Beati qui audiunt
verbum dei et custodiunt illud. Est enim verbum dei lucerna secundum illud Ps. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Ideo secundum Gregorium sic nos custodire verbum
debemus ut [illegible] ut adhibeas est [illegible]. Est et verbum dei semen ait Matthei 13o Semen est verbum dei. Sic nos ergo verbum custodire in agro per
[illegible] ut [illegible] est [illegible]. Est et verbum dei thesaurus ait Matthei 13o Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro i. in terra vel libro
[illegible] est quod verbum dei thesaurus [illegible] custoditur cum absconditur sic et verbum dei in corde mortis retinetur Ps.
In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Ecce tribus rebus comparatum est verbum dei lucerne semini et thesauro. Lucerna ad
